

Handwritten text and numbers: 'A 3' and '347'.

Vertical handwritten text: 'Bernard. Lem. Corcuba.' (Bernard Lemercier, Corcuba).

DE HUMANI  
PHYSIOLOGOMO-  
NIAE PARS PRIMA  
POME NEAPOLITANI.

VI ab extremis, tunc in hominum corporibus con-  
spiciuntur, ita eorum mores & con-  
silia (egregia & vitium expressis) demon-  
strant, uti timos animi penetrare vi-  
deantur.

*Omnibus omnium ordinum, iudicis lectu viles,  
maximeque iuveni.*

hunc ab int. ... bat editio, emendati, primumq; in Germano in lucem editi.

*Cum duplici Rerum & Verborum Indice longe  
locupletissimis.*



M.

D. C. I.

Typis Cornelii Sutorii, sumptibus Iosephi Rosæ Fr.

17  
18

No 1  
 25-102  
 A  
 3  
 72-14  
 3117

Bernard. Game. ... Corclaba.

7 R. 2066

DE HVMANA  
 PHYSIOGNOMONIA IOANNIS BAPTISTÆ  
 PORTÆ NEAPOLITANÆ.  
 LIBRI V.

VI ab extimis, quæ in hominum corporibus conspicuntur signis, ita eorum naturas, mores & consilia (egregiis ad viuum expressis ICONIBVS) demonstrant, vt intimos animi recessus penetrare videantur.

*Omnibus omnium ordinum studiosis lectu vtilis, maximeque iucundi.*

Nunc ab innumeris mendis, quibus passim Neapolitana fatabat editio, emendati, primumq; in Germano in lucem editi.

*Cum duplici Rerum & Verborum INDICE longe locupletissimo.*



M.

D C I

VRSCILLIS.

Typis Cornelii Sutorii, sumptibus Ionę Rosæ Fr.



EFFIGIES.  
IOANNIS BAPTISTÆ  
PORTÆ.



ILLVSTRISSIMO  
ET REVERENDISSIMO

DOMINO ALOYSIO ESTENSI  
S. R. E. Diacono Cardin.  
amplissimo.

IOAN. BAPTISTA PORTA  
Neapolitanus, Salutem.

**G**YMNOSOPHISTÆ, maxime  
Princeps, & Cardinalis amplissime, ad  
summum regni fastigium quempiam sub-  
rogaturi, haud nobilitatem, haud natali-  
um claritatem, haud ingentes opes, aut summam homi-  
nis potentiam expendebant; sed qui eximia oris dignita-  
te, ac decora omnium partium constitutione, & sym-  
metria, natura liberalitate fuisset conformatus. Ete-  
nim qui hanc corporis habitudinem sortitus esset, & o-  
mni temperie, & omni virtutum excellentia optimum  
futurum arbitrabantur. Illorum sapientium morem  
imitatus, librum meum DE PHYSIOGNOMONIA  
tibi nuncupo: non quod ex una nobiliorum, vetustio-  
rum, ac totius Europæ Illustrissimæ Estensium familia  
ortus es, ex qua tot Duces celeberrimi, & imperatores  
editi sunt; non quod natales tuos ad regium Gallorum  
splendorem, & ad Ferrariensium Ducum tot sæculis

EPISTOLA

perpetuo incorruptam seriem, impolluta stemmata referens, non denique quod opibus, opulentiis, animi magnificentia excellis, (fortasse enim cum aliquibus principibus hæc communia habes) sed quia tanta est oris tui dignitas, decus, maiestas, tanta est tui corporis partium mutua proportio, ordo, concinnitas, rata modulatio, ut singulares animi tui dotes optimique mores vel ad spectu solo liquido perlegantur, adeo ut solus sine æmulo clarus inter mortales præstes, & nemo umquam ausit tuam naturam sperare. Nulli nisi tibi vni es persimilis, ut verum huius seculi Heroa te possimus fateri. Et quidem hoc opus dicere tibi necessarium duxi, nec aliter poteram. Polycletus statuarum suis numeris absolutam consummatamque pietoribus proposuit, cuius collatione aliæ, quæ perfectiores futurae essent, constarent. Galenus item saluberrimum corpus statuit, ut ex eius optima temperie corporis defectus accessis, quæ innotescerent. Ipse quidem, cum Physiognomonia ex partium ratione constaret, iure non poteram præstantius, aut nobilius, aut ad rem accommodatius simulacrum huic libro, quam tuam effigiem, tantamque animam proponere, ut veluti norma quadam, & exemplo cæterorum corporis partes, tum pro bi, tum flagitiosi mores apud omnes patefierent. Verum non nemo hic se fortasse ingeret, me facile captanda gratia suspicionem subire. Sed longe à tuarum aurium modestiæ turpis adulationis absit nota. Doctrina mea non est, sed veterum scriptorum studiis nobilitata, Hermetis, Zopyri, Philemonis, Lexii, Aristotelis, Trogi, Polemonis, Adamantii, Galeni, Auicennæ, & aliorum; & effigies, moresque tui  
omni

DEDICATORIA.

omnibus in propatulo sunt. Intemperantis profecto ingenii foret, ea mendacia literis mandare, quæ tam facili testimonio refelli possent. Sed longiori verborum lenocinio munus, quod aduersus obtrectatores patrocinium tuum deposcit, non implorabo, ne naturam ingenii tui, de quo fit sermo, offendam; qui, utpote diuinus, voluntatem non rerum magnitudinem considerat. Vale.



LECTORI S.

Hæc scientia coniecturalis est, nec semper optatum assequitur finem: cuius signa naturales tantum propensionem indicare possunt; non autem actiones nostræ liberæ voluntatis, vel quæ ex vitioso, vel studioso habitu dependent: nam in bonis, malisque actionibus, quæ in nostra potestate sunt, virtus, & vitium consistunt; non autem in propensionibus, quæ in nostra voluntate non sunt.

# PROOEMIUM.

**N** S I G N I V M est nonnullorum in Phi-  
 losophiâ procerum vulgata sententia :  
 Nullum esse homine socialius ani-  
 mal. Iure quidem, si eorum mores, quibus  
 ipse familiariter usus fuerit, cognoscere velit; aut dum  
 sensim pertractando intimos eorum mores perscrutari  
 contendit, eum vitam absumere, aut pluries in vita falli  
 oportere, nemo est, opinor, qui ambigat: cum in tam nu-  
 merofo hominum catu quamplurimi sint, quorum fami-  
 liaritas perniciosior, quam multorum, etiam potentum  
 inimicitia sit. Mens enim humana, ut M. Tullius  
 scribit, multis simulationum inuolucris tegitur;  
 & quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuius-  
 que natura: frons, oculi, vultus persæpe menti-  
 untur, oratio vero sæpissime. Sub hominum effi-  
 gie, inquit Seneca, latet ferinus animus, imo feris  
 sæuior, & immanior. Ob id Socrates fenestratum ho-  
 minum pectus concupiuit, ne occultiores delitescerent ser-  
 sus; sed eo penitus recluso & patenti omnibus perspicuum  
 fieri possit, quid sibi vellet, aut meditaretur; vera ne pro-  
 meret, an secus. Huic malo opem tulit diuina prope sci-  
 entia Physiognomonie, à summis undiquaq; viris sum-  
 mo studio, summaque inquisitione pertractata. Hæc  
 namque ab extimis, quæ in hominum corporibus conspi-  
 ciuntur, signis, ita eorum naturas, mores, & consilia de-  
 monstrat, ut intimos animi recessus, ac ut ita dicam, pe-  
 nitissima cordis loca penetrare videatur. Effecit itaque  
 elementissimi Dei benignitas, ut reconditi mores, ac ar-

cano hominum affectiones signis expresse sint, ac in præ-  
 patulo constitutæ, quo proprie salutis quilibet consulendo,  
 fidelibus, probisque moribus insignitis adhereret; scele-  
 stos, prauosque declinaret. Itemque sapientiæ præceptor  
 nos docuit, dicens: Cum iracundo homine non co-  
 habites, neq; cum inuido comedas; neque ab eas  
 in consilium impiorum atque vanitates, nec in  
 cathedra pestilentia sedes. Si vocauerint te, ve-  
 ni nobiscum, cum ipsis ne proficiscaris. Polemon  
 inquit: Si quid est, quod homines iuuare possit,  
 hoc præstat Physiognomoniam. Nec enim depo-  
 situm quisquam, aut thesaurum, aut vxorem cui-  
 quam credere, neque amicitiam cum illo inire,  
 aut vicinum exoptare debet, quem petulantia,  
 infidelitatis, aut alterius cuiusdam improbitatis  
 notas præferre animaduertit. Nam nobis hæc  
 scientia tum mores, tum vitæ propositum, veluti quædam  
 augurandi ars, aut Deorum oracula, ut ocissimum vati-  
 cinandi genus, absque ullo experimento demonstrat, ut  
 proborum proposito inherere, scelestorum improbitates,  
 & flagitia deuitare possimus. Itaq; omni prorsus studio  
 futuram perdiscere fortunam quemlibet, necessarium  
 iudicauit. Ex fronte & vultu, Adamantius ait, etiã in  
 ipso oris silentio, natura loquitur. Dicebat Clean-  
 tes philosophus, secundum Zenonem, ex specie mores  
 dignosci posse. Pythagoreis morem fuisse, narrat  
 Iamblichus, venientes ad ipsos discendi gratia, non  
 prius admittere, quam figuram, incessum, & totius cor-

poris motum diligentissime perspexissent; ut plane & naturæ signis, num ad disciplinas apti forent, nec ne, cognoscerent. Quomam natura ipsa, quæ animis conformat corpora, instrumenta eis congrua subministrat, imaginesque animorum in corporibus indicat, per quas eorum ingenia deprehendi possint. Socrates item, qui honesta indole præditi videbantur, ad philosophiæ studiâ rapiebat, ut ex Platone habemus; & ex specie, & optimæ corporis modulatione Alcibiadem ad supremum Reip. gradum peruenturum prædixit, Plutarcho referente. Ipse idem etiam refert, Spartanis morem fuisse nutriendi partum genitoribus non esse, sed eum quendam in locum deportasse, ubi sedentes, qui ex tribulibus maximi natu essent, si quidem infantem animaduertenter pulcre effictum, & robustum, educari iuebant; sin autem ignauum ac deformem, ad locum exponendum demittebant secus Taygetum præcipitem, ac prorsum; perinde quasi eius vita, qui minus pulcrâ statim ab initio, & ad bonam corporis compositionem, & ad robustitatem naturâ productus non esset, neque sibi, neque Reip. utilis foret. Naturam animantibus corpus animi moribus & actionibus accommodatum dedisse, & scripsit Plato, & ab eo Aristoteles. Quoniam instrumentum omne alicuius causâ fit, partes autem singule corporis alicuius causâ factæ sint, illudque cuius causâ aliquid fit, actio quedam sit; perspicuum est totum corpus maioris alicuius actionis gratia constitutum fuisse: neque enim sectio ferræ, sed ferræ sectionis gratia inuenta est. Quare corpus animi causâ conditum est,

est, & partes operum & munerum causâ, ad quæ singule naturâ conditæ sunt. Galenus item libro De partium usu, particulas omnes corporis animæ utiles esse demonstrauit, quippe cuius instrumentum sit corpus: ob eamq. causâ multum à se diuersorum animalium partes differre, quia ipsius animi maxime differunt. Quod Lactantius Firmianus Theologus & philosophus, libro De opificio Dei usurpauit. Nestor vultus similitudinem Telemachi conspiciatus, apud Homerum, ita de animo conicit:

-- si vera viri, puer optime, talis

Es soboles stupor altus habet me clara tu entem.

Lumina, & ora patrem referentia, quid, quod & illi

Assimilis fandi tibi copia? quis queat alter

Ista loqui puer; ingenti nisi cretus Vlyse?

Alexander, cui cognomentum Magni inditum est, id præclarum edixit, quod imaginem suam noluit à multis artificibus vulgi contaminari, sed, ut Horatius ait,

Edicto cauit, ne quis se, præter Apellem,

Pingeret, aut alius Lysippo duceret ara

Fortis Alexandri vultum simulantia, &c.

ut statuis, tabellis, & toreumati idem vigor animi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, eadem forma viridis iuuenta, eadem gratia relicinæ frontis videretur. Poterit etiam huiusmodi scientia non solum ex aliorum sed etiam nostri inspectione maximi esse adiumentum, ut nosmet ipsi nostri physiognomones euadamus. Nam recte antiquitus memoratum legimus, Socratem philosophum speculo ad morum disciplinam usum esse: quod Seneca item tradit ad inuentum, ut homo seipsum

nosceret: nam ex hoc consequimur nostri notitiam, mox consilium quoddam. Nam si quis semet in speculo contemplantur, corporis optimam constitutionem conspiciat, procuret, ne corporis dignitatem morum aehonestamento polluat; qui vero ex signis formae animam minime commendabilem animaduertit, nauiter consurgat, ut virtutis exercitio corporis mala signa rependat. Sunt enim eiusmodi animi propensiones & affectus, ut misericordia, iracundia, & inuidia, ut qui constituti sunt, quasi mala animi valetudine, sanabiles tamen: ut de Socrate refert Cicero in Tusculanis, quum multa in conuentu vitia collegisset in eum Zopyrus, qui se naturas cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est à cateris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent; ab ipso tamen Socrate subleuatus est, qui sibi vitia illa inesse, sed ratione à se eieccta diceret. Similem historiam Aristoteles Alexandro Magno recitat de Hippocrate, cuius figuram cum eius discipuli depingere curaret, picta & optime expressa delata fuit Philemoni, qui cum eam adspexisset, & membrum membro comparasset, pronunciauit ipsum esse virum luxuriosum, coitus appetentem, & deceptorem: ob quam causam discipulis eius indignatis, & culpantibus, & flagellis fere Philemonem tudentibus, quod de viro eximio talia iudicasset, ab eis tamē hoc iudicium ad Hippocretem delatum est, qui confessus est Philemonē verum omnino de ipso protulisse, sed amore philosophiae, & honestatis sui cordis concupiscentias omnes eiecisse, & studio & abstinentia conquisisse, quod prius eius natura nega-

tum fuerat. Hanc scientiam in Pythagorica, & Socratica philosophiae arcanis sanctissime custoditam legimus; hanc Aristoteles Alexandro vtilem, ac necessariam perdiscendam proponit, & ex vultus inspectione ad sui regni ministeria seruos eligendos monet; hanc Auicenna Medicis utilissimam monstrat, ut ex vultu, & oculis de eius agritudinibus possint iudicare. Hanc ergo scientiam blande excipiamus, hilariterque amplectamur, ut vere nostram, & de nobismetipsis tractantem, quam qui non amat, quam qui non amplectitur, nec philosophiam amat, neque sua vitia discrimina curat.



INIOANNIS BAPTISTÆ POR-

TÆ NEAPOLITANI DE HVMANA

Physiognom. Lib. IV. INDEX Cap.

CAP.	FOL.	CAP.	FOL.
1		lium partes fit iudican-	
		dum	26
2		10 Contra Trogū, & quo-	
		modo è diuersis cæli lo-	
		cis hominū mores sint	
		coniectandi	30
3		11 Cōtra Philonē, & quo-	
		modo ex apparentibus	
		è facie moribus sit iudi-	
		candum	36
4		12 Quod etiam per signa	
		à contrario sumta mo-	
		res diiudicare possi-	
		mus	37
5		13 Quod ex distinctiōne	
		habituū, & passionū	
		masculini & feminini	
		generis de morib. mul-	
		ta coniectentur	39
7		14 Quomodo per plures	
		passiones etiam alia in-	
		dagande	49
8		15 Quod à nutricib. etiam	
		in morum cognitionem	
		deuenire possumus	50
9		16 De iudicandi methodo,	
		& qua	

INDEX CAPITVM.

CAP.	FOL.	CAP.	FOL.
		& qua signa præferen-	
		da veniant	52
17		Quid sit Physiognomo-	
		nia	55
18		De syllogismo physio-	
		gnomico	57
LIBRI II.			
1		De capite	62
2		De capillis	81
3		De colorib. capillorū	98
4		De fronte	108
5		De superciliis	128
6		De ciliis	134
7		De temporibus	135
8		De auribus	137
9		De naso	146
10		De vultu	164
11		De facie	171
12		De genis	184
13		De facie pulcris defor-	
		mibusque	188
14		De faciei & corporis co-	
		lore	196
15		De labiis	208
16		De ore	217
17		De dentibus	222
18		De lingua	226
19		De anhelitu	227
		20 De suspiriis	231
		21 Derisu	232
		22 De voce	237
		23 De loquela	252
		24 De maxillis & mento	
		256	
		25 De collo	262
		26 Deguttare	274
		27 De clauiculis	276
		28 De ceruice	278
		29 Despatulis	280
		30 De dorso	282
		31 De metaphreno	283
		32 De Gibbis	288
		33 De costis	289
		34 De lumbis	291
		35 De humeris	294
		36 De pectore	298
		37 De mamillis	302
		38 De ventre	303
		39 De umbilico	306
		40 Depudendis	308
		41 De vlnis	310
		42 De manibus	314
		43 De digitis	322
		44 De coxendicibus	324
		45 Denatibus	325
		46 Defemoribus	327



INDEX CAPITVM.

CAP.	FOL.	CAP.	FOL.		
47	De genu	329	14. I. De vibrantibus oculis	428	
48	De tibiis	330	16 De oculis se claudentibus	429	
49	De furis	335	17 De oculis frequenter se aperientibus	431	
50	De talis pedum	336	18 De claudentibus sese & aperientibus ocul.	433	
51	De pedibus	338	19 De ocul. micantib.	434	
52	De digitis pedum	342	20 De non conuenientibus oculis	435	
53	De unguibus	344	21 De mobilitate oculorum	436	
54	De incessu	347	22 De oculis ridendib.	439	
55	De magnitudine & paruitate corporū	358	De oculis tristib.	442	
LIBRI III.					
1	De oculorum quantitate	373	23 De sursum deorsumque oculis directis	443	
2	De angulis oculorū	378	24 De limis oculis	445	
3	De genis oculorum	379	LIBRI IV.		
4	De pupillis oculorū	382	1	De iusti & iniusti figura	450
5	De oculorum situ	388	2	De probi viri fig.	452
6,7	De colorib. oculor.	394	3	De improbi viri fig.	453
8	De variis oculis; & primo de granitis	409	4	De fidelis & infidelis viri figura	454
9,10	De oculis obscuris vel claris	416	5	De prudentis & imprudentis viri fig.	455
11	De oculis splendentibus	419	6	De ingeniosi viri fi.	457
12	De motu oculorum; & primo de stantib.	423	7	De	
13	De oculis se mouentibus	426			

INDEX CAPITVM.

CAP.	FOL.	CAP.	FOL.	
7	De hebetis viri fig.	461	28 De iucundi viri fi.	510
8	De memoris & obliuiosi viri figura	465	29 De arrogantis v. f.	511
9	De audacis viri fig.	466	30 De simulatoris v. f.	512
10	De timidi viri fig.	468	31 De mendacis v. fig.	ib.
11	De cinadi viri fig.	472	32 De veracis viri fig.	513
12	De fortis viri fig.	476	33 De adulatoris v. fi.	513
13	De inflati viri fig.	482	De molesti v. fig.	514
14	De pusillanimi viri figura	484	34 De inuidi viri fig.	515
15	De magnanimi viri figura	485	35 De impii viri fig.	516
16	De auari viri fig.	486	36 De misericordis viri figura	517
17	De liberalis v. fig.	488	37, 38, 39 De iniuriosi viri figura	518
18	De iracundi v. fig.	489	40 De talorum amatoris viri figura	519
19	De stolidi viri fig.	492	41 De loquacis v. fig.	520
20	De mansueti v. fig.	493	42 De inefficacis & efficacis viri figura	521
21	De intemperantis viri figura	495	43 De fatui improbi viri fig.	522
22	De stupidi v. fig.	502	44 De heroici viri fi.	526
23	De temperatis v. f.	503	45 Naui, vel signa in facie apparentia, in qua corporis parte reperiantur, praesagiri	530
24	De impudētis v. f.	504		
25	De verecundi v. f.	506		
26	De tristis viri fig.	507		
27	De auari viri fig.	509		

FINIS CAPITVM.



*Inspicite Heroem, magni hac Estensis imago,  
Qui dignus vultu, dignior est animo.*

IOAN.

I  
I  
  
IOAN. BAPTISTÆ

PORTÆ NEAPOLITANI

DE HVMANA

Physiognomonia.

LIBER I.

*De mutua animi & corporis consequentione;*

CAPVT I.

**E**ST ATVR experiētia, quod ani-  
mi à corporis motibus non sint im-  
passibiles, & animę passionibus cor-  
pus corrumpatur, vt inito quodam  
fœdere, & inter se configant, & resanentur, &  
tandem sibi mutuo compatiantur. In corporis  
morbis animum cum corpore pati & vnà per-  
turbari, facile videbit quispiam rationis com-  
pos, vt in ebrietatibus à rectis, constitutisq; ope-  
rationibus ferriari, & in acutis ægritudinibus  
prorsus delirum effici, nec suo officio fungi; vt  
alienus homo videatur. Non minus corpus ani-  
mi affectionibus fluctuat: hic enim amoris igni-  
culis accensus, & maxime sæuiens, corpus com-

A



mutat, vt facile contabefcat. Virgilius de Didone:

*Sauit inops animi, totamq; incensa per urbem  
Bacchatur, qualis commotis excitata sacris  
Thyas, ubi auditio stimulant Trieterica Baccho  
Orgia, &c.*

Apuleii nouerca priuigni sui amore æstuans, ita describitur: *Pallor deformis, marcentes oculi, lapsa genua, quies turbida, & spiritus cruciatus tarditate vehementior.* Idem etiam in brutis videre licet amore tabefcentibus. Virgilius:

*Carpit enim vires paulatim, vritq; videndo  
Femina, nec nemorū patitur meminisse, nec herba,*

Sic etiam animus inuidiæ stimulis expunctus, corpus extrema induit macie. Quidius ex inuidorum figura inuidiam describens, ait:

*Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,  
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.*

Nimia mæstitia multi & sapientes belluis similes facti sunt. Hecuba amissis viro & filiis, & dentum Polydori morte nunciata, instar canis latrasse dicitur. Nec defuerunt, qui immodica lætitia ad mortem deueniunt. Diagoras Rhodius, vt ex Gellio habetur, cum tres filios omnes victores eodem die Olympiæ coronari videret, eumque adolescentes amplexati essent, in manibus filiorum animam efflauit præ lætitia. Et apud Cannas, cum Romanus exercitus cæsus esset, anus mater, nuncio de morte filii allato, sum-

mo mœ-

mo mœrore affecta fuit; sed cum id nuncium falsum fuisset, atque adolescens non diu post ex pugna rediisset, anus repente viso filio, copia inopinati gaudii exanimata est. Imo in Physiognomicis probat Aristoteles, quod anima mutet habitum, corpus immutet formam, id est, complexionem, & mores; & *corpus mutatum formam, anima commutat habitum.* Cum anima tristis est, corpus lugubrem faciem; cum hilaris, hilarem ostentat; & dissoluta corporis forma, soluitur & anima. Solomon, *Spiritus tristis exsiccat ossa, anima hilaris, hilarem facit.* Mania est animæ passio. Medici corpus curantes, animam à mania liberant; sic corporis curatione, forma soluitur, & anima liberatur, ita quod corporeæ dispositiones animæ potentiis & virtutibus correspondent; imo anima, & corpus ita sibi mutuo correspondent, vt plurimarum adinuicem passionum causæ fiant; neque vnquam animal tale à natura factum est, vt formam alterius animalis, animam vero alterius habeat; nunquam visus est lupus, vel ouis, qui canis animam, vel leonis haberet, sed semper lupus & ouis corpus, eorundem animalium animam habebunt, vt necessarium sit, tale corpus talem animam ipsius speciei conuenientem sequi.

*Ex corporeis notis etiam brutorum dispositiones dignosci posse,* CAP. 2

**P**OSSUNT & nobis quoque innotescere dispositiones, seu maus, brutorum mores, ex corporeis signis: & venatores, & aucupes, quique eorum ministerio præfunt, quæ ad venandum, quæque ad progeniem idonea cognoscuntur, eligunt canes, ut Xenophon refert, corpore magnos, probant leuia capita habentes, simos, musculosos, sub fronte venefos, oculos elatos, nigros, præfulgidos, magnas frontes, lataque, caua discrimina, breues aures & tenues, posteriora gracilia, ceruices molles, longas, & teretes habent. Plato, Oppianus, & Pollux equi statum corporis rectum & articulatum probant, caput osseum, maxillas paruas, oculos extantes, quia vigilantiores putant, quam profundos, igneos, quasi subferuentes, corpus nigrum, auriculas breues & minutas, verticem grandiolem, nares paruas multo, quam coniucentes, ut apertiores meatus habeant animæ, rostrum aduncum: sic de pectore non oriatur ceruix, tamquam porci, prona, sed eminens pertineat ad verticem, ut gallinacei, circa summam vertebram gracilior sit, ut caput in eo flectatur; ita collum fuerit ante equitem, oculi autem spectabunt ante pedes. Virgilius etiam equorum præstantiam posse prælagiri, meminit his versibus:

*Continuo pecoris generosi pullus in aruis*

*Alius*

*Alius ingreditur, & mollia crura reponit.  
Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces  
Audet, & ignoto sese committere ponti.  
Nec vanos horret strepidus; illi ardua ceruix.  
Argutumq; caput, breuis aluus, obesaque terga.  
Et bubulcos quibus signis, quave forma bo-  
ues eligere debeant, docet:*

*-- optima torua*

*Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,  
Et crurum terius à mento palearia pendent.  
Tum longo nullus lateri modus: omnia magna  
Pes etiam, & camuris hirtæ sub cornibus aures.  
Nec mihi displiceat maculis insignis & albo,  
Aut iuga detrectans; interdumque aspera cornu,  
Et faciem tauro propior, quæque ardua tata,  
Et gradiens ima verrit vestigia cauda.*

Varro, oues qua forma ad feturam eligere oportet, docet: Eas esse oportet amplo corpore, quæ lana multa sit, & molli, villis altis, & densis toto corpore, maxime circum ceruicem, & collum; ventrem quoque ut habeat pilosum, esse oportet, cruribus humilibus, caudis, ut sunt in Italia, prolixis, in Syria breuibus. Et arietes fronte sint lana bene vestiti, intortis cornibus, pronis ad rostrum, ravis oculis, lana opertis, auribus amplis, pectore, & scapulis, & clunibus latis, cauda lata, & longa. Idemque etiam ex progenie eligere docet. Monstrat etiam in iuillo pecore subulcos præstantiores eligere, ut scrofae sint

amplis membris, præterquam pedibus, & capite vnius coloris potius, quam varii: hæc eadem habeant verres, tum utique sint ceruicibus amplis, & boni feminis, ita etiam à pro genie, & cæli regione cognoscendos. Sic etiam Demetrius Constantinopolitanus auceps suos accipitres ad aucupium idoneos eligit, ut caput instar serpentis paruum, & planum habeant, rotundi, & quadrati oblongis præponuntur; lingua nigra, pennas in cauda tresdecem gerant, sint paruis digitis, maculas in naso nigras, in vnguibus veluti squamas; circa radicem vnguis scissuram, & lineam habeant. Astures sint capite modico, facie longa, & angusta, ut in vulture, & similitudine aquilam referant, faucibus & gula amplis, oculis magnis, cauis, & paruo orbe in eis nigro, collo longo, pectore crasso, carne dura, longis carnosisque coxis, sed crurum, genuumque ossibus breuibibus: vnguibus crassis, longisque. Falcones sint capite crasso, non tamen enormi, & oblongiori, maxillarum partibus bene rotundis, & breuibibus, mobilibus, specie humidi cholericici (quorum proprium est cito moueri in prædam, & non discurreres; sed plus audent, quàm possint,) collo breui, sed non adeo, ut enorme sit, quod phlegmaticam, frigidam, aut melancholicam siccitatem significat, noctuarum instar: caudæ longitudo tanta sit, ut cõpositæ alæ super caudam attingant; lōga enim cauda spine dorsi medul-

medullam nimis humidam indicat, & obefætimiditatem: pectus amplum, neruofum, & validis ossibus munitum, quo freti ad ferendum promptiores sint; femora crassa, crura breuia: sic grues & aues magnas capient. Fœcundas gallinas ita villicus parabit. Probi coloris, id est nigri, aut flaui, robusti corporis, quadratas, pectorosas, magnis capitibus, recta rutilaque cristula, & interdum gemina, albis auribus, imparibus vngulis, sed nō cruribus emineāt transfuersa calcaria: nam quæ hoc virile gerunt infigne, contumaces ad concubitum dedignantur admittere mares. Agricolæ etiam apes operi habiles, & ineptas signis cognoscunt. Virgilius:

— *hic melior insignis & ore.*

*Et rutilus clarus squamis, ille horridus alter*

*Desidia, latamq; trahens inglorius aluum.*

Plinius ait: *Leonum animi index cauda, sicut equorum aures:* nam & has notas natura generosissimo cuique tribuit: immota ergo placidum, dementem blandienti similem arguit; crebrior enim iracundia eius. In piscibus, herbis, plantisque etiam adsunt notæ, ex quibus earum mores, virtutes, utpote medicæ facultates, & vitia, scilicet venena cognosci possunt, quas prope modum in vere studiosorum gratiam publicabimus, ut vnusquisque varias, & pene infinitas suo Marte plantarum facultates venari possit. Et sic certis signorum proprietatibus reliquorum

animalium operationes cognoscuntur. Vnde si hæc vera sunt, vt vera esse manifeste videntur; erit & vera physiognomonica scientia.

*Antiquorum opiniones de Physiognomonica scientia.* CAP. 3.

SEd videamus nunc, physiognomicam scientiam & qui penitus tollere conati sint, & qui eam admiserint, & admissam quibus modis speculati fuerint, nobisque tradiderint. Stoicis, vt altius exordiamur, inter quos Chrysippus, à veritate admodum aberrantes, cum extraneis corporibus mortuorum animas accedere autumarent, eisque novos mores afferre, penitus huius scientiæ subiectum eliminarunt. Pythagorei non solum in humana corpora, sed in ferina quoque transire existimabant. Dicebatque Pythagoras, quod fuisset aliquando Æthaltes, & aliquanto post Euphorbus, atque à Menelao fuisse vulneratum, ac postremo Pyrrhus, & post Pyrrhum factum fuisse Pythagoram, & dum Æthalides fuerit Mercurii filius putatus, ab eo promunere accepisse, vt illius anima perpetuo vagaretur in quas vellet arbores, vel animalia. Vnde Ouidius:

*Morte carent anima semperque priore relicta  
Sede, nouis domibus viuunt, habitantque recepta,  
Omnia mutantur, nihil interit, errat, & illinc*

*Huc*

*Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus  
Spiritus, eque feris humana in corpora transit,  
Inque feras noster, nec tempore deperit vlllo.*

Phrænitijs autem, & Possidonius cælestium rerum studiosi, animas è stellis mores ducere tradiderunt. Horum postremo Plinius opinionibus ad stipulari videtur: Aristotelem enim, & Trogum, alioqui feuerissimos viros, deridens, quæ scripterunt, vana retur, & sine cunctatione proferenda. Sed hi cum à veritate admodum aberrant, nec aliter, quam verbis, & vanis opinionibus innitantur, superuacaneum duxi eorum opiniones redarguere.

*Quibus modis maiores nostri physiognomicam scientiam speculati fuerint, & tradiderint.* CAP. 4.

NUNC autem speculemur, maiores nostri, qui hanc scientiam receperint, quibus modis eam speculati fuerint, nobisque tradiderint. Primi enim ex corporis temperatione mores innotescere posse scripserunt. Constans enim fuit antiquorum Philologorum opinio, Animi mores corporis temperaturam sequi, neque solum in iis id euenire contingere, qui secum temperies ex matris aluo traxerunt, sed si tempore, alimento, aliisue rationibus mutantur, mutari putant & mores, & vt iidem referunt, educatione,

studio, & diligentia huiusmodi improbitates reiciuntur. Empedocles Agrigentinus dixit, mores non solum elementarias constitutiones sequi, sed nostros animos esse elementares harmonias; argumento esse, quod in omnem effectuum definitionem ingrediantur complexiones. Vt, ira est accensio sanguinis circa cor; mansuetudo eiusdem tepescencia; audacia sanguinis ad extrema diffusio; timor eiusdem ad interna reuocatio. Plato in Timæo ex vniuerso corporis habitu lædi animam putat, acres pituitas, felleosque humores per corpus oberrantes, quoquo singuli appulerint vaporem suum, animæ penetralibus influere, vnde animo languores inducant pro loci natura (sic audacia, timiditas, obliuio, & hebetudo oboritur, & ex corporis contagione insipientia & animi ruditas nascitur) tantoque homines prudentiores esse, quanto corpora minus humiditate participantia fuerint. Aristoteles ex corporis temperie animi facultates affici, secundo De partibus animalium tradidit. Est robotis efficacior sanguis, qui crassior, calidiorque sit; sed qui tenuior, frigidiorque vim sentiendi intelligendi; obtinet plenior, & in iis quoque videtur, quæ sanguini proportionem correspondent. Quamobrem apes, & huiusmodi animalia ingeniosiora sunt multis sanguine præditis, nec non inter ea, quæ sanguinem frigidior, tenaciorque habent,

Sed

Sed optime constat, quæ calidum, tenuem, & sincerum habent; imo ex sanguinis natura, mores in animalibus differre: Sic taurum, & aprum fortes esse, quod eorum sanguis sit feruentissimus. Galenus in libro De mutua animi, morum, & corporis constructionis consequutione, cum videret tantam esse animi cum corpore copulam; animam non solum sui corporis temperiem sequi, sed animum ipsum nil aliud esse putauit, quam æquabilem humorum omnium, in corpore temperationem, scilicet humiditatis, ariditatis, caliditatis, & frigiditatis, vt bonum, temperamentum boni animi mores sequantur, malum vero mali: cuius sententia ab omnibus explosa est, & vno ore stabilitum, mores non solum ex prauo corporaturæ habitu mutari, sed alimentorum, & loci ratione, vtpote ex superabundanti phlegmate in cerebro, in desipientiam ex nigra bile in melancholiam, & ex phlegmate in lethargum trahi. Alii vero non ex qualitatum temperie, sed ex proprietatum signis rectius diiudicari posse opinati sunt. Hermes enim, qui & inter Physiognomones voluit annumerari, nonnulla esse signa morum dixit, quæ non ex elementorum qualitibus proueniunt, neque ad causam vllam referri possunt, sed ex occulta proprietate manant. Videmus enim cholericos, qui mæroribus æstuarere deberent, sæpissime faceto animo; &

ridibundos esse; sanguineos, qui ex caloris exuberantia liberales esse deberent, tamen parcos, & auaros extitisse, idque non ex temperamenti, sed ex proprietatum signis euenire. Præterea ambulantes, qui caput ad dextram inclinatum ferunt, cinēdi sunt, quod non ex caliditate, frigiditateq; sed ex signi proprietate cognosci tradiderunt. Alii tres hominum mores perscrutandi modos tradidere, vt Aristoteles in suis Physiognomicis tradidit, qui omnes ad vnum tēdunt syllogismū. Primum modum bifariam diuidunt: nam secundum vnumquodq; animalium genus propriam quandam figuram describunt, & huic figuræ proprietatem vel passionem præfigurant conueniētem. Vni leonum generi, robustissimum esse & animosissimum, largiuntur; aiuntque necesse esse aliquod signum inesse ei, quo animositas & fortitudo ea pernoscat, idque esse latum pectus. amplos humeros, & magnas extremitates habere. & ex his syllogismum desumunt: Omne habens latum pectus humerosque, ac magnas extremitates: forte est, & animosum. Alii vero tali animali corpus & propriam animam adscribebant, putabantq; tales mores in totum, vel secundum partes ei inesse, qui huiusmodi corpus, vel corporis partes possideret, idque in cæteris animalibus faciunt; vt cani contumeliosum, & impudentem; oui vero mansuetam esse. Vterque modus Platoni adscribitur, cum dixerit, animam dari corporibus

ribus secundum merita materiei: ac si diceret: Leo talem habet animam, quia eius materiei tale erat meritum, siue mistio. Non admodum à primo differens est secundus modus, quem Trogus tradere conatus est: nam non tantum omnibus animalibus, sed & ipsi hominum generi, non vniuerso, sed distinguens secundum gentes, mores assignabat secundum corpus; nam signatæ regioni proprium corpus statuebat, & proprias passiones, vt cui tale corpus inesset, & talem animam possidere necesse foret, & secundum regionum climatumque diuersitates, hominum mores variari. Alii, vt Philon Lacedæmonius, per apparentes in corpore mores scientiam exercebant: nam quibus moribus quisque se exercendo præfiguratur, natura tales ei inesse iudicabant, vt si videret quempiam oculos sursum natura adducere, cum salacem iudicabant, quia concumbentes oculos attollunt. Sic pallefcentes, meticulosos dicebāt, quia, qui metuunt, expallent; & si quis vultum natura præfert, quemadmodum qui irati solent, eū iracundum pronunciabant. & sic de cæteris moribus.



*Quomodo per totius corporis temperaturam de moribus  
sit coniectandum, CAP. 5.*

**S**ED non inopportunum videtur, quomodo animi mores ex corporis temperaturis deprehendi possunt, referre, præcipue quæ ex Medicorum fontibus hausimus. Cum calidum temperamentum ex imperio est, dignoscendi signa hæc recenset Galenus. Caro est tangentibus calida, hirsuta, minus pinguedinis habens, color ruber, capilli nigri. Alii addunt: Cito crescentes, venæ apparentes, anhelitus manifestus, vox firma, fortis, & agrestis; cito sudant, comedunt, & digerunt bene; pili crassi, & crispi, & natura luxuriosi. Frigidæ autem temperaturæ signa sunt: Pilorum carentia, pinguedo, & frigiditas, quæ tangentibus obuiat, color vnà cum capillis ruffior, & vbi multa frigiditas adfuerit, liuidus, quem nonnulli luridum appellant. Alii: tarde crescentes, anhelitu tardo & immanifesto, voce subtili & acuta sunt. in coitum debiles, parum comedunt, & minime digerunt, capillos extensos, longos & subtiles habent; colore albi, raro sudant, timidi sunt, & imbecilles. Humidæ temperaturæ signa: Carnosum corpus, & molle, leue, iuncturæ occultæ, vigilantes, consuetæ partes pilis nudæ, oculi illachrymantes, capilli colore flauo, imbecilles, boni ingenii, pauidi, & luxuriosi. Siccæ temperaturæ; Corpore gracili, & duro. Addunt alii: Caro tactu aspera, iuncturæ manifestæ, capilli & pili crassi & asperi

asperi, colore rubei, moderate comedunt & digerunt, in laboribus durantes. Diximus de simplicibus, nunc de compositis temperaturis. Signa calidæ, & siccæ temperaturæ: Caro calidior & siccior, & hirsutior, & durior, pinguedine carens. Gracilis est, & capillos nigros habet. Calidæ vero & humidæ: Caro mollior est, calidior, & carnosior. Si calidior erit, hirsutior, & tangentibus non parum calidior, capilli nigri, & caro pinguedine carens. Si multo humidior, mollis caro & multa, color ex albo & rubro commistus, & tangentibus paulo calidior. Frigidæ vero, & humidæ: Capillis nuda caro, alba, & mollis, & crassa, & pinguis, color vnà cum capillis ruffus. Frigidæ vero, & siccæ temperaturæ: Corpus natura durum, & gracile, & glabrum, tangentibus frigidum, pinguedo, si graciles sint, per carnes dispersa. Sed moderatæ temperaturæ signa: Color ex rubro & albo commistus, capilli flauo, giluique, mediocriter crispi, carnositatis mediocritas in qualitate & quantitate. Ad summum, corpus tangentibus neque molle, neque durum, neque frigidum, neque calidum, insipientibus neque hirsutum, neque glabrum, neque crassum, neque tenue apparebit,

*De cordis temperatura signis, CAP. 6.*

**C**VM hactenus de vniuersali corporis temperatura tradiderimus, iam nos commonet ordo, vt de principibus eius partibus, & primum de corde dicamus ex Galeno. Calidioris cordis deprehensiones & signa sunt, magnitudo respirationis, & pulsatilis venæ celeritas, frequentia, audacia, & ad obeunda negotia impigra euigilantia; si autem plus accesserit caliditatis, tunc iræ præcipitatio, & furibunda temeritas adfunt: erit hispidus his thorax, præsertim pectus, & quæ ad hypochondria thoraci proxima. Thoracis latitudo, caliditatis deprehensio est nisi cerebrum aduerfetur. Alii addunt: In dando tenax, obstinatus, probus, & luxuriosus. Frigidæ vero complexionis cordis signa: Pulsus minores, respiratio pulsibus proportionata, pectus tenuibus pilis vestitum. Hi namque natura meticulosi sunt, inertes minimeque audentes. Aridioris vero cordis signa: Pulsus asperi, animus in iram promptus, agrestis, & impacatus. Humidioris vero signa cordis: Pulsus molles, mos mobilis, facile in iram prouens, & placabilis. Addunt alii, animo timidi, hebetes & laboribus inhabiles. Calidi vero, & aridi cordis signa: Pulsus asperi, magni, celeres, & frequentes, respirationes magnæ, celeres, & frequentes. Hi autem omnium in pectore pilosissimi, nec non, in hypochondriis, in tractandis negotiis prom-

pti

pti, turosi, celeres, & impudentes; Moribus tyrannici, in iram succensi, & implacabiles. Calidi vero & humidi cordis deprehensiones: minus hi, quam qui dicti sunt, hispidi; nihilominus autem expediti in actionibus, nisi quod nõ ita ipsis barbarus est animus, sed in iram dumtaxat proueni. At pulsus molles, magni, celeres, & frequentes, & respiratio pulsibus respondens. Frigidi vero signa, & humidi cordis: Pulsus molles, mos vtique minime audens, timidi, & inertes, tenues in pectore habent pilos, ne utiqnam furiosi, neque in iram proueni: hi minus omnibus iracundi sunt; impulsu irritatiq; in iram, eam cohibent & compefcunt; nullos prorsus in pectore pilos habent.

*Cerebri temperatura deprehensiones, CAP. 7.*

**N**VNC ad aliam principem corporis partem veniendum, scilicet cerebrum, signaque ex Galeno accipiemus. Si calidius fuerit cerebrum, cuncta circa caput rubra, & calidiora erunt, & in oculis venæ percipiuntur. Capilli his genitis repente in capite exoriuntur, qui si multo temperatis calidiores erunt; primo quidem rutili sunt, inde nigrescunt, procedente autem tempore caluescunt, superfluitates in palato, naribus, oculis, & auribus pauca & concocta. Ceterum etiam humidi cerebri huiusmodi temperamen-

B

ta breui somno nec profundo, sunt contenta. Addunt alii : Capilli multi, crispī, & duri, oculi longe cernentes, & discernentes, pulcrarum rerum cupidi, corde tendentes ad nobilia. Frigidi cerebri signa: Redundantias plures hi in suis habent effluxibus, capilli ipsis sunt recti, & rufi, & stantes, & duri; postquam geniti, euadunt tenues, & sine nutrimento, facileque à refrigerantibus causis offenduntur, à destillationibus & obstipationibus narium capiuntur; tactæ corporis partes non admodum calidæ, neque vsquam rubor apparet, in oculis venæ non videntur, magisque somniculosi sunt. Aridioris cerebri signa sunt, sine superfluitatibus, in effluxibus, in sensib. maxima perspicacitas, vigilantissimi, capillos habent validos, & cito geniti euadunt crispī potius, quam recti, celeriterque caluescunt. Addunt alii : Duri ingenii hominem, & vacui, cui caput sæpe dolet, temperati incessus, & motus. Si capiti vero affuerit humiditas, capilli simplices, neque prorsus caluescunt, sensus caliginosi sunt, superfluitatum multitudine, multi somni, & profundi. Addunt alii: Luxuriosos esse, & temperati ingenii, pios, misericordes, & simplices, vanique propositi. Hæ quidem sunt simplices cerebri distemperantiæ. Compositæ vero, calidi, & humidi cerebri; Color bonus adest, in oculis venæ magnæ, superfluitates plures, & mediocriter flaccidæ, capilli recti,

recti, & subflauī, nec facile caluescunt, facile humectantibus & calefacientibus obnoxii, læduntur Austro, iuuantur Aquilone, multum vigilare non queunt, somno sese versant; imaginum in somniis sunt multarum, sensus non habent satis integros. Si caliditati accedit ariditas, superfluitates minime redundant, sensibus integri sunt, minime somniculosi, citoque caluescunt. Primus itaque capillorum ortus celerimus, & bene coalescunt, capilli nigri & crispī sunt, caput tangentibus calidum sentitur, capilli rufi, etiam ad tempora vsque pubertatis. Frigidi & aridi cerebri signa. In oculis prominentes non habent venas, à frigidis causis haud quaquam difficulter læduntur; ac sensus quidem ipsis in iuuentute integri sunt & illæsi prorsus, at ætate progressis, cito deflorescunt; ideo etiam cito canescunt capilli, parumque procedunt sine nutrimento, & flauī sunt. Frigidi vero & humidi temperamentum efficit somnolentos, & graui somno sopitos, & hebetes sensibus, & superfluentes frigore effectos, caput destillationibus & obstipationibus narium obnoxium; hi neutiquam caluescunt. Qui cerebrum igitur temperatum medioeriter habent, in actionibus animalibus & redundantis, quæcumque per palatum, vel aures, vel nares purgantur, non offenduntur ab extrorsum aduenientibus. Talibus capitis pili infantibus

subrufi, pueris autem subflaui, viris flauī, inde crispescunt, nec facile caluescunt. Subdunt alii: Ex complexione prouenit operatio virtutum. cerebri imaginatiua, cogitatiua & memoratiua. Si cerebri complexio calida, sunt imaginationes & cogitationes corruptæ. Si accedit melancholia, est timor sine causa, cum malis cogitationibus. Mœstitia est timor rerum impossibilium, & quando melancholia vtitur, conuertitur homo ad ferinos mores, & omnes ipsius motus sunt prauī & timorosi: hæc impressio fit animæ propter complexionem obscuram melancholiæ; quia habitus animæ corporalis sequitur complexionem, & anima terretur propter humorem melancholicum nigrum, sicut terretur homo in obscuro. Ex cerebri enim caliditate humiditateque accidit homini meminisse & obliuisci. Cum eius temperatura medio modo se habet in utroque calido & frigido, fit memoria, ex frigido vero obliuio gignitur; sic animo frigido in cerebro fit lethargus, & ex adurentibus febribus fit delirium. Lucretiū tertio libro de his ita cecinit:

*Est etiam calor ille animo, quem sumit in ira  
Cum feruescit, & ex oculis micat acrius ardor.  
Est & frigida multa comes formidinis aura,  
Qua ciet horrorem membris, & concitat artus.  
Est etiam quoque pacati status aëris ille,  
Pectore tranquillo qui fit, vultuque sereno.*

Sed

*Sed calidi plus est illis, quibus acria corda,  
Iracundaque mens facile effervescit in ira:  
Quo genere in primis vis est violenta leonum,  
Pectora, qui fremitu rumpunt plerumque gementes:  
Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.  
At venosa magis ceruorum frigida mens est,  
Et gelidas citius per viscera concitat auras;  
Quæ tremulum faciunt membris existere motum.  
At natura bouum placido magis aere viuit,  
Nec minus irati fax umquam subdita percit,  
Fumida suffundens cæcæ caliginis umbras.  
Nec gelidi torpet telis perfixa pauoris:  
Inter utrosque sita est cernos, sæuosque leones, &c.*

*De nostri corporis humoribus, ex quibus mores con-  
cipi poterunt, CAP. 8.*

QUATVOR sunt humani corporis humores; sanguis, pituita, & vtraque flaua & atrabilis. Sanguinis fons est cor. Sanguinei viri signa sunt: Crassa corporis habitudo, color albus rubedine mistus; corpore visuque floridi, & colore venusti sunt, hilares, læti, & rubicundi. Ob id Hippocrates, quod alii tristes, alii hilares sunt, causam esse in elementis ait: nam qui defæcati sanguinis sunt, læti sunt. Homerus quoque dixit, ob caloris copiam. Plinius ait: Sanguis quibus multus & pinguis, iracunda animalium, fortiora quibus crassus, sapientiora quibus tenuior,

B 3

rimdiora, quibus minimus; at quibus nullus, herberia; pinguisimus asinis, homini tenuissimus. In homine vis eius ad singula momenta mutatur, ad singulos animi habitus, pudore, ira, metu palloris pluribus modis, item ruboris; alius enim iræ, alius verecundiæ. Nam & in metu refugere & nusquam esse, certum est. Pituita residet in cerebro. Signa sunt, albedo in carne, color obscurus croceus: agiles hi, mente leues, ingenii celeris, & iracundi. Qui autem bile abundant quæ in splene residet, his color carnis obscurus fuscus; inertes sunt, pusillanimi, & timidi. Plato in libro De scientia, ingenio eos pollere scripsit, qui furore corripi & excitari solent. Et in Phædro ait, *Poeticas fores frustra absque furore pulsari*. Democritus quoque dixit, ingeniosissimos maxime furore quati. Loxius melancholicos tristes vocat & mæstos, propter spirituum obscuritatem & modicum calorem; cumque vapores in cerebrum ascendunt, terribilia phantasmata & apparentias demonstrant. Sic sanguineos hilares vocat, propter spirituum claritatem; sic phlegmaticos segnes, & superuenientibus periculis nullatenus ad iram prouocari, cum humor ebullitioni aptus non sit. Atra vel flaua bile affectos ad iram concitatiores & propensiores. Sed atra bilis duplex est; quarum altera naturalis dicitur, altera vero adustione contingit: naturalis est densior sicciorque sanguinis pars, ad-

uſta

uſta vero in quatuor species diuiditur: aut enim naturalis melancholiæ, aut sanguinis purioris, aut bilis, aut pituitæ falsioris combustionem concipitur. Ex quatuor his iudicio nocumenta inferuntur, utpote furor, concitatio, infania, stupiditas, & stoliditas; sola vero atra bilis naturalis iudicium confouet. Sed non ita simpliciter censendum est; nam si sola sit, nigra & densa, hebetudinem impertitur; si pituitæ commisceatur, torporem; si pauca sit, ut sanguis, & bilis & spiritus deficient, inconstantiam ingenii, & memoriæ fluxum largitur; si exuberet, vix marcore excitabitur. Sed necesse est esse prætenuë, copiosam, & in æquilibrio bilis; nec deterioris pituitæ desit humor, ut ex tribus vnum consurgat corpus; ut octo sanguinis partes, duæ bilis, duæ item bilis atræ portiones existant. Accendatur bilis atra, & à duabus illis non aduratur, sed accensa fulegat. Et ob id Heraclitus: Lux sicca; anima sapientior. In Problematis Aristoteles ait, Omnes homines, qui ingenio claruerunt, vel in philosophiæ studiis, vel in republica administranda, in carmine pangendo, vel in artibus exercendis, melancholicos omnes fuisse; & multis horum vitiis atræ bilis infestari, ut Hercules, qui etiam sacro morbo obnoxius fuit. Lysandro Lacedæmonio ante mortem genus vlceris emerſit, quod ex atra bile constitit. Adde Aiace, & Bellerophonem, quorum

B 4

alter penitus ad insaniam prorupit, alter loca solitaria & vasta persequebatur. Vnde illud Homeri :

*Ast hic, quando etiam grauior Diis omnibus, errat*

*In campos solus latos, inque auiarura,*

*Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.*

Quin plerosque alios ex Herouum ordine morbo eodem laborasse compertum est. Annis posterioribus Empedoclem, Socratem, Platonem, & alios complures viros insignes hoc fuisse habitu nouimus, & quamplurimos poetarum. Fuit & Eurilochus acerrimo quidem iudicio cuiusmodi fere omnes, qui atra bile affecti sunt; & Phauorinus hanc affectionē *heroicam* vocat. Natura calido & frigido temperamento constat. Atra bilis & calidissima & frigidissima reddi potest, sed non per summa, verum penitus est frigida: quę si modum excedit; hominem fatuum, attonitum, aut obtorpentem, aut anxium & formidolosum reddit. Sed si admodum incallescit, securitatem animi, cantilenas, & mentis alienationes, & vlcerū eruptionem parit. Nam quibus multa & frigida bilis atra, stolidi & ignaui sunt, in quibus permulta & calida, ii perciti, ingeniosi, amasii, propensi ad excandescentiam cupiditatemq; & loquelam, multi ad insaniam, aut ad lymphaticam tristitiam deueniūt, ex quo Sibyllæ, & Bacchæ, & omnes, qui diuino spiraculo instigari creduntur, quod non nisi naturali

intem-

intemperie accidit. Marcus ciuis Syracusanus prestantior poeta erat, dum mente alienaretur. At quibus ille calor remissus mediocriter, longē prudentiores, prestantioresque aliis in literarum studijs, & artibus, & in Republica. Affertque hæc temperies ad subeunda pericula magnum discrimen; alii maiorem in modum sibi confidunt, vt etiam Archelao Regi Macedonię euenit. Summa igitur est, quod melancholici varii & inęuales sunt; nam & calida, & frigida reddibilis potest; & quoniam maxime vim morum instituendorum retinet (nam mores maxime omnium, quę in nostro corpore habentur, caliditas & frigiditas gignunt) ideo varijs moribus informat: & cum portio temperata sit frigidior calidiorque, tacit vt melancholici omnes non per morbum, sed per naturam ingenio sint singulari. Galenus item tertio De locis affectis, Macri, inquit, nigri, & hirsuti, & quibus late sunt venę, aptissimi censentur, vt huiusmodi atrę bilis humor cumuletur, fitque interdum, vt rufo colore homines in melancholicam temperaturam recidant, post hos flauī, idque si vigiliis multisque fuerint laboribus nutriti, sollicitudine & victu tenui additis.

*Contra Platonem; & quomodo per animaliam partes sit iudicandum, CAP. 9.*

**S**ENTIEBAT igitur Plato, quod, si homo vniuersum corpus alicui prorsus animali consimile habuerit, iisdem etiam moribus & affectibus, quibus illud, afficeretur: id quod nos neutiquam verum esse non reticebimus. nam nullus vniquam homo, alterius animalis corpori si conferatur, in vniuersum assimilabitur, sed si quadamtenus consimilis fuerit, in partibus id continget. Partes, vel signa, quæ animalium affectus decernunt, vel affectus ipsi, alij proprij sunt, alij communes: proprij sunt, qui vni tantum animalium generi competunt, vt canibus esse cõtumeliosum, asinis vero indolens. Communes alii omnibus, alii pluribus insunt: communes omnibus, vsque ad formicas, sunt contumeliæ affectus; communes pluribus sunt ipsius Veneris affectus, qui etsi cunctis, nullis tamen certius, quam asinis & suis competunt, vnde propriis animi affectibus propriæ respondent corporis dispositiones; sic communibus communes. Sed communia signa perparum, aut nil Physiognomoni conducunt, quia communes affectiones offendunt, quæ leoni, ceruo, & apro eadem sunt, & si quis in communibus signis assimilabitur, cur potius leoni, quam ceruo; vel apro assimilatur? Propria ergo signa eligenda veniunt. Sed neque hæc quoque ad rem faciunt,

faciunt, nam propria signa nulli propria, nisi cui propria sunt, nullique competunt, propriamque passionem ostendunt, & si alteri competere, propria signa non essent, & cum affectus nullus proprius sit animalium, ex quibus physiognomiam exercemus, nullum etiam signum peculiare erit. Nam non solum leo fortis est, sed etiam taurus, & aper, nec ceruus timidus tantum, sed lepus, & felis. vnde si quis communibus vel propriis signis vti velit, frustra teret operam, nec voti compos fiet: sed oportet ea animalia considerare, quæ communi aliqua affectione notantur; & ex ijs ea signa notanda veniant, quæ solis illis, & non alijs communia sint, signumque illud cum affectu mutuo conuertatur, vt cui signum competit, eidem pariter & affectio; & cui affectio, eidem pariter & signum competat; & animalia, quæ huiusmodi affectionibus vacant, iisdem etiam quibus præmõstrantur, signis vacent. Sed ne clariorem monstrandi viam intercipiamus, exemplum apponere rationi non valde in consentaneum videtur. Si quis ex leone fortitudinis notas accipiet, scilicet extrema magna, ea etiam reliquis fortibus contingere videbit, vtpote tauro, equo, & apro, quæ etiam extrema magna habent, & robusta sunt. Vnde argumenti sedes constituitur Physiognomoni, *Qui extrema habuerit magna, fortis erit.* Sed ne in signorum electione nos falli contingat,

cum vniuersum genus duplices affectiones geminaque signa habuerit, cui affectioni quod signum conueniat, vel vtrique vel neutri considerandum est. Contingit enim leonum generi duplex affectio, scilicet libertas, & fortitudo; duoque alia signa mira præferet, elatam frontem, & magna extrema: ne igitur hæreat anceps animus, vtrum elata frons munificentie vel roboris nota sit, hac vtendum est methodo. Nos sedulo taurum, equum, & apram, aliaque robusta animalia intuebimur. & si hæc ingentes extremitates habere conspiciemus, & liberalia non sint, neque elatæ frontis signa præferant, id signū liberalitatis potius, quam roboris pronunciabimus. Inspicienda quoque veniunt alia animalia, quæ munificentissima sunt, & elata fronte incedere videbuntur: ob id, qui huic studio nauant operam, omni prorsus diligentia animalium historiis inuigilent, vt eorum affectiones, mores, descriptiones, & partes magno per calleant & considerent: hinc enim totum negotium pendere videtur. Nec flocci faciendum remur id notarum discrimen, quod aliqua cognatæ sunt, aliæ ascititiæ: cognatæ sunt, quæ nobiscum ingenitæ, ab ortu vsq; ad mortem manent vitæ coeque vt frontis latitudo, nasi simitas, & similia: ascititiæ vero, quæ casu contingunt, vt orbitas, et faciei color. Cognatæ notæ animæ passiones notant internas, & naturales sunt, vt

gaudium

gaudium, & metus; accidentales autem, animæ passiones sunt, Arithmetica, Medicina, Theologia, quas ex signis cognoscere non possumus. Huc asserre lubitum est, vt non à realienum, quod Aristoteles Alexandro scribit; Quod non creauit Deus creaturam homine nobilio-rem, nec collegit in alio animali, quod in eo posuit, cum non sit in aliquo animalium consuetudo, vel mos, quem non reperias in homine. *est enim audax vt leo, formidolosus vt lepus, largus vt gallus, amarus vt canis, durus & austerus vt coruus, pius vt turtur, malitiosus vt leena, domesticus vt columba, versipellis vt vulpes, mitis vt agnus, velox vt capreolus, humilis vt pardus, piger vt vrsus, carus vt elephas, vilis & stolidus vt asinus, obediens vt pavo, garrulus vt passer, utilis vt apis, vagus vt caper, indomitus vt taurus, recalcitrans vt mulus, mutus vt piscis, rationalis vt angelus, salax vt porcus, malitiosus vt bubo, utilis vt equus, noxius vt mus; & tandem nec vegetale, nec minerale est, nec aliqua substantia alia, quæ cum homine aliquod propriū non habeat. Adamātius: Vniuscuiusq; animalis mores omnes manifesti sunt ex effigie, quæ moribus illis cōuenit, vt leonis mos irascibilis & fortis, & effigies talis. Pardi facies delicata; sed iracundus, insidiosus, dolosus, timidus simul & audax est, quæ figura etiam his moribus cōgruit, Vrsa crudelis, dolosa, ferox, & sæua. Apro est iracundia inconsiderata, boui seueritas & simplici-*



tas, equo iactantia & honoris cupiditas, vulgi doli & infidiæ, simiæ scurrilitas & dissimulatio, oui stoliditas, hirco ignauia, sui immundities atque gulofitas; similiter cæterorum volatiliū & reptiliū effigies moribus conueniunt. Si igitur homo partem aut membrum aliquod feræ vel aui simile habet, ab his necesse est ipsum physiognomonizari. Si namque oculos charopos, & mediocriter concauos videas, leonis te admonebunt, si valde concauos, maligni moris sunt, & simiam referunt, si plani fuerint, bouinos oculos tales dicito, si eminentes, stupidi, & iniurii, sicut asini.

*Contra Trogum, & quomodo è diuersis cæli locis hominum mores sint coniectandi, CAP. IO.*

**A**T Trogus, qui ex varijs cæli habitibus diuersas morum contemperationes coniectabat, iisdem argumentis vtitur quibus & ii, qui ex digniorum animalium partibus & effectibus animi, facultates hominum obseruabant: nos ne fastidium potius, quam nouam doctrinam discitentium animis pariamus, à præsentis orationis nexu diffitam hanc pragmatiam mittemus. Sed de morum temperatura corporumque formis ad varios cæli aspectus, ecquid maiores nostri in medicina philosophiaque dignissimi proceres scripserint, futurum operæpretium arbitror, si in

si in medium exhibuero. Hippocrates libro De aëre, aquis & locis, ad regionis habitum qualitatemque hominum mores responsum habere demonstrat. Asianos pacatiores, & cultiores, idque ex anni temperatura eucuire ait, si quidem à medio solis exortu ad auroram Asia sita est. Sic qui Phasin accolunt ab hiberno sole ad Mæotidem paludem, agrestes sunt & ad laborem segnes, propter varias anni temperaturas: sunt enim ibi montes altissimi, ardua regio. & inæqualis est Scytharum gens circa paludem Mæotidem habitans, qui & Sauromataæ appellantur, crassa forma, iuncturis humectis, & inefficaces; vnde neque arcus intendere, neque tela torquere possunt præ impotentia humerorum. Europei inter se valde difformes sunt, ob temporum variationes; vnde audaces, & integri natura nascuntur, & magnanimi magis sunt quam Asiani, & difficultates omnes aggrediuntur. Inter Platonis placida illud obseruauimus scienter dictum: *Ex varijs cæli locis, varias ingenerari morum naturis* Quo argumento in Græciæ tractu in adipiscendis disciplinis aptiores videri homines multo, quam aliubi; & qui in Phœnicem vergunt, in cumulanda pecunia mire sagaces. Nunc Polemoni, & Adamantii opiniones afferemus, Arcto quicumque subiacent, corpore sunt procero, colore albo

(sed rectius, vt Adamantius, capillis colore flauo albicantibus & mollibus, oculis glaucis) simi, crassis cruribus, & prægrandibus, carne laxa, & ventricosi; sed ingenio simplices, animosi, leuissimi consilii, animo præcipites, ac stolidi. Hic Polemoni fluidi temporis iniuria vulnus infixit; nos medelam ex Adamantio afferemus. Contra qui Meridiei subiacent, nigris, crispisque capillis, nigris oculis, gracilibus cruribus sunt, & disciplinis parum apti. Subiungit Polemon: Multimodæ sententiæ, mente leues, mendaces, dolosi, furaces, ac magis minusque alii aliis, quo magis minusque contiguas regiones his incolunt, vel locorum intercapedine seiunguntur. Mediæ vero regionis incolæ mediam habent quoque figuram, signa, & ingenia. Orientales, & Occidendales, quo magis ad Meridiem vel Aquilonem accedunt, eò magis ipsi inter se differunt. Qui extremis Libyæ oris insident, vt Nomades, & Hiberi, & Libes, Æthiopicibus similes sunt. & tandem, vt cuncta complectar, Austrinis quidem omnibus siccum dominantur & calidum; Arctois contra, humidum & frigidum; aliæ vero regiones, quæ ad vtrasque harum accedunt, temperamento, effigie, & moribus similes ipsis producant. Sed cur in pluribus locis hæc euariant, causa est, quod alii alio transferant sedes, & confunduntur nationes, vt si Thraces nauigarēt in Italiam, & Itali in Thraciam,

ciam, Persæ in Assyriam, Assyrii in Persiam. Prolo-  
mæus doctissimus, etsi è siderum configurati-  
onibus hominum mores prouenire scripserit,  
eius tamen sententiæ nostro proposito qua-  
drabit. Tradit itaque Septemtrionales populos  
feroces, peruicaces, & agrestis esse truculentia;  
Italos Græcosque præstantes, benignos, amici-  
tiæ studentes, animis & corporibus temperatos,  
fortes, nobilium rerum percupidos, regni oso-  
res, libertatis amatores, populorū imperio gau-  
dentes, bellaces, & legislatores; Arabas furaces,  
subdoli que ingenii, seruales, instabiles, lucri cu-  
pidos; Armenios, mobiles, improbos; Sauro-  
matas feritate immanes; Phryges leues, morige-  
rulos mulieribus; Afros in Venerem procliuēs,  
periuros, temerariosque. A quo Maternus: Scy-  
thæ crudeles, Itali regali nobilitate præfulgidi,  
Galli stolidi inconsultique; Græci leues, Afri  
subdoli, Syri auari, Asiani Venerei, Siculi acuti,  
Hispani elatæ iactantiæ animositate excellen-  
tes, Ægyptii sapientes, Babilonii prudētes. Nec  
Vitruuii sententia ab his abhorret. Inquit enim:  
Qui rigentia mundi ac gelu torpentia loca in-  
habitāt, immanibus corporibus sunt, candenti-  
bus corporum extimis, directo capillo & ruffo  
oculis cæcis, sanguine multo ex humoris pleni-  
tate, cæli que refrigerationibus sunt conformati.  
At qui exustas à sole mundi plagas incolunt,  
breuioribus corporibus sunt, colore fusco, vi-

brato capillo, oculis nigris, cruribus inualidis; sanguine exiguo, propter solaris ardoris vehementiam, itaque etiam propter sanguinis exiguitatem timidiore sunt ferro resistere. Vnde meridiana nationes ex acuto feruore mentis, expeditius celeriusque mouentur ad consiliorum agitationes. Ad Arctum versi, ex infusi cæli crassitudine, ac ob aëris obstantiam refrigerati, stupidis fere nascuntur mentibus; quod ex serpentibus brumali frigore torpentibus perspicuum fit, quæ per calorem, cum exhaustam habeant humoris refrigerationem, acerrime mouentur, per brumalia autem refrigeratæ, immotæ sunt stupore. Cum autem meridianæ nationes animis sint acutissimis, infinitaque solertia consiliorum; simul ad fortitudinem magno impetu feruntur, etiam ubi succumbunt, quia habent exustas à sole virtutes animarum; qui vero in frigidis nascuntur regionibus, ad arma paratiores sunt magnisque viribus ruunt sine timore; sed animi tarditate, & sine solertia irruentes, suis consiliis refringuntur. Cæterum mediæ regiones, hinc calore, hinc frigore temperatæ, & corporum membris animorumque vigoribus conformes habent incolas, ut sunt in Italia gentes: populusque Romanus inuictas habet laudes, qui consilij, Barbarorum refringit vires, & forti manu, Meridianorum cogitationes. Ita diuina mens in temperata regione urbem Romam collo-

collocavit, ut omni terrarum imperio potiretur, Plinius etiam ad hæc: Contexenda sunt his cælestibus nexa causis. Namque Æthiopus vicini sideris vapore torreretur, adustisque similes gigni, barba & capillo vibrato, non est dubium. Et aduersa mundi plaga atque glaciali, candida cute esse gentes, flauis crinibus, truces vero, ex cæli rigore has & illas mobilitates habentes; ipsoque crurum argumento, illis in supera succum reuocari, natura vaporis; his in inferas partes depelli, humore deciduo. Corporum autem proceritatem utrobique, illic ignium nisu, his humoris alimento euenire. Mediæ vero terræ salubris virtusque mixtura, fertilis ad omnia tractus, modicus corporum habitus. Magna & in colore temperies. Ritus molles, sensus liquidus, ingenia fecunda totiusque naturæ capacia, iisdem imperia, quæ numquam extimis gentibus fuerint. Vegetius eligendos tyrones Septemtrionales iubet: nam qui vicini sunt nimio soli, calore siccati amplius sapiunt, sed minus habent sanguinis, & cum se exiguum sanguinem habere nouerint, metuunt vulnera. Septentrionales vero largo sanguine redundantes ad bellum promptissimi sunt, & quia remoti à solis ardoribus, inconsultiores. Ad id Lucanus:

*Quicquid ad Eos tractus, mundi, teporem  
Labitur, emollit gentes clementia cali.*

*Omnis in Arctois populus quicumq; pruinis*

*Nascitur, indomitus belli, est & mortis amator,*  
Thraces in Venerem procliuiores Ouidius testatur, de Tereo agens:

*Digna quidem facies, sed hunc innata libido  
Exstimulat, prouumq; genus regionibus illis  
In Venerem, & flagrat vitio gentisq; suog.*

Sed quęcunque ex his scriptoribus huc retulimus, ne putetis quod velim vera semper contingere, sed in pluribus: nam, vt Apuleius inquit, *apud secordissimos Scythas Anacharsis sapiens natus est, & apud Athenienses catos Meleciides fatuus.* Sed quę de hominibus diximus, etiam in ceteris animalibus videre licet: nam accipitres, falcones, & aquilę maiores sunt fortioresque in regionibus Aquilonem versus. In frigidis enim terris magna corpora nascuntur, quę copioso sanguine, & spiritu abundant, vnde audacia, & feritas prouenit. In alijs vero regionibus, secundum proportionem vigor & audacia in eis spectatur.

*Contra Philonem; & quomodo ex apparentibus è facie moribus sit iudicandum, CAP. II.*

**P**HILONEM Lacedæmonium, qui solum ex facie in passione illa hominum morum signa venabatur, ita coarguit Aristoteles: Fortis, & impudens haud dispari se habent vultu, hic enim omni a se verecundia abiecta, ille omni abdicato timore, obfixo vultu, loquuntur; si vnus igitur apparet in facie mos, vnde noris duas animarum affectus,

mae affectiones, & inter se oppidò quam differentes? neutiquam enim parum abest fortitudo ab impudentia. Præterea si ea signa accipienda sunt, ex quibus humana natura vestigatur, quę semper & omni tempore vera sint, quę fieri potest, vt natura hilaris ridenti semper fronte permaneat, vt ei numquam contingat odiosum & mœstum diem ducere? sic quoque mœstus animo naturâ, nonne fieri potest, vt gaudio, & tripidijs vitam ducat? Perpauci igitur sunt affectus, qui ex apparentibus in facie moribus conijci poterunt, vt iusti, misericordes, & ingeniosi, qui ex huiusmodi in facie configurationibus in passione illa non dignoscuntur. Sic Philonis regula, vt non semper exploratę utilitatis, vera habenda est. Nec sane satis vulgarem operam præstat, verum sedula vestigatione perquirendum, si alia comitentur signa, ne simplici fallamur nota, vt superius a nobis recensitum est. Polemon ad hæc: Accidit nonnullis formę mutatio, cum lætitia præter morem exhilaratur, vel dolore, ira, vel formidine afficitur, vel iniurijs, aut repletionem, vel si rei alicuius cupidine tenetur, vel si quid animo considerant, aut oculis contemplantur, vel auditus sensu tenentur, & quidem in eiusmodi re haud tota forma immutatur, sed immobilis manet, signa autem mutantur. quęcumque autem ex ipsis permutantur, non æque in omnibus permutationem sen-

tiunt, sed quantum ad cuiusque naturam proxime accedit. Hoc autem considerare oportet, quod quaecumque signa in quouis exortu provenientia conspiciuntur, illum ipsum indicant magis iisdem affectionibus subiici, quas illa denotant. Exemplum erit: si quis signa confidentis habuerit; prudentem, boniq; consilii dixeris; si vero signa fraudis, dolique, etsi illam præsentia minime agat, cum arte quadam celet, dolosum & fraudulentum facile existimabis. si quis idem iracundi notis signetur, etsi tunc minime iratus sit, iræ tamen obnoxium censebis. Idem & in alijs iudicabis.

*Quod etiam per signa à contrario sumpta mores diiudicare possimus, CAP. 12.*


**A**RISTOTELES in suis Physiognomicis inter alios modos, quibus Physiognomicam scientiam exerceri posse scripsit, electionem signorum etiam dissimiliter fieri, hoc est loco à contrario, auctor est. Exemplo omnia clariora reddemus. Vt si pilorum duritiam toruitudinem denunciare cognoscimus; pilorum mollitiem imbecillitatem, per signum à contrario, iudicare poterimus. Item eorundem in pectore densitatem, iræ excandescientiam significare, pro certo habemus, cum spirituum, & cordis caliditatem arguat, quæ iræ causa existit; sic eorum carentia, in eodẽ loco, mansuetudinem monstra-

monstrabit. Et, si extrema magna fortitudinem arguent, contra exilitas timorem, & animi quasi exilitatem ostendet. Et sic de multis erit idem iudicium faciendum.

*Quod ex distinctione habituum, & passionum masculini & feminini generis, de moribus multa coniectentur, CAP. 13.*

**N**VNC ex Aristotele animalium genus in duas formas diuidemus, masculinam scilicet, & femininam, & qua in re altera ab altera differat, & quid cuique conueniat, dicemus: addemus & corporis formæ mores, scilicet quæ animosa, vel timida, iusta, vel iniusta fuerint.

*Tabulam hanc obuiam hic præfigendam auximus, quæ anteriore  
& posteriorem corporis virilis faciem exprimat, ut singula par-  
tes, quarum toto opere meminerimus, liquido conspiciantur.*



Vir igitur magno corpore præditus, est vultu lato, supercilio incuruo, oculo magno, mento quadrato, collo crasso neruosoque, humeris robustis, pectore amplo, costis validis, ventre concavo, coxendicibus ossosis, apparentibus, coxis & brachiis neruosis, articulatis & fortibus, genu duro, tibiis neruosis, suris deorsum contractis, talis neruosis, articulatis pedibus, & manibus magnis, bene formatis, & neruosis, omoplatis fortibus, magnis & distantibus, metaphreno articulo, carnofo, dorso magno, robusto, & bene costato, lumbis offeis, validis, natibus gracilib. & carne duriori, sicciorique, gressu tardo, voce magna, & graui. Moribus vero generosus, intrepidus, iustus, simplex, & victoriæ cupidus.

Proposita hac figura Leonis imago ad vinum delineatur, ut  
eius partes cum virilibus comparanda commode specten-  
tur.




Nunc leonis formam describemus; nam totius corporis leonini forma, & singula eius membra viri ideam præ cunctis animalibus maxime fortita videntur. Leo capite est mediocri, facie magis quadrata, non valde offea, fronte quadrata, in medio magis caua, eminente supercilia & nasum versus veluti nube, sed frontis id quod ante caput est, eleuatum habet. *χαραπὸς ὀφθαλμοὶ, καίλιος, ἡ σφῶδρα περιφῶδρος, ἢ τὸ ἄγαν σφοδρῆκος*: oculis charopis, non valde volubilibus, neque valde prominentibus, vt vetus translatio habet. Gesnerus non prominentes, sed oblongos vertit. Sed nos leonem inspiciendo, oculos non cauos vidimus, sed mediocres

inter

inter cauos & exstantes: & Aristotelicum textum corruptum, iudico ex Adamantio restituendum: habet enim, charopi, & caui mediocriter oculi leonem se admouebunt, ob id oculis concauis, rotundis, non valde cauis, neq; valde proiectis. Sed redeamus vnde digressi sumus. Supercilio prægrandi, naso crassiori potius, quã tenuiori, superiori maxilla non prominente, sed inferiori æquali, rictu ouis amplo, in quo labia tenuia, ita vt partes superiores inferioribus superiniectæ sint, eadem laxa iuxta labiorum angulos. Cervice ex singulis rectisq; ossibus rigenti, collo magno quidem, sed mediocriter crasso, pectore robusto, partibus circa iugulos solutis magis, quã compactis, metaphreno lato, costis, & dorso valde firmis, circa coxas, & femora parum carnis habet, medio ventre gracili, *εὐζωνοί*, sed Sueffanus fati peruerse, *basim iuuenilem* vertit. Cruribus validis, & neruosis, pilis vestito flauis, neq; rectis, neque valde crispis, corpore toto articulado, & neruoso, nec molliori, nec iusto duriori. Sueffanus etiam perperam, *humidum* vertit. Incedit tarde, & passibus multum distantibus; humeris ad singulos passus commotis. Animæ vero habitus, generosus, magnanimus, victoriæ cupidus, mansuetus, iustus, & amans eorum cum quibus versatur,

*In hac tabella femineam figuram expressimus auersam, & aduersam, ut utriusq; partis singula membra uniuerso opere commemoranda in adspēctum venirent.*




*Femina*

Femina autem contrario modo se habet. Capite est paruo, capillo molli, vultu angusto, fronte depressa, supercilio extenso, oculis paruis, & splendidibus, naso recto ad faciem male discreto, facie carnosā, exilibus labiis in ore paruo & ridenti, mento rotundo, & glabro, collo gracili, clauibus male solutis, pectore stricto, & imbecilli, coxis pinguibus, genibus carnosis, intus innuentibus & collobantibus, tibiis mollibus, & inarticulatis, vlnis, brachiis, & cubitis exilibus, humeris inarticulatis, imbecillibus, dorso angusto, & debili, metaphreno inarticulato, & infirmo, lumbis carnosis, natibus carnosis, & pinguibus, & vniuersa denique corporis forma minori, delicatiori potius quam generosiori, minus nervosa, & humidioribus carnibus, voce exili, gressu breui incedente. Ingenium vero muliebri pusillanimum, furax, & ad summum dolosum. Sed Adamantius molle, iracundum, insidiosum, fraudulentum, timidum simul & audax dicit.




*Hic ut pardalis forma ad viuum demonstretur maxime præstitimus; nam eius partes muliebribus comparata eandem retinent similitudinem.*



Hic Pardalis formam referemus, nam Pardalis inter animalia formam maxime, & ingenium muliebri refert, cruribus tamen exceptis, quibus maxime ad inuadendum cetera animalia, & ad se defendendum vtitur, & fortiter agit. Habet enim Pardalis faciem paruam, os magnum, (paruum) oculos paruos albicantes, ipsosq; circumuagantes magis. Sed Gesnerus legit pro *ἰπιπολεσιέρις, περιπολοσιέρις*. & putans se textum corrigere, ipsum peruertit. *μέτωπον προμηκέστερον, πρόσλα ὄτια περιφερέστερον, ἢ ἐπιπεδωλέρον*: id est, *frontem oblongam, versus aures rotundam magis, quam planam. sed vetus translatio aliter habet, frontem longam, aures rotundam*

*rotundas magis, quam planas, satis peruerse. Collum valde longum, & tenue, pectus paruis costis præditum, dorsum longum, clunes carnosas & femora. Partes vero circa ilia & ventrem magis planas, id est, non protuberantes, nec cauas, colorem varium, corpus totum inarticulatum, & asymmetrum. Forma igitur corporis talis. Sed ingenium molle est, vel effeminatum, iracundum, insidiosum, & fraudulentum, timidum simul & audax. His moribus corporis etiam forma respondet. & Sapientes Ægyptii hominem designaturi, qui scelestum suum ac malignum, occultet animum, ne à suis noscatur, Pardalim pingunt, hæc siquidem clanculum alia persequitur animalia, nec sinit impotū ac pernicitatem suam innotescere, qua in illis persequendis vtitur. Sed addit Adamantius: Ex auibus aquilæ masculinum ad spectum, perdix vero femininū habet, reptilium draco quidem maxime masculinam, viperæ vero femininam formam habent,*

*Subiecta tabella aquila & perdicis imagines præ se fert, quæ non tam præsentî capiti, quam toti operi inserviunt.*



Hæ sunt maris, & feminæ formæ & mores, nam animalia cicura nobis experientia nota sunt, siluestria pastoribus, & venatoribus, & illis, qui ea pertractarunt. Animæ feminis semper molliores & mitiores sunt; ob id minus, dubio procul, maribus iracundæ, imbecillioresque. Ipsimet in nobismetipsis experimur, cum ira excandescimus, & fortiores & imprudentiores sumus nihilque timentes, sed quo furor nos ducit, eo ferimur ad agendum. Sed feminæ sunt magis improbæ, petulantes, illiberales, imbecilles, timidæ & iniuste. Polemō adhec. Simili etiam ratione considerandum est, cum aliqui feminea forma præditi cōspiciuntur, quod

EX

ex oculis aliisque partibus patere solet, in quibus quædam ad voluptatem atque ad Venerea accommodantur: hos mulierosos, temerarios, impudentes, versutos, perfidos, deceptores (quæ peculiaria sunt feminarum) esse contendunt. Iam maris & feminæ formas descripsimus, ex quibus exempla, quibus in hominum moribus iudicandis utemur, excipiemus.

*Quomodo per plures passiones etiam alia indaganda.*  
CAP. 14.

EST & alter mores coniectandi modus, quem nullus ante Aristotelem aggeffus est, ut ipsemet in suis Physiognomicis testatur: & hic modus syllogisticus est, per quem ex duabus vel pluribus passionibus alias possimus coniectari, & aliæ inferuntur, cuius apud Rhetores est vsus. Hic pauper est; ergo blandus. Si ex signis hominem cognoscimus iracundum, tristem, & immorigeratum; possumus ex his continuo inferre, hunc etiam inuidiæ nota carere non posse, sed necessario inuidum esse, etsi in eius facie, vel corpore inuidiæ notæ nullæ extant. & hunc modum dialectico adscribit, cum ex vna conclusione illata, aliam inferat; nam tria illa accipiuntur, ut priora & antecedentia, & quarta affectio, ut conclusio, inferitur. Cognoscimus præterea vel ex apparenti more, vel per signa aliquem inue-

D

recundum, & paruiloquum esse; possumus & illico inferre eum esse etiā furem, & illiberalem; furem quidem propter inuerecundiam, illiberalem propter paruiloquentiam; sequitur enim fur impudentiam, paruiloquentia vero illiberalitatem. ex hac conuenientia methodus, nascitur mores coniectandi non inutilis.

*Quod à nutricibus etiam in morum cognitionem deuenire possumus, CAP, 15.*

**N**ON inopportunum videtur huc afferre (etsi Physiognomoni non admodum cōgruum) quomodo à nutricibus, & ab educatione in hominum morum notitiam deuenire possimus: nam vitia, & bonos mores pueri cum lacte hauriunt. Legimus apud Gellium, Phauorinum philosophum dicere: Sicut valet ad fingendos animi, corporisque similitudinem vis, & natura feminis; non secus lactis ingenia & proprietates. Et Auicenna de lactantis moribus ait: Secundum vero mores suos consideratur, quoniam ipsam oportet bonorum morum, & laudabilium esse, & quæ tarde à malis animæ passionibus pariat, sicut ira, tristitia, timore, & reliquis. Omnes enim istæ corrumpunt complexionem, & fortasse permutantur, seu transeunt in infantem lactantem, & propter hoc prohibuerunt quidam, ne stolidi lactet. Neque in homi-

hominibus id solum, sed in pecudibus quoque animaduersum; nam si ouium lacte hœdis caprarum, agni alerentur; constat in his lanam durior, & in illis capillum gigni tenuiorem; sæpeque numero miramur pudicarum quosdam mulierum liberos parentum suorum neque corporibus, neque animis similes existere: quoniam in moribus inolecendis magnam fere partem ingenium altricis, & natura lactis tenent, quæ iam à principio imbuta paterni feminis concretione, ex matris etiam corpore & animo recentem indolem configurat. Homerus ad id.

*Non eques ipse pater fuerat tibi me hercule Peleus,  
Non Thetis est genitrix: glaucum te protulit æquor,  
Aeriæq; rupes; mens quod tibi dura ferox est.*

Ex quo Virgilius Æneidōs quarto:  
*Non tibi diua parens, generis nec Dardanus auctor,  
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens  
Caucasus, Hircanæq; admôrunt ubera tigres.*

Chrylippus ob id optimas & sapientes nutrices pueris optabat. Refert Scotus, puerum fuisse, qui diu porcæ lacte altus, adultus etiam panis indutus limum intrabat, & porcorum more vorabat; alterum, qui capræ lac cum suxisset, saltatim incedebat, arborumque codices erodebat. Remum & Romulum Lupa nutruit: ideo ipsos, & ab eo genitos Romanos luporum instar rapaces existisse. sic etiam de Lycato, &

Pharrhasio dicuntur à lupa educatis: sic etiam Cerua Telephum Aganes, & Herculis filium nutriuit. In canibus etiam obseruant agricolæ, & pastores: nam eos, quorum volunt generosam indolem conseruare, non patiuntur alienæ nutricis vberibus ali; quoniam semper & lac, & spiritus maternus longe magis ingenii, atque incrementa corporis auget, & si effeta lacte deficitur, caprinum præbent, dum fiant mensium quatuor.

*De iudicandi methodo, & quæ signa præferenda veniant.* C V P. 16.

**C**ONSEQUI iam cenſeo, vt ex multis; quæ diximus, ſignis, quæ præferenda, & quæ omittere: & quæ fortia, debilioraque fuerint, ostendamus. In ſignorum delectu primas partes ſibi vendicant ſigna, quæ ex proprietate accipiuntur. Sunt enim ſigna, vt ſuperius recenſitum eſt, vel propria vel cõmunia. Propria ſunt, quæ cum paſſionibus reuoluuntur faciunt, & huiusmodi poſitis, ponuntur & paſſiones, quarum ſunt; vt extremitates magnas habere, proprium eſt fortitudinis ſignum. Communia ſunt ſigna, quæ ab apparenti more, à contrario, & id genus ceteris deſumuntur, & dicuntur communia, quia cum ſuis paſſionibus non conuertuntur. Quod ſignum, quæ à partibus accipiuntur, fortiora ſunt  
iis,

iis, quæ à moribus apparentibus, & ſimilibus, cauſa eſt, quod immediate ſubſtantialem formam conſequantur; illa vero, vt color, & lenitas, & huiusmodi ſimilia, non tam immediate ſubſtantiam conſequantur: nam ſigna ex quibus Phyſiognomones diiudicant, ſumuntur ex motibus, figuris, coloribus, moribus apparentibus in facie, voce, carne, partibus, & figura totius corporis, & ſimilibus. Sed & partium ſigna ea fortiora ſunt, quæ ex primariis locis deſumuntur. Primaria loca ſunt, quæ circa oculos, frontem, faciem, & caput; Secunda, quæ circa humeros, & pectus; Tertia, quæ circa crura, & pedes; poſtrema vero, & minima, quæ circa aluum ſunt: Cuius cauſam affert Ariſtoteles. Signa enim, quæ circa caput, manifeſta ſunt, circa ſapere, & ſenſus; quia cerebrum continet principium motus, & ſenſuum; ac oculi pars cerebri ſunt, ex Galeno. Sic anterior pars fortior eſt: quia plenior, poſterior vero vacua. Ob id optime Apuleius dicebat, quod totus homo in facie eſt, quia ibi ratio inhabitat. Secundo loco pectus, cordis domicilium, ſubiectum omnium ſenſuum. Tertio loco crura, & pedes, quia ſunt inſtrumenta ſenſus, & motus. Ultimo loco aluus, aqua naturalia membra includuntur, quæ ad ſapientiam non faciunt, nec ab eo mos, aut virtus vlla proficiſcitur. Adamantius ſuæ Phyſiognomonix initio hæc habet: Circa partes, & membra quæli-

bet, colorem, motus, spiritus, voces, & alia quæ ad hæc sequuntur, physiognomonizare oportet. Sciendum quod non ab vno signo secundum se ipsum, aut à duobus certe putare veritatem enunciandam, sed à pluribus, & maioribus, atque ab iis omnibus, quæ adinuicem conueniunt; alia autem signa secundum habitudinem, quam habent ad ea, quæ sunt in oculis indagare oportet; hæc enim primas sibi vendicant partes: si namque ea, quæ sunt extra hæc his assentiuntur, sine mendacio erit iudicium. Cæteris autem signis potentiora sunt, quæ circa oculos manent, vt frons, nasus, os, genæ, & caput. Secunda vero quæ circa collum, & pectora sunt; tertia quæ circa humeros, & manus, & crura, & pedes; postrema autem, quæ circa ventrem. Sed maxime ad iudicium confert totius hominis conuenientia in omnibus his apparens, hanc in omnibus signum omnium inspicere oportet. Id autem rationem in se ipso non habet, sed singula signa, & ea quæ sunt in oculis, & alia vniuersa hominis effigies simul componit; omnibus enim signis simul adiunctis, quod verum est diiudicant. Sed alii sunt, qui dicant signa ab anteriori parte accepta, priora esse iis, quæ cum sensibus fiunt, quia ibi sensus inhabitant, sed quæ à posteriori parte potentiora esse ad motum, & fortitudinem, quia ibi membra sunt neruosa motus. Nec desunt, qui

sugge-

suggerant, potiora signa esse, quæ accipiuntur ex iis membris, per quæ passio illa exercetur, vt quia cor iræ subiectum est, ideo iræ signa, quæ à cordis partibus accipiuntur, potiora verioraque, quam quæ à costis, pectore, reliquisque locis sumuntur. Eodemque modo fortitudinis notæ à brachiis, humeris coxis & pedibus. Præterea eorum meminisse non obliuiscar, quorum ipsemet Aristoteles mentionem facit: Vni signorum credere fatuum esse, scilicet communium; sed plura circa vnum conuenientia pensiculanda esse, & plura testimonia ad vnum accommodanda, vt ex iis mox securius iudicium proferatur. quod est etiam à Galeno confirmatum, qui Physiognomones multum errare credidit, quod vni signorum credant, nisi proprium signum id fuerit.

*Quid sit Physiognomonia, CVP. 17.*

**A**T iam ad Physiognomoniæ definitionem adueniendum. *Est igitur morum inspiciendorum Natura ratio, ex iis, quæ corpori insunt fixis signis, & accidentibus, quæ signa mutant.* Dicimus, *Naturæ morum,* ne quis de accidentalibus putet, quæ etiam animæ inesse possunt, cum tempore acquisita, vt medicum, vel mathematicum esse; nam hæc ex naturæ corporis signis haud quaquam dignosci valent.


D 4

Diximus, *accidentia, quæ signa transmutant*; quia plerumque id fit per signa, quæ corpori non insunt, sed eo alterato, insunt, ut in timiditate & verecundia videre est: cum enim anima verecundiam ferre nequit, ex sanguinis ad exterius effusione quasi dux rubor ipse apparet; sic in metu, quando sanguis ad præcordia, quasi in suam arcem se recipit, pallor suboritur: atque hoc modo rubor, & pallor passiones sunt, quæ facile arcentur. Et dum animi mores dicimus, eos intelligimus, qui in sensitiva parte sunt, quæ hominibus & brutis communis est, & à Græcis *διαισθησις* dicitur. Unde vana est Trogi, & Philonis opinio, qui in animæ nutritivæ operibus ex plantis signa colligi posse cogitarunt. nam cum vegetativa virtus communis sit omnibus viventibus, longævi signa ex plantis sic colligebant: Quibus capilli longi & firmi, longævi sunt; quia ad longævas plantas referuntur, quæ folia firma æternaque habent, ut pinus, ilex, medica, quæ æterna pubent coma, & longæva sunt. Physiognomoniam nomē, ex *φύσιν natura*, & *νόμον regulam*, compositum est, quasi *legem vel naturæ regulam* dicas, ut scilicet quadam naturæ norma ordinationeque, ex tali corporis forma tales animæ affectiones consequantur.

*De syllogismo physiognomonico*; CAP. 18.

IAM verum esse recensuimus, animam & corpus ad invicem mutuis passionibus transmutari, propriaque esse signa in corpore, per quæ coniectare possumus huiusmodi animæ naturales passiones; & ob id physiognomonicam scientiam, omnibus in confesso esse esse veram. Nunc syllogismus se ingerit, quo physiognomones ad propria hæc signa inveniendâ utuntur, cuius Aristoteles suorum Analyticorum librorum priorum postremo meminit; ne quid videatur prætermisissimum, quod cognitu necessarium esse iudicamus. Ad id proprium signum inveniendum, primo considerandum est animalium genus vnum, cui in uniuersum insit ea passio; secundo, alia genera inveniendâ, quæ non uniuersæ, sed particulariter eiusdem passionis sint capacia; demum quæ nota omnibus insit, quibus inest illa passio, & similiter remoueat ab iis, quæ eiusdem expertia sunt, & tunc illud proprium erit signum. Exemplum erit: Ad disquirendum proprium fortitudinis signum, considerabimus cuncta animalium genera, & leonum genus uniuersaliter viribus præcellere, puto omnibus notum. Secundo, fortitudo non solum in leonibus, sed equorum, taurorum, & hominum genere reperitur particulariter: nam aliquis equus, taurus, & homo fortis erit. Postremo, signum est in iis obseruandum, quod leonum generi

semper inſit, etſi qui particulariter fortes ſunt, etiam idem ſignum ſibi vendicent; & qui flaccidi ſunt, tale non habeant: & id ſignum erit, *Extrema corporis robuſta habere, vel magna.* nam vniuerſum leonum genus extrema, magnitudine præſignia habent, & in reliquis animalium generibus aliqui equi, tauri, hominesque, qui fortes ſunt, huiuſmodi habent, & qui talia non habent, imbecilles proſus exiſtinantur. erit ergo, *extrema magna habere*, ſignum proprium fortitudinis. Syllogiſmum apponere nil obſuerit. is autem erit in prima figura, & quod medium, id eſt, ſignū cum priori extremo conuertitur, & minorem extremitatem tranſcendit, & non conuertitur. Sit fortitudo A, *magnas extremitates habere*, B, Leo, C.



Omne

Omne magnas habens extremitates eſt forte: Omnis leo, & quædam animalia magnas habent extremitates: Ergo omnis leo, & quædam animalia ſunt fortia. Syllogiſmi medium, ſcilicet ſignum, quod eſt (B) *magnas extremitates habere*, cōuertitur cum maiori extremo, quod eſt (A) *forte*, minus vero extremum, ſcilicet (C) *leonem* tranſcendit. nam magnas extremitates habere non ſolum omni leonum generi, ſed aliis quibuſdam, vt homini, equo & tauro competit. Eodemque modo Hectorem fortem eſſe ſyllogizare poterimus, Vt omne magnas habens extremitates eſt forte: Hector huiuſmodi habet: Ergo fortis.

F I N I S.





# IOAN. BAPTISTÆ PORTÆ NEAPOLITANI

DE HUMANA

Physiognomoniam.

LIBER II.

PROOEMIUM.

**H**ACTENUS descripsimus quibus modis Physiognomones ex signis in corpore apparentibus animi mores coniectarentur; nunc ad ea signa ex uniuersis corporis partibus accedemus, quæ propria esse diximus. Non pigebit tamen his naturales causas aliquando addere, existimantes, ut si qui morosuli fuerint, quibus hæc minus placerent, naturalium causarum aucupio, ex philosophia fontibus petito, satisfacturos. Nos corporis compaginem, Aristotelis auctoritatem, De animalibus libro, sequuti, in quatuor partes diuidemus, caput, colulum, thoracem, & duplex brachium, & crus. A capite, parte omnium nobilissima protinus exordiemur, sensoriorum officina, in qua principalis animæ pars re-

gimen

gimen habet, ibi enim visus, auditus, olfactus, & gustus breui loci intercapedine continentur, atque eorum quæ præagiuntur maxima præcipue pars in capite est, hominumque obuiam venientium pectora non prius apparent, quam nudata fuerint corpora, sed caput illico aspiciamus. Legitur in Platonis Timeo, Caput non solum principale dici, sed etiam totum in corpore; & reliqua solum, ut capiti seruiant adiuncta esse. Et in Platonis; Deum capitis figuram ad mundanæ rotundationis similitudinem compegisse, in eoque duos illos animæ circuitus interlocasse, ac esse membrum corporis diuinissimum, & reliquorum facile princeps, cui totum corpus subesse conexum, ac parere iusserit. Mens, ut Lactantius ait, in summo capite collocata, tamquam in arce, sublimis speculatur omnia, & contuetur. Pileo Hippocratis imagines contegebantur, ut significaretur, quam maxime custodiendam partem illam. nam in ea, tamquam domicilio, princeps animus residet, & intelligendi beneficium possum est.





## De capite, CAP. I.

**N**Os cum Aristotele totum id caput vocamus, quod collo sustentatur. Primo integrum considerabimus; post, eius partes, frontem, oculos, supercilia, & reliqua. Galenus capitis considerat quantitatem, & formam; quantitatis varietas in magnitudine, & paruitate consistit; loquemur primo de quantitate,

*Hac tabella maximum bubonis, & Vitellii Caesaris vastum caput exprimitur, ut ex marmorea statua, qua in museo Hadriani Spatafori patris mei, viri doctissimi, & rerum antiquarum studiosissimi asseruatur, excipi curauimus.*



*Maximum*

*Maximum caput.*

Polemon & Adamantius in suis Physiognomicis, caput, quod iusto maius sit, obtusi & indocilis hominis argumentum dicunt. Albertus Animalium libro, Enorme caput, quod præ sui magnitudine ad humeros vergit, sensu & virtute carere dixit. & paulo post: Immensum autem, stultum, stolidum, & vehementer indocile. Aristoteles libro De somno & vigilia, ait: Qui minimo plus in caput extumuerint, somniculosi sunt. nam quo amplius est receptaculum, eo plus iræ capiat necesse est. In nanis siue pumilionibus vaporum multitudinis vis ad caput furrigitur, quoniam grandius membrum plus alimenti requirit; quod vero copiose scandit, copiose remect consequens est, sed lentius; quia insitus calor vim tantam sublatae euaporationis breui percoquendo nequit conficere. & in suis Physiognomicis in figura somnolenti, tribuit ei superiora maiora, id est, caput. Capitis magnitudo materiei potius abundantiam, quam virtutis excellentiam indicat. Ego ad asinos referrem, quorum caput est grande, ipsi ineptissimis sunt moribus, stolidi, degeneres animo, timidique. Inter aues ad nocturnas, ut noctuas, & bubones, quæ omnes capita enormi magnitudine habent, ex otio prodeuntes, è pedibus exeunt, nimio pondere capitis detentæ. Ouidius de Ascalapho in bubonem, mutato.

-- sparsumque caput Phlegethontide lymphæ  
In rostrum, & plumas, & grandia lumina vertit.  
Ille sibi ablatas fuluis amicitur ab alis,  
Inque caput crescit, &c.

Nulli auium caput maius. Nocturnum est animal; nam si de die apparet, à ceteris auibus præ sua ignauia deplumatur. Falcones, qui magnum caput habent, non laudantur, quod ad auium nocturnarum speciem accedant, quæ omnes capitæ sunt, timidæque. Inter pisces ad vranoscopum, qui caput magnum habet, & verticem admodum latum, piscium omnium ignauissimum, Vnde Oppianus:


*Stultitia in signem memorabimus hemerocetem,  
Segnitieque omnes superantem, quos creat aquor.*

Cephalus magni etiam capitis est, vnde nomen traxit, vt *Capitonem* etiam dicant; iners & ridiculus habetur; ridetur namque eius natura, nam in metu capite abscondito, totum se occultari credit, auctore Aristotele. Sic reliqua animalia multæ humiditatis paucæque caliditatis, magno capite sunt, quæ stupida hebetiaque esse videmus. Vasta enim capita vitiosa intelliguntur, ob materiæ solam multitudinem, non contentorum, & præcipue si his accesserit inconcinna figura: nam oblæsam vim cogitandi denunciant: eumque aut nihil, aut parum certe intelligere. Et quodcumque animal speciem alterius animalis refert, ingenio quoque & moribus ad

id

id accedit; ob id hos omnes ignauos, rudes, & meticulosos pronunciamus, vt sæpius dicamus, O quale caput, & intellectum non habet. Vasto fuit capite Imperator Vitellius, vt ex iconibus apparet: vnde eius ruditas.

*Hic sagax canis caput ostenditur, & Platonis capitis magnitudo; quod ex museo Vincentii Portæ fratris, antiquarum imaginum exploratoris & adseruatoris diligentissimi excerpsumus.*



*Caput paulo maius mediocri.*

Aristoteles in Physiognomicis ait: Qui caput magnum habet, canum instar, *ei omnia sunt*, id est, sensati, vel sagaces, qui acerrimo narium sensu viget. Sed quia Aristoteles pluries canum meminit, nunc generosos, & magnanimos vocans eos, nunc adulatoros, nunc conuiciatores,


E

adclamatores, & inuidos, nunc cursores, stultos, sagaces, & ferarum amatores, ne quis ipsum nec sibi constare, nec falsam, & subdititiam doctrinam discantibus proponere suspicetur; sciendum plura esse canum genera; quæ ideo nonduxit necessarium distinguenda, quod nobis domestica & familiaria essent. Nam sunt robusti, & Molossi canes, qui etiam magnanimi fortesque sunt, & sagaces, qui narium sagacitate feras vestigant, nobis vulgo dicti *bracchi*. Sunt & cursores, ferarum amatores, & custodes, & vtilis canes, qui conuicatorum, adclamatores, & adulatorum sunt, quorum omnium ut mores, ita & forma varia est. Vestigatorum forma, ut à Blondo & aliis describitur, hæc est, Capite sunt concinno, id est, paulo maius mediocri, deiectis & propendentibus auribus, &c. Hæc volui admonuisse, ne variorum generum discriminis ignoracione deciperemini. Sed reuertamur, vnde digressi sumus. Polemon ait, Caput paulo maius commensurato, sensibus refertum, & illiberalem monstrat. Sed textus mendosus est, & ex Adamantio restituendus. Caput paulo maius commensurato, probe sensatum, quidem, fortem & magnanimum ostendit, quod autem extra mediocritatem, bene sensilem quidem, sed non virilem, & valde illiberalem monstrat. Albertus ex Loxi auctoritate, Caput, quod aliquanto maius est, quam

quam conuenit, sensus augmentum, virtutem, & magnanimitatem arguit. Ægyptii Anubim canino capite pingebant, quem aliqui dicunt esse Mercurium, innuentes, quod nil esset sagacius cane. Si ad aues referre licet, psittaci grandiori capite sunt, vnde non solum loqui, sed etiam meditari discunt. Galenus in eo libro, cuius inscriptio Ars medicinalis est, Magnum caput diiudicare periculotum esse dicit. nam magnitudinem non necesse est esse bonæ constitucionis signum: nam si euenerit ob infitæ virtutis robur, multam & optimam materiam producens, & si concinna fuerit ambiens figura, & quæ ipsi cognata fuerint, optima sint, scilicet ceruix valida, ossibus bene disposita, atque omnino neruosa, & ipsi omne bene coaluit, etiam oculos bene cernentes, egregium signum est. Et in libro De morbis vulgaribus. Quemadmodum magnū pectus ampla interiori cavitare duo magna viscera, pulmonem atque cor, nulla ex parte compressa continens, melius erit: sic caput & dorsi spina magnitudine respondentia, cū grandia fuerint, cerebrum, & medullam ampliores. latioresque spiritus in ipsis cauernas efficiunt, vnde cogitandi vis in eis optima. Quod ex eadem retulit Auicenna. Ioannes Alexandrinus in sua Commératione in Hippocratem ait: Capitis laxior requiritur capacitas: quia multarum est virtutum conceptaculum sensitiuarum, &

motum præstantium, Si amplum fuerit cerebrū ad capitis proportionem, manifestum est calorem bene agere; si magnis spondyliis, magnis itē pectoris ossibus, vitalium virtutum optimam constitutionem, & mox corporis totius peraccommo- dam nutritionem prouenire. Vt ex marmoreis statuis videre licet, Platonis caput ad totius corporis proportionem paulo supra mensuram extare videtur; cuius ingenii perspicacia & robor nota sunt.

*Hominem minimi capitis ad superiorum & sui corporis proportionem, & struthionem tibi ad viuum appingi curauimus, ut facilius capituli ad ingentis corporis magnitudinē ratio consideretur.*



*Caput minimum.*

Aristoteles in Physiognomicis ait: Qui capite

pite paruo sunt, fere insensati sunt; quos & ad asinos refert. Sed, vt diximus, asinus non paruo, sed magno est capite præditus, vnde in textu mendum suspicor, cum præsertim Polemon, & Adamantius nil tale habeant. Inquiunt enim: Caput admodum paruum quisquis habuerit, ab omni sensu, humanoque captu alienior est: nec ad asinum referunt. Idemque Aristoteles feminæ formam describens, exiguum tribuit ei caput & pardali, non asino, cuius imaginem refert, comparat: nisi quis per *paruum caput*, Aristotelem intellectus paucitatem vel contentorum intellexisse dicat. Nam asinorum capita, etsi magna videntur, ossium tantum, & ambientis carnis & cutis mole extuberant; sunt vero parua, paucitate cerebri, cuius asinis pars minima. Rhafes eadem quæ Adamantius refert. Auicenna: Exiguum caput, cum inconcinna figura, & ei par debilitas colli & dorfi, defectum significat virtutis moralis, naturalis, & animalis; & ob id homo ille perfidus, velocis iræ, & in rebus hæsitans erit. Ego ad struthiocamelum referrem: nam inter animalia exiguum habet caput, ceruix vero procera est, & corporis eximia magnitudo. Cuius mira stoliditas. In tanta reliqui corporis magnitudine se latere existimat (cum effugere aliter venatores non possit) cum caput frutice occultauerit, vel cum umbram suo capiti pro tutela parat, ceteris corporis partibus

debiliori. Aristophanes in Auibus Rheæ matri Deorum struthiocamelum comparat, propter eius magnitudinem. Et Iob: *Struthionem Deus priuauit sapientia, non dedit illi intelligentiam.* Exstat prouerbum in Suida, *Λιβυκὸν ὄρνεον*, de prægrandibus, quod ex ea regione deportentur aues immani magnitudine. Interpretes Aristophanis in Auibus id conuenire dicit in barbaros, & meticulosos. Sunt enim homines prægrandes fere timidiore. Galenus ait, exiguum caput improbæ cerebri constitutionis peculiare signum esse, & exigua capita semper praua indicare. Cuius causam Hali Rhodan affert, ob constrictionem coarctationemque ventrium cerebri, ex quo spiritus animales libere non valeant expandi; addita quoque eorum imbecillitate, quæ inde producuntur: etenim cum exigua est radix, vix inde prodire aliquid magnum potest. Diuus Thomas super ea, quæ De sensu & sensibili scripsit Aristoteles, hæc dixit; Caput, & cor situ opposita sibi inuicem sunt, vt cerebri frigiditate huius calor contemperetur: inde fit, vt paruo capite homines, secundum membrorum aliorum proportionem, impetuosi sint ac violenti. Quippe cordis calore non satis per cerebrum reflexo, ac in dispositione diuersa affectio item prouenit contraria. Meletius philosophus non ingrata refert: Caput cerebri gratia factum est, ad illud quod comprehenditur, il-

lius


lius quod comprehendit naturam conditam esse constat. Caput quod intus exigue capax sit, flagitiosi cerebri indicium ostendit. Cum igitur vniuersi corporis nostri actiones cerebri officio perficiantur (quippe si extremum in pede digitum moueri acciderit, illum sane à cerebro motum esse certum est) manifestum est quod paruum caput habentes, propter eius paruitatem, priuentur facultate perficiendi ea, quæ magnum caput habentes perficiunt. Paruum enim instrumentum plurimi spiritus capax esse nequam potest. Itaque cum paruum caput angusto spacio contineatur, in eius angustiam animalem spiritum demergi, & extingui, & cum eo vniuersas quæ ab eo fiunt actiones, contingit. In summa igitur, Exiguum caput perpetuo paruum habetur.

*Caput paulo maius paruo.*

ARISTOTELES Problematum libro censuit hominem animantium omnium prudentissimum esse, quum capite ad reliqui corporis proportionem minimo sit; immo & inter homines ipsos, qui hac parte diminuti sunt, fere prudentiores esse, quam qui sunt grandiori. Sed intelligit Philosophus pro grandiori capite vastum caput, & pro capitis paruitate macilentum, & paulo maius paruo: sic videntur duo hæc maximi philosophi dicta inter se

non aduerfari; vt quod prius improbare, hîc magnopere laudare videatur. Auicenna inquit: Paruum caput, fi cum fortitudine virtutis formatiux fuerit, optimum erit.

*In hac figura mediæ magnitudinis caput inter reliqua cum leonino capite contemplare.*



*Caput mediocre.*

Aristoteles commendat Alexandro Magno caput mediocre, & intra immensum constitutum, cû Polemon, & Adamantius mediæ magnitudinis caput laudent. Id videtur leoni comparandum. Ipse enim ad corporis rationem, moderata capitis magnitudine est: vt apud Aristotelem videre est, leonis formam describentē. Albertus ad hæc: Moderatum caput indicat ingenium, & sensum, aliquando tamen timidum, & li-

& liberalem; sed ego non timidum, sed audacem, & magnanimum iudicarem; quippe ad leonem relatum.

*Prima hac tabella in dextra sui parte non naturalem capitis formam refert, in qua anterior eminentia perit, posterior tumet; sinistra vero secundum capitis innaturalem formam, in qua postica pars deperditur, & anterior gibba est.*



*Caput in sinciput canuum.*

Diximus de magnitudine; nunc de forma capitis. Hippocrates & Galenus quinque afferunt capitis discrimina, naturalis vnum, innaturalis, & monstruosi quatuor. Prima innaturalis capitis figura, in qua anterior eminentia frontise elatior sedes, perit à sincipite; posterior, quæ occipitis, reseruatur. Secunda huic plane contraria visitur, quæ occipitii nimirum poste-

riorem eminentiam, manente anteriore, perdit. Tertia, quæ naturali magis opponitur, in qua ambæ capitis eminentiæ abolentur, & caput ad amuſſim rotundum, & inſtar exactæ ſphæræ obſeruetur. Quarta, quæ ab Hippocrate enumeratur, in qua caput in latera ad vtramque aurem inſignius, quam anteriori poſteriorique ſede, prominet. Quinta naturalis eſt, ad oblongæ ſphæræ formam potiſſimum extructa, priorem poſterioſemque partem obtinens magis proceram. Primum ſi caput in ſinciput cauum erit, dolis & iracundiæ deditum Albertus dicit; ego autem male ſenſibus & imaginatione affectum iudicarem. Sed vnaquæq; regio peculiare quid in capitis forma ſibi vendicat, vt Hippocrates dixerat de ijs, qui pulchra capita exiſtimabant oblonga, ideoque in paruulis ea comprimebant, quæ ita tandem natura in hanc oblongã formam poſtea procreauit.

*In occiput cauum caput.*

Polemon, & Adamantius, Qui retro caua depreſſa habuerit, timidus erit. Sed error eſt in Adamantio, nam pro ἀψυχος contrarium habet ἐψυχος. Galenus ad hæc, Quod ſi ea, quæ ſecundum occiput, eminentia aliquatenus minuatur, ſimul intueri oportet neruos, atque ceruicem vna cum offibus alijs. nam ſi ſecundum naturam conſtituerint, materiæ defectu, non virtutis imbecillitate contingit; illis vero non recte ſe habenti-

bentibus, principium eſt debile. Sed magna ex parte defectus, qui occipiti eueniunt, confequitur eorum quæ diximus, imbecillitas, rariffime aliter euenire conſuevit. Germani compreſſio occipitio, & lato capite plerumque ſpectantur quod pueri in cunis dorſo ſemper incubent, ac manibus cuniarum lateribus alligentur.

*In ſinciput prominens caput.*


Eadem quoque diſtinctiones adhibendæ ſunt ad anteriores capitis partes, ſcilicet ad frontem attinentes, quas etiam ad poſteriores adhibendas diximus. Nã itidem earum dẽ paruitatẽ, & magnitudinem inſpicere oportet, itemq; figuram, & ſenſus ibi collocatos, viſum, guſtum, atque odoratum. hæc enim ad ſe inuicem indicant atque atteſtantur, & quæ à principijs oriuntur, principij virtutem & vitium obtinent, quæ ab ipſis naſcuntur. & hæc quidem anterior pars ſenſitiuos plurimos, paucos vero actiuos neruos continet: vnde ſi bene affecta fuerit hæc pars, maxime ſenſituum indicare conuenit.

*In occiput prominens caput.*

Galenus in Arte medicinali, & ab eo Auienna ait: Caput, quod ſecundum occiput eminentius eſt, non ſemper malum. ſed adhiberi oportet diſtinguendi rationes, quibus antea de capite grandiori vtebatur: ibi namq; & nobiliſſimus cerebelli ſinus, & dorſus, & medullæ exortus locati

funt. Postea ceruicem considera, imbecilla sit, an robusta. nam si validum collum sustinet, huiusmodi capitis acumen probato; hos enim homines & aliorum membrorum, sed ossium præcipue viribus pollere comperies; ea enim pars neruorum omnium, qui in toto animali sunt ætius, origo est, sensitiuos vero paucos obtinet.

*In secunda hac tabella, à dextra parte, tertia non naturalis capitis figura delineatur, in qua utrumq; tuber, anterius scilicet & posterius, intercidit; à sinistra naturalis figura sphaeram utrimque leniter depressam, anterius & posterius extuberantem, exprimens.*



*In sinciput, & occiput cauum caput.*

Si vero caput ambas eminentias amisertit, scilicet occipitis, & sincipitis, & æquale, & vndiquaque quasi perfecta sphaera ambiens fuerit, pessimum

erit. Albertus, sine memoria, sensu & sapientia esse dixit globosum caput. Medicorum dogma est, vbi deficit caput, ibi significatur imbecillitas, & defectus operationum. Si anterior pars, defectum sensus, & imaginationis; si postica, virium, & memoriæ; in medio, rationis & cogitationis. Cerebri forma cranet formam sequitur, & si eius figura corrupta fuerit, etiam cerebri forma corrumpetur: eruntque eiusmodi pauidi, & male sensati. Græcorum & Turcarum capita globi fere imaginem expriment, quod tegumentis, quibus varie vtuntur, id caput peraccommodum censent.

*Caput in temporibus tumens.*

Erat ab Hippocrate numeratū inter naturalia capitis genera illud, in quo ad tempora eminentiæ non antrosum, vel retrosum insunt. Aristoteles ad Alexandrū ait: Qui tempora inflata habent, & genas plenas, sunt valde iracundi. In Physiognomonicis vero: Quibus circa collū & tempora venæ amplæ sunt, si malæ sunt iræ, & referuntur ad passionem; quia iratis hæc accidunt. Polemon, & Adamantius ab eo: Si qui venas illas quæ sunt circa collum & tempora, turgidas habent & manifestas, & sanguinei coloris, intus feruere iram ostendit. Rhafes ab eo: Caput vtriusque conuexum, iracundum est. Albertus: Venæ temporum & ceruicis rubræ, adeo iracundum ostendunt, vt prope sit insanus:



*In sinciput & occiput protensum caput.*


Sed capitis vtriusque protensi optimum erit signum. Hæc sola à Medicis existimatur naturalis & perfecta capitis constitutio. Galenus in Artis medicinalis libro perfectam statuens capitis formam; ait: Velut si sphaeram exquisite orbiculatam excogitares, ex cæra constructam, leniter vtriusque pressam, in hanc enim necesse est & priores, & posteriores partes gibbæ fiant, & conueniant. Et alibi, Circumiuergens ante & pone, æque ac oblonga, quasi procedentem ante & pone dicas. Auicenna ab eo; Orbiculari figura esse tornatum caput videri vult, sed tamen quadamtenus oblongum, quoniam neruorum ex cerebro propagine per longitudinem constituentur, extumescente item verticibus geminis, vt illis, veluti supercilijs prominentibus præsentius suppetat neruis tutamen. Polemon, & Adamantius, Caput quod moderate magnitudinis & rectitudinis, & modice compressum est, omnia alia capitis forma, & ad sensibilitatem, & magnitudinem animi præstantius. Rhasis, Caput, quod magnitudine moderatum existit, decentem habens rotunditatem, quæ & retro emineat, & sub vtraque aure paruum habeat compressionem, optimum erit. Albertus, Caput aliquanto oblongum ante & retro, vt malleo simile, prouidum & circumspectum virum manifestat. Periclem vi-

rum

rum Atheniensem tali capite fuisse tradunt, & perfectissimum extitisse; vnde & Comici eius capitis magnitudinem diuersijs laceffunt. Cum magnitudine etiam oblongo capite fuisse scribit Plutarchus, nec cæteris partibus correspondenti; ex quo omnes eius statuz velantur casside. quod videlicet nolent sculptores ea re hominem deformiorem videri: & Attici Poëtæ eū *κυνοςφαλος*, id est, *caninum caput*, contumeliæ gratia appellare soliti sunt. Caput tuum, dignissime Princeps, paulo maius est mediocri capite, nec decenti caret sincipitis & occipitis gibbositate. Respondent occipitio par ceruix, nerui, & ossa, & conformitas reliquarum partium: vnde maxima vis corporis, sensuum sensibilitas, incomparabilis magnanimitas, singularis animæ prudentia protenditur, vt quicquid loquaris, facias, merum sal, meram sapientiam redoleat.



*Visitur hic corui caput adanussim expressum, & humanum caput ad eius similitudinem delineatum.*



*Acuminatum caput.*

Aristoteles in Physiognomicis ait: Qui capita acuta habent, inuerecundi sunt, & ad curuos vngues habentes referuntur. intelligens per eiusmodi aues, coruos, & coturnices, quæ impudentes sunt, & acuta capita habent. Hos Aristoteles *φοξός* vocat, quasi proacuminata capita habentes, vel ex fastigatione, quam vocant *ὀξύπια*, vel ex flammæ forma, quæ *φλαξ* appellatur. Polemon & Adamantius *λοξόπτερον* impudentiam notare dicunt, & in schemate fatui improbi *λοξόν* caput dicunt, quod *obliquum* interpretantur satis inepte Valla, Pomponius Gauricus, & alii, ceteroqui magna doctrina præditi viri, quum obliquum caput longe à proposito abeat. Sed mendum

dum in vtroque textu suspicor; & non *λοξόν*, sed *λόφον* scribendum. *λόφον*, nostri *apicem* dicunt; nam Aristoteles Animalium historis scribit, auium, quosdam habere *λόφον*, id est, quod caput supereminet. Albertus etiam satis barbare: Caput enormiter prolixum, est impudentiæ signum. & si emineat in prima parte, insolentiam significare dicit. Eiusmodi in Therseite caput notat Homerus, eumque valde impudentem describit. Lucianus etiam Therseitem fastigiato capite fuisse scribit. Aristophanes in Aunibus Theagenis meminit, vbi in Scholiis protenso capite fuisse scribitur. Sunt & in Ponto populi *Macrones* dicti, quod apud eos plures comperiantur *macrocephali*, id est, capite iusto longiores, & apud Perles *griphi*. Nec ab Athenæo in Cilicibus præterminatum, sed in Atticis Argiuisque mulieribus notatum.

*Valde altum caput.*

Polemon, & Adamantius: Qui satis protenso capite sunt, contumaces habentur.

*Caput planum.*

Caput humile superius, & quasi planum, Albertus insolentis & effrenis hominis indicium dicit.

*De Capillis, CAP. 2.*

SEQUITUR caluaria capitis pars, veluti ædificii culmen, quæ capillis inlecta est. Capillorum ratio non in decore præcipue consistit, sed

in eis fuit naturæ momentum maximum. Aristoteles natum capillum dicit ad necessitatē, & præsidii rationem. Ad necessitatem; quia cerebrum humidum est, & ubi plurimum humoris calorisve est, ibidem pilorum ortum esse copiosum necesse est. Ad adiumentum; quia pili frequentia caput operiens extimum repellit frigus; & calorem: nam cum cerebrum humidum sit, maximam tutelam exposcit; & in eo molumentum maximum, egestis hoc modo noxiis è corpore vaporibus, vnde capillaris generatio augmentum habet. Adiciunt quoque, Ad ornatum, auctores grauiissimi. Ambrosius sexto. Hexameri: Cæsaries reuerenda est in senibus, veneranda in sacerdotibus, terribilis in bellatoribus, decora in adolescentulis, compta in mulieribus, dulcis in pueris. Tolle arboris comam, tota arbor ingrata est: humani corporis capillos; tota pulchritudo flaccesit. Sed venemur causas generationis, quo facilius mores coniectare possimus. Horum materiam putat Galenus secundo Complexionum libro, fumidum vaporem humectum, & glutinosum. Auerroes. pili materiam pure terrestrem dicit. Quod si esset, non tam sequax foret pilorum natura flexilibisue, quò velis, modo. Ratio efficiens frigiditas est, tum intima in cute ac ossibus capitatis, tum extima aëris nos ambientis, quæ vaporem ab imo scandentem, ac in poris meatibusq;

busque cutis retentum, diutius senescere cogit. Ex aliorum opinione capillorū causā cutis est, concors vero inditus humor. Cutis tenuis, rara, densa existens, & grossa; eiusmodi etiam pilos producit. Sed neq; medici, neq; Physiognomones corporis temperiem, neque animi mores ex pilorum qualitatibus venari possunt. Polemon, & Adamantius neutiquam optime ex pilorum signis mores conici posse tradiderunt: quia ex generibus ea demonstrari non facile queunt, cū pluribus in locis permixta hominum genera videantur. Auerroes non nisi in temperatis climatibus id verificari ait, vt videbimus. In capillatura considerandā venit qualitas, quantitas, & color; quas differentias collegit Aristoteles De generatione animalium libro.

*Porrecti capilli.*

Aristoteles in Physiognomicis. Qui capillos rectos in capite habent, timidi sunt, & referuntur ad passionem. nam timentibus eriguntur. Hos *φριζαντες*, vocant, quasi *horrentes*. In Problematibus rigentes capillos ex refrigeratione euenire dixit. nam calor in partem interiolem se colligit; vbi autem carni caloris beneficium desit, magis colligitur; quod cum sit, pili erectiores fiunt. Alexander Aphrodisiensis ait, quod per metum & horrorem pili erigi solent, quoniam affectus omnes refrigerant; refrigeratio autem foramina cutis obducit & condensat,

pilus quidem cum vndique astringatur, inuertitur, atque erigitur. Ob id Virgilius:

*Obstupui, steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit.*

Polemon & Adamantius: Capilli recti agrestiores & stolidiores homines notant. Sed Polemon ἀρχοοτέπης, Adamantius ἀγχιωτέπης habet. Et paulo post: Recti capilli existentes timiditatem & malignam astutiam notant. Iidem in figura factui improbi tribuunt ei capillos rigentes, quasi agrestioribus moribus prædito. Hippocrates in libro De hominis structura ait: Recti crines ex superuacuo qui in capite est, humore fiunt. Auverroes quarto Colliget: Capilli extensi & plani significant superfluitatem humiditatis.

*Priores figura etiam presenti in seruiunt capiti, dum capillorum qualitates explicantur. Dextra crisperi capillitii præfert iconem, sinistra crispisuculos, vel in extremitatibus tantummodo crispatos capillos ostendit.*



Capilli

*Capilli crispi.*

Aristoteles in Physiognomonicis: *Qui capillos minus crispas habent, timidi sunt, & ad Æthiopas referuntur.* Polemon: *Crispi capillitii vir, timidus valde & odiosus.* Adamantius; *Timidus & fraudulentus est.* Conciliator: *Qui capillos crispas habent, ut piperis corrugationi similes existant (ô egregiam piperis, & vibratorum capillorum similitudinem) protestantur (supple, timorem, quia ipse apponere oblitus est.)* Albertus crispum capillum timidum, subdolum, lucri cupidum & asperum demonstrare dicit. Sed satis inopportune ex se, *asperum*, illud addit. Aristoteles duo leonum genera tradit Animalium libro: quorum alterum crispiori pilo, quod ignauius; alterum longiori simpliciorique villo, quod generosius est. Et à Plinio idem recensetur. Hippocrates libro De hominis structura, capillos crispas esse signum caliditatis capitis dixit. Auicenna in primo Canone ait: Vibrati capilli rationem esse eo modo, quo & vitulata coria. nam arefactus capillus reflectitur, & incuruatur vi caloris: & ob id meticulosos esse ex numerosa spirituum resolutione. Verum Aristoteli libro Animalium generationis quinto, & Galeno Complexionũ secundo, Capilli crispi euenire duplici ratione videntur; altera, quam exposuimus, vi caloris & siccitatis; altera, meatuũ tortuositate, per quos egrediuntur: nam vt hi dispositi sunt, ita & ca-

pilli emergentes efficiuntur. Contingit hoc quoque ex vaporis debilitate, & cutis duritie: nam erumpēs capillus adeo tenuis est, vt se minus valens tolerare, corrugetur contrahaturq;. Ob id serius canescit: quod filo etiam contingit, si vi per arctum transeat. Aphrodiseus ex capitis siccitate crispulos capillos fieri scripsit. Auerosidem, sicut accidit illis, qui corrugantur ab igne.

*Crispi in extremitatibus capilli.*

Nunc mediam physiologi capillorum tradentes qualitatem, dicit Aristoteles in Physiognomicis. Quoniam igitur recti, & valde crispi timiditatem innuunt; qui in summa tantum sui parte crispi sunt, animositatis signum erunt, & referuntur ad Leones. Polemon & Adamantius mediam inter has capillorum qualitatem, optimam testari dicunt hominis naturam. Iidem in figura ingeniosum depingunt, neque valde crispis, neque rectis capillis. Dares Phrygius Achillem bene crispatum extitisse scribit; sic etiam Aiacem Telamonium, eosq; in hostes audacissimos fuisse. Cimonem refert Plutarchus, crispam coma suffultum caput habuisse, ac virtute referentem fuisse. Augustus, Suetonio referente, capillo fuit leuiter inflexo, ob id optime moratus, ingeniosus, magnanimus, & liberalis.

*Socratis*

*Socratis imaginem, quam ex Museo Vincentii Porta fratris depingi curauimus ex marmorea statua, huc adduximus, ut caput caluitio deforme cerneretur.*



*Rari capilli.*

Polemon, & Adamantius: Raritas capillorum dolosum & malignum arguit. vbi animaduertendum Polemonis textum corruptum & mendacem esse. Aristoteles in Problematis, capite caluos, salaces esse ait. Quicumq; enim, ex pilis congenitis ætate iã prouecta non caluefcunt, libidinis vsu immoderato iã decidūt: partes enim superiores sanguinis parū obtinentes, libido refrigerat: ita enim efficitur, vt locus hic alimentum concoquere non possit, & cū pili alimento caruerint, defluant necesse est. Et alibi:

Spadones effici calui nequeunt, quia cerebri multum obtinent, quod sane cōtingit, quia rem Veneream non agunt, semen enim labi per spinam à cerebro videtur; qua de caussa ceruis castratis cornua non decidunt, & boues castrati cornua gerere maiora putantur. Eademque ratione pueri & mulieres non caluescunt. Est, inquit Plinius, in capillis terrarum aliqua differentia, quippe Myconii sine pilis gignuntur, vnde & caluos omnes Myconios dicimus. Hippocrates Caput, quod paucis constat capillis, calidius est. Medici dicunt. Pilus non multus ac prætenuis caliditatem indicat temperatam, connexam siccitati immodicæ, & ex siccitate, quæ per malam temperiem fit, nascitur caluitium. Præterea qui capillo sunt rariore, ii non facile nudantur nutriente humore; qui phlegma vocitatur. Scribit item Alexander, caluitium aliquando ex cognatione prouenire, sicuti podagram. Fuit & Socrates recalua fronte, vt Ammonius & Hieronymus ad Iouinianum scribit, ob id eum Zopyrus luxuriosum pronuntiauit. Erat & Iulius Cæsar caluus, & caluitii deformitatem iniquissime tulit, obtrectatorum iocis sæpe obnoxiam. Ideoque deficientem capillum reuocare à vertice assueuerat. Et ex omnibus decretis sibi à senatu populoq; honoribus, non aliud vsurpauit libentius, quam ius coronæ laureæ gestandæ perpetuo. Eius luxuriam Suetonius bene notauit

tauit, cum à militibus iactaretur: *Vrbani seruate uxores: nam mæchum caluum adducimus.* & eius pudicitiam apud Nicomedem prostratam, præter multas reginas, quas dilexerat, multasq; uxores, quas habuit, ex historijs notum est. Fuit & Caligula capillo raro, ac circa verticem nullo, quare eo transeunte, capram nominare, criminofum & exitiale habebatur. Vnde eius stupra cum sororibus notantur à Suetonio; homines etiam, quos commercio mutui stupri dilexerat, cum neque suæ, neque alienæ pudicitiae pepercisset. Otho fuit caluus, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo, vt nemo dignosceret. Summum is inter amicos Neronis locum tenuit, congruentia morum, & consuetudine mutui stupri. Flavius Domitianus quoq; caluitio deformis fuit, quo ita offendebatur, vt in contumeliam suam traheret, si cui alij ioco vel iurgio obiectaretur; quamuis libello, quem de cura capillorum ad amicum edidit, etiam illum simul, seque consolans inseruit; *ἄχθρας καὶ γὰρ καλὸς τε, μέγας τε* Fuit libidinis nimiae, affiduitatem concubitus, velut exercitationis genus, *clinopalen* vocabat: natabat inter vulgatissimas meretrices, fratris filiam in matrimonium recusatam, corrupit: Aurelius Sextus libidine furentem eum fuisse scribit. Sergius Galba præcaluo capite fuit. Libidinis in mares pronior, & eos non nisi præduros exoletosque. Icelum de

Neronis exitu nunciantem, non modo arctissimis osculis palam exceptum ab eo, sed vt sine mora velleretur oratum, atque seductum.

*Densi capilli.*

Polemon, Ferinum hominem manifestant capilli asperi, ipsi enim ferarum sunt. Adamantius densos capillos dicit. Albertus autem, Multa, & vltra modum capillorum densitas & grossities in iuuentute, temporis processu maniam pronunciat. Medici dicunt, multus ac crassus capillus exuberantis est indicium caliditatis, qua multa prouenit euaporatio. Proinde vberius enasci capillos iuuenta florescente, auctor Haliabbas est, atq; in viris item, quam feminis. Mihi quotquot homines videre contingit, caput habentes densis pilis refertum, rudes aggressioresq; agnoui. Plutarchus notat Lysandrum densa cæsarie fuisse.

*Capilli medii inter raros, & densos.*

Polemon, & Adamantius, Mediæ autem qualitatis capillos inter hosce, laudabilis naturæ argumenta dixeris.

*Indicet*

*Indicet igitur dextra huius tabellula caput mollibus & implexis capillis suffultum; sinistra duris & rigentibus, alioqui satis inconcinne mollitiem & duritiem pictura delineari posse statuentibus.*



*Capilli molles.*

Aristoteles ad Alexandrum: Capilli plani, & suaues mansuetudinem, & cerebri frigiditatem docent. Et in Physiognomicis; Qui pilos, vel capillos molles habent, timidi sunt; argumento quod omnia animalia timidissima sint, quæ molli pilo; vt ceruus, lepus, & ovis. In aui- bus eadem videre est. nam quæcumq; mollem pennam habent, timidæ sunt, & proprie id videtur in coturnicibus. Et in gentibus hominum hoc idem accidit. Quicumque enim apud Meridiem habitant, timidi sunt, & mollem pilum habent. Sed Gesnerus, dum hæc transcribit

ex Aristotele, labitur, qui coturnici duram pennam tribuit, contra Aristotelis opinionem, qui gallinaceo duram, coturnici mollem assignat. Polemon & Adamantius: Qui capillos valde molles fortiuntur, femineæ naturæ adscribendi sunt. Vterque in schemate formidolosi; quibus molles capillos adscribit. Et si ad naturalem causam referre licet, mollities capillorum fit ab eccellente frigido, & humido, cuius signum, quod aqua, & aër mollissima sunt. Cuniculi timidissimi sunt, & pilum mollissimum habent. Et Catullus in Tullum cinædum:

*Tulle, mollior cuniculi capillo.*

*Duri capilli.*

Aristoteles in Physiognomicis: Pili duri fortem significant. Hoc signum sumitur ex quadrupedibus, auibus, & gentibus. Fortissimus leo & aper; & pilum durissimum habent. Idem in auibus videre licet. Nam quæcumque duram pennam habent, fortes sunt, vt gallinacei. Similiter apud Septemtrionem gentes, & duris pilis, & fortes sunt. Polemon, & Adamantius: Nec capilli valde duri bonum signū præbēt: nam agrestem quidem hominem demonstrant. Vterq; in figura fortem duri pili facit. Rhafes, Qui duros capillos habent, fortes sunt. Canes venatici duri pili sunt, & robustissimi. Et si ad naturalem causam referre licet, pilorum durities fit ab excellenti calido, & sicco, nec ab omni sicco, sed a

terreo


terreo; cuius signum: quia terra durissima est, & fortes natura sunt calidi & sicci; vt sustineant, sicci; vt patiantur, calidi. Iuuenalis ad id:

*Hispidamembra quidem, & dura per brachia setæ  
Promittunt atrocem animum.*

*Medii inter molles, & duros capilli.*

Polemon & Adamantius ex his duobus extremis mediam qualitatem innuentes, dicunt: Mediam autem inter has capillorum qualitatem optimam iudicabis. Aristoteles in suis Physiognomicis in schemate ingeniosi, capillos eius inter molles & duros medios constituit.

*Iterum leonis caput & humanum ante oculos adhibuimus,  
vbi in utroq; capillosum quiddam in fronte, & è regione  
nasi descendens conspicitur, ne quid incuria, quod ad exactam  
verborum declarationem spectat, omissum videretur.*





*Descendentes à fronte capilli è regione nasi.*

Aristotelis Græcus textus in Physiognomonicis ita se habet, οἱ τῆ μέλωντος τὸ πρὸς τῆ κεφαλῆ ἀναστάντων ἕστες, ἐλευθεροὶ εἰσι, καὶ ἀναφίγονται πρὸς τὰς λέοντας. Vetus interpres ita transfert: *Qui frontis id, quod ante caput est, eleuatum habent, liberales sunt, & referuntur ad leones.* Quasi non ἀνάστων, sed ἀνάτων legerit. Sed quid intelligatur per id, *quod est ante caput eleuatum*, ignoratur, cum de capillis, non de frontis cute, vel parte loquatur: vnde satis pueriliter translatum, Sueffanus philosophus, quid ἀνάστων significaret, ignorans, nunc *æstrum*, nunc *templum* interpretatur; multaque inepte & monstrosa blaterat, dum sensui verba accommodare nititur. Gesnerus de litteris Latinis Græcisque bene meritis, quid dicat, ignorat. Quid vero sentiam, in medium proferam, σιλὸν, capillis densum, hirsutumque interpretarer, quod etiam Latini à Græcis mutuati sunt. Nonius citans locum Varronis ex Satyra, ait: *Silones homines sunt prominulis ac hirsutis superciliis*: & ob id Silenus dictus, quod magnis & hirsutis superciliis foret. Sic ἀνάστων supra hirsutum ac capillis densum notat. Hanc meam opinionem comprobat Aristoteles in Leonis figura, vbi de eius crinibus loquitur: Supra frontem autem è nasi regione pilos habet hirsutos, inclinatos. ibi enim verbi ἀνάστων meminit, vnde sic interpretarer: *Qui frontis id, quod ante caput est,*  
*pilis*

*pilis hirsutum habent, liberales sunt, & ad leones referuntur.* Sed præsens signum cum subsequenti confusum iudico: vel Aristoteles apposuit, vt superius inferiori declaretur. Inquit enim: *Qui in capite adnatos habent crines in fronte è regione nasi, liberales sunt, & referuntur ad decentiam*; quoniam seruile est quod apparet. Sed quid hæc verba sibi velint, ignoratur. Nam primum refert ad decentiam; postmodum seruile esse dicit, quod apparet. Polemon & Adamantius, qui in eo transferendo diligentissimi fuere vt hoc signum clarius elucidarent, apponunt: Si coma per medium frontis descendat ad nasum, & in neutram partem declinet, magnanimitatis & maximæ virtutis argumenta dixeris. Idem Aristoteles in figura iracundi dixit: *Floridus capillorum circuitus deorsum descendens.* Idemque Polemon ab eo: *Capilli circum caput infra aspicientes.* Albertus etiam: Si recta linea ad quam generatio capillorum terminatur, descendens fronti imminet, hominem significat animosum & misericordem.

*Capillorum cursus sursum vergens.*

ARISTOTELES in Physiognomonicis in figura mansueti, tribuit capillorū coronam sursum contractam. Polemon, & Adamantius in eodem schemate, Capillorum cursum sursum vergentem, Quod mihi à contrario

signo dictum videtur. Albertus ab his. Capilli resupinati super mediam frontem cerebrum respiciētes, callidum quidem in nequitijs, sed minus sapientem pronunciant. Et paulo post, Si recta linea, ad quam capillorum generatio terminatur, exaltatur à fronte, calidæ complexionis hominem, facile caluescentem, & pauci intellectus arguit.

*Capillorum cursus ad cervicem.*

Albertus, Si vltima linea post sinciput, ad quam capillorū generatio terminatur, descendat versus cervicem, indicat callidum in nequitia, insipientem in bonis, & libidinosum. Puto post occiput dicere voluisse.

*Capillorum cursus à ceruice sursum vergens.*

Idem, Si eadem linea multum exaltatur à ceruice, significat hominem effeminatum, timidum, tardum, & iracundum.

*Capilli depressi, imminentes fronti.*

Idem, Capilli nimium depressi, & fronti imminentes, ferum declarant animum; & his concordat vrsini capitis capillatura.

*Comati.*

Non inepte, etsi extra rem, hic subnectenda duximus signa, quæ mentis indicia manifestare possunt. Fuit Antiquis mos comam nutrire, & Lycurgū legimus ciues assuefecisse, vt comam alerent, quoniam quidem pulchros decentiores redderet, deformes vero terribiliores ac ma-

gis

gis formidabiles. Charilaus interrogatus, cur comam nutriret? Respondit; quia ex omni ornatu hic pulcrior foret, ac mimimi sumptus. Silius Italicus in laudib; Scipionis ita cecinit;

*Martia frons, facilesq; comæ, nec pone, retroq;*

*Cæsaries breuior.*

Aristoteles in Rhetoricis adijcit, comam esse libertatis argumentum. Sed vt in aliis, ita & parte ista pessum euntibus vitæ pretiis, abiit res in turpem & effeminatam mollitiem, cum cœptum sit à trossulis & molliculis succidere comam variis locis, & in gradus formare, vt comatuli sint. Increpatur à Martiali quidam, cum comam in annulos efformaret,

*Vnus de toto peccauerat orbe comarum*

*Annulus, incerta vix benefixus acu.*

Hinc fracta censorie apud Senecam castigatur coma. *Quomodo excalescunt*, inquit, *si quidē iuba sua decisum est, si quid extra ordinem iacuit, nisi omnia in annulos suos reciderunt. hos tu ociosos voca, inter speculum, pectinemque occupatos.* Sed certe hoc genus nugæ, & accersitæ commendationes non corpus ornant, quod illi opinantur, sed mentem detegunt. Hinc scitum, vt à Sinesio accepimus, natum adagium est: *Nullus comatus, qui idem non sit cinedus.* Mi Tullius in Catilinam libro secundo. Capillo pexo nitidos censorie subnotauit. Succurrit ex historia non aspernabile. Cum Philippus Macedo ex Antipatri amicis

G

quendam adlegisset iudicem, moxq; aduertisset ab illo barbam, & capillos infici, è vestigio amouit hominem, dixitq;: *Qui in pilis insidus est, quem in negotiis remur futurum?*

*De coloribus capillorum, CAP. 3.*

**S**CRIBUNT Physiologorum nonnulli, causam coloris pilorum in omnibus animantibus esse cutim: nam alborum alba cutis est, nigrorum nigra, variorum vero permixtorumq; partim nigra partim alba conspicitur. at in homine causa cutis nulla est: nam sunt albi, qui nigerrimos habent capillos; & ratio est, quod homo omnium animantium pro magnitudine maxime tenuem habet cutem. Polemon, & Adamantius monent, in præiudicando ex pilorum colore plerumq; errorem contingere.

*Nigri capilli*

Polemon, & Adamantius: Nigra coma timiditatem & vafritiem arguit. Nigros capillos habent, qui loca feruida incolunt, vt Æthiopes: ob id timidi, & vafri. Sunt autem natura timidi, qui ex sanguine refrigeratiq; sunt: fit igitur, vt qui loca incolant calida, refrigerentur: cum enim solutum, rarumque corpus eorum sit, calor foras profuere potest vt Aristoteles problematum libro testatur. Sunt enim sapientiores, quam qui locis frigidis habitant, eadem causa, quia senes sapientiores sunt, quam iuuenes: nam cum loca habitent calida, soluti sunt, cum frigidiores sint

Fit

Fit quaq; in re vt qui metuant, magis quam qui confidant, velint inquirere; itaq; magis valent inuenire. Galenus libro secundo De temperamenti, inuestigans causam nigredinis pilorum, inquit: Eiusmodi gigni, cum adusto in caloris vapore, excrementum in exactam fuliginem mutari, sic & sanguinem, cæteraq; adustione fieri nigriora. Et Auicenna primo canonis, capilli nigrorem caliditati acceptum refert; ex adustis enim humoribus nigricans consurgit vapor, eandem in pilis exprimens qualitatem. Contra hos inuehitur Aristotel. libro De coloribus, dicens: Canes & capræ ab ortu nigre sunt, tunc, cum alimentum non habeant adustum, & procedente ætate, quo sicciora sunt, minus nigra fiunt: quod fieri non oporteret, cum deberent esse nigriora, calido magis adurente. Præterea canities in principio ætatis esse deberet, in qua modicus calor. Et idem tertio De historia animalium: Sanguis senum est attrior, & mulierum; & nihil horum fit propter adustionem, sed oritur nigredo in pilis, quoties ipsorum in generatione humidum, quasi antiquarum & tempore confectum, propter copiam nigrærit.

*Non valde nigri capilli.*

Auetroes: Obscurus brunus color ostendit dominium cholæræ nigræ. Ob id huiusmodi capillis præditos, cholericos & melancholicos nominamus. Alb. Capilli nigri vel aquei coloris, solidi,

G 2

& crassi, animum indicant violentum, similem sui vel apro, qui tales habentes capillos, violenti sunt. Nigris capillis fuisse Aiace[m] Telamonium narrat Dares Phrygius, qui seipsum trucidauit, & maxime melancholicus fuit, vt diximus ex Aristotele.

*Nigri, & recti crines.*

Aristoteles in suis Physiognomicis, in figura amari, innuit eum esse recti crinis, & nigri. Polemon in eodem schemate, Aristotelis verba recitat: *Recti crines nigriq[ue], indicant cerebri adustionem & ita efficiuntur melancholici.*

*Nigri, recti, & crassi crines.*

Aristoteles in Physiognomicis, in idea luxuriosi, tribuit ei crines rectos, nigros, & crassos. Polemon rectos & crassos dixit: temporis iniuria, *nigros*, è textu excidit. Refertur potest id signum ad naturam sanguineam, humori melancholico ventosoq[ue] permistam, quæ omnia ad libidinem faciunt.

*Non valde nigri, neq[ue] duri capilli.*

Aristoteles in Physiognomicis, in idea ingeniosi, ei capillos neq[ue] valde duros, neq[ue] nigros tribuit. Sed ad Alexandrum scribens, *Niger*, ait, *capillus innuit rectitudinem, & amorem iustitia.* Rhases, duritiem ex siccitate, nigredinem ex adustione nasci. vnde intemperantia, quæ ingenio aduersatur.

*Leniter*

*Leniter subflaui capilli.*

Polemon & Adamantius: Capilli autem placide subflauescentes in disciplinis capessendis promptitudinem, egregiam animorum subtilitatem & artificium tradunt. Interim textus Polemonis corrigatur: nam pro, *εὐτυχία*, habet *εὐτυχία*. Græci hunc colorem *πράσινοξανθός* dicunt, ne nominum varia translatione Græcorum, error nobis introducatur. Aristoteles ad Alexandrum: Mediocritas inter hos duos colores, scilicet ruffum & nigrum, (vt barbâra fert interpretatio) est faciens hominem pacem diligentem. Albertus ex Polemone: Capilli subnigri, vel subflaui, tenues, bonos indicant mores, & bonam corporis compositionem. Menelaus flauus ab Homero describitur, quem tamen haud acrocholum intelligit, sed mitem suauemque, ac proinde mollem bellatorem; Sed Dares Phrygius flauum fuisse scribit, intellegens per ruffum, leniter subflauum. Flauo capillo fuerunt Castor & Pollux & Helena, & inter se similes. Longo, & flauo capillo fuit Polyxena, & animo fuit simplici, larga & dapilis. Briseis etiam flauo & molli capillo fuit; animo verrecunda, simplex & pia. Paris capillo molli, & flauo: vnde non bellator ab Homero introducitur. Perbelle autem apud Ouidium Helena exprobat Paridi:

G 3

*Apta magis Veneri, quam sunt tua corpora Marti.  
Bellagerant alii, tu Pari semper ama.*

Augustus fuit capillo leniter inflexo, & subflauo, fuitq; mitis, & omnium virtutum genere vberimus. Domitius Nero capillos suæ coniugis Popææ succinos appellabat, à succini colore, qui in melle cognoscitur. Subflauo fuit capillo & barba Solimanus, Selimi filius, iustitia celebris, prudens, & philosophus. Subflauo etiam capillitia & barba est PHILIPPVS Austriacus Rex noster, qui prudentia, iustitia, animi fortitudine et bonitate superat Reges, quotquot fuere. Capillorum tuorum capitis & menti color, Illustrissime Princeps, est placide subflauescens, neque crispus neq; extensi capilli, neque rari neque densi, molles, vel duri, sed medium quoddam inter hæc recipiunt temperamentum; vnde virbani mores, magnanimitas, & flagitiorum immunitas conieci potest.

*Valde flauis, subalbicantes crines.*

Polemon: Color capillorum flauus albicans, qualis in Scythis apparet, ruditatem, siue malignitatem & rusticitatem notat. Adamantius vero. Valde flauus albicans, qualis Scytharum & Celtum, imperitiam, ruditatem & rusticitatem. Aristoteles in Problematis: Sunt enim efferi & moribus, & adspectibus, qui in nimio vel æstu, vel frigore degunt. Cuius causa est, quia opti-

ma tem-

ma temperies non corpori solum, verum etiam intelligentiæ hominis prodest. Excessus autem omnes dimouent, & vt corporis, ita etiam mentis temperantiam peruertunt. Auicenna in suis Caticis ait, Capillos aureos flauos, qui scilicet ad albedinem accedunt, argumentum esse diminutæ frigiditatis, id est, quod frigiditas sit minor caliditate. Albertus: Capilli crassi, flauis, albidis, indociles & feros dicunt, vt eorum capillatura, qui sub Aquilone habitant. Nero capillo fuit subflauo, id est, flauo albicantis; vnde rudes illi & ferini mores oriebantur.

*Flauus capillus.*

Aristoteles in suis Physiognomicis de colore carnis, & capillorum loquens, ait: Inter colores medius flauus est, & ob id ad fortitudinem confert, vnde qui flauis, animosi sunt, & referuntur ad leones. Ex Medicis habetur: Nigredo ex calore gignitur, albedo ex frigiditate; medii colores inter hos sunt citrinitas, & rubedo, nam æqualitatem præferre videntur, id est, temperatam constitutionem inter adurentem calorem, & frigus. Galenus in Microtechna ait, capillos flauos & rubentes significare bonam corporis constitutionem. eademq; Auicenna recitat. Aristoteles libro Colorum, flauos fieri capillos cum humor citissime exsiccat, retinendo in eis aliquid humidi. Bos Troglodyticus *Caribis* siue fului est coloris, vt ex Oppiano habetur; &

Troglodytæ, apud quos eiusmodi belua nascitur, eam præstantissimam iudicant, veluti cui infit leonis vis, tauri robur, & equi velocitas. Britones ex Oppiano *ἔκαστος* sunt capillo, & promptiores sunt ad pugnam.

*Aureus capillorum color.*

Medius autem inter flauos albicantes, qui mites faciunt, & flauos rubentes, qui fortes, & iracundos, est aureus, ab utroque declinans. Hunc ita describit Apuleius. Capillus ceu aurum coruscans, in mellis leuiter deprimatur umbram, id est, in quibus mellis color placet, umbroso quasi fulgore permixtus. Flauam fingunt Poëtæ Mineruam ob præclarum ingenium, & vim belatricem. Ouidius:

*Viderat Aglaurus flauæ secreta Mineruæ*

Hic color est tuorum capillorum illustrissime adolescens, Alfonso Læua. Vnde animosus, & in trepidus, mitis, & urbanus es, ad arma, & ad disciplinas capeffendas idoneus, ut difficile iudicium sit in vtram partem declines. Per ocium enim studiis vacas, omnium iucundissimus; cum vero res aut bella gerenda, studio, diligentia, & animi magnitudine cunctos superas.

*Flauis rubeis capilli.*

Capilli flauis rubeis demonstrant complexionem minoris caliditatis, quam sit complexio habentis capillum nigrum; cum rubedo sit affinis nigre-

nigredini. Huiusmodi comam habuisse Achillem narrat Homerus. caloris, & iracundiæ est argumentum: quoniam eiusmodi fere sint *ἔκαστος*, id est, quibus dominatur flaua bilis.

*Valde rufi capilli.*

Aristoteles ad Alexandrum: Rufus capillorum color, insipientiam, iracundiam, & insidias notat. Fortasse hic color Typhonis fuerit: vnde asinum Coptitæ apud Ægyptios præcipitem agunt; & homines rufos iniuriis afficiunt in contumeliam Typhonis, quem rufi & asinini coloris fuisse ferunt. Busiritæ & Lycopolitæ tubas non admittunt, ut quæ sonum rudientis instar asini edant. In summa, asinum impurum, & dæmoniacum animal esse credunt, propter similitudinem cum Typhone, tum colore, tum animi stultia & improbitate. Plutarchus in libro de Iside. In Physiognomonicis vero, Homines colore admodum ruffo, maligni iudicantur, argumento vulpium. Polemon, & Adamantius: Rufus plus nimio capillorum color, sic ut ad mali punici colorem vergat, nihil omnino boni in homine indicare potest. maiori enim ex parte tales ad ferinos mores declinant. Addit Adamantius; & impudentes, & lucricupidos. Aristoteli huiusmodi coloris capilli *οὐπίοι ἄγροι* dicuntur. Vulpis ingenium dolosum & insidiosum dicunt. Aiunt Medici: Rufi pili celerius

canescunt, quam nigri. Ruffitas, hoc est, <sup>καρπίσι</sup> quasi imbecillitas pili est: imbecillum enim est, quod celerius senescit. Sed ruffos fieri capillos, Aristoteles libro De coloribus ait, cum humidum siccessit: & puerorum capita initio ruffa esse propter alimonii paucitatem, atque id manifestum esse, quod tunc capilli imbecilles, & rari sunt. Simili modo circa pubem & barbam, cū primum cœperint pubescere & lanuginem emittere, pili fiunt initio ruffi, propter humiditatis paucitatem, quæ in ipsis desiccatur; vbi vero plusculum alimenti ad locum defertur, rursus nigrescunt. Sic & quæcumque prolixos habent pilos, vt plurimum qua parte proximi sunt corpori, sunt nigriores, circa summa vero flauiores; vt ouium, equorum, & hominum: propterea quæ iis paucissimum alimentum ad hæc loca defertur, & exarescat celeriter. Sic & pennæ animalium, quæ prope corpus sunt, nigriores omnibus, quæ vero in summis partibus sunt, flauiores sunt; omnesque pili à perfectione mutantur, fiuntque ruffi, eo quod rursus alimentum deficiens exarescat. Plautus in Asinaria suum Leonidam ruffulum facit, quasi malignum, insidiosum lucri cupidum.

*Subruffi capilli.*

Aristoteles in Physiog. in figura iracundi, tribuit ei colorem subruffum, quod idem ab eo Polemon refert in eodē schemate. diciturque; <sup>καρπίσι</sup>

*Sub-*

*Subrubri capilli.*

Polemon & Adamantius in figura auari tribuunt ei colorem subrubrum, id est, <sup>καρπίσι</sup>

*Albi capilli.*

Auicenna, & cum eo Auerroes in Canticis: Albus capillus frigida complexionis hominem innuit, ob id timidos indicat. Aristoteles libro De coloribus albos pilos nasci dixit, quum humor, quem nanciscuntur à primordiis generationis, retinens calorem naturalem, paucus cum sit, exaruit, & vndiquaque à concoctione desiccatus fuerit. & dixit *calorem naturalem*: quoniam si eo priuaretur cum humido simul, liuidus, & nigricans euaderet, vt ex libro Problematum octauo habetur: dixit etiam *naturalem*, ad differentiam illius qui nascitur ex affectu, vt docuit quinto De generatione animalium, vt in vitilagine, & senectute. Præterea albi pili fiunt in locis, quæ vlcerebus, tuberculis, & attritu ligni sellæ obnoxia fuere; causamque esse, quod humidum, quod ad pili generationem conferebat, eo loco excoquitur, hoc est, à nimio calore exhauritur, & diutino attractu locus fit sicciior, & excoquitur humidum. Quod exacta concoctio sit causa albedinis indicio est cinis, qui à calore cōsumptus fit albus; & tēpora prius canescunt in homine ob paucā humiditatem, quæ celeriter putrescit,

& concoquitur: sic infirma & laborantia loca, ob imbecillitatem caloris & humiditatis. Ex huiusmodi imbecillitate pueri, vt primo nascuntur, statim capita alba habent, & supercilia vt senes. Et animalia vt plurimum alba, infirmiora sunt nigris: ante enim, quam perficiatur ipsorum augmentum, propter alimenti paucitatem excocta fiunt alba. Sed nonnulli sunt, qui in iuuentute canescunt, vel ab ortu, quos quidem non nisi moribus similes senibus iudicarem. Socrates candente fuit coma, vt in Sidonio Apollinari ad Faustum legitur. Et Strabo Tarquinium refert à pueritia canescentem fuisse, in quo tam egregie floruit sapientia, vt ab ineunte pueritia canum fuisse referant. Virgilius Æneidos sexto:

*Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ  
Sacra ferens? nosco crines, incanaque menta  
Regis Romani, primus, qui tegibus urbem  
Fundabit.*

Hoc loco de principe Numa intelligendum est, quem Seruius à prima ætate canum fuisse dixit.

*De Fronte, CAP. 4.*

**FACIES** ea est in homine, quæ caluarie subiecta est. Faciei pars frons, quæ sub ipso sinicpite posita est, & inter id ipsum, & oculos, & vtrumque temporibus terminatur, vt Aristoteles Animalium libro scribit. Dicta est *frons*, Varro-

nis

nis auctoritate, ab oculorum foratu. In præfagendis animi ægrotationibus multum confert. Plinius de fronte: Tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, & securitatis index. Frons antiquitus Pudori sacra erat, quod prouerbio restatum est, quo *Faciem aut frontem perfricuisse* dicuntur, qui pudorem omnem dediderunt, velut absterfo manu à vultu pudore. Sunt qui ex partis huius signis quibusdam vaticinia aucupantur, quos *Metoposcopos* dicimus, nulla tamen iniuncta nostris mentibus necessitate, sed lubetia potius quadam, & procliuitate & sanguine & spiritibus phycis.



In hac tabella obuia est magna hominis frons, insigniuntur etiam bouina frontis forma, in qua relata magnitudo conspicua est: sic & cetera peculiare frontium similitudine seriatim tabellulis proponuntur.



*Magna frons.*

Aristoteles animalium libro ait: Frons magna segnitici plena. Galenus in eo libro, Quod animi mores corporis temperaturam sequantur, idem ex eo transfert: eadem quoque Plinius ex Trogi sententia, stulte eum deridens, refert. In suis vero Physiogn. illos, quibus frons valde magna, ignauos seu timidos esse conicit; quod in bobus similiter se habeat. Polemon: Magna frons maiori ex parte secordiam signat. Adamantius non magna habet, sed plana. Mendax textus, qui Aristoteli & ceteris cōtradicit, Rha-

ses

ses in Almanfore idem confirmat: vt & Albertus, Conciliator, & eiusdem farinae homines. Meletius Philosophus, immodica fronte præditos, hebetis & obtusi ingenii esse ait. Cuius naturalis caussa esse potest materici vbertas, operationi inobediens, & quod anterior pars cerebri phlegmatica sit, vnde spiritus debilitantur, ne suis operationibus frui possint. Virtus enim minus restricta, debilior.


*Magna, carnosā, & lenis frons.*

Aristoteles in idea Iracundi, adscribit ei frōtem magnam, & carnosam, & lenem. Sed Polemon & Adamantius eodem loco, paruam, carnosam, & lenem.

*Parua frons.*

Etiam Aristoteles in libro De Animalibus: Quibus parua frons, mobiles sunt. Quod à Galeno & Plinio transcribitur. Sed de fronte valde parua intelligas velim. Rhafes stolidos esse dixit. Naturalis caussa esse potest, quia parua frons paruos ventriculos cerebri continet, vnde spiritus restricti reflectuntur, ac denuo surgunt, & ob id mobilitas cogitationis exoritur,

*Agnosce in hac tabella C. Caligulae Caesaris effigiem, in qua frontis latitudo conspicua, ut ex marmoreis statuis & aeneis numismatibus Vincentii fratris collegimus.*




*Lata frons.*

Animalium libro etiam Aristot. ait: Quibus frons lata, mente moueri idonei, ab eodem Galeno, & Plinio transcriptum. Intelligens frontis latitudinem à capillorum radacibus usque ad supercilia protensam. Meletius: Frons in latitudinem distenta, stupidæ mentis indicia præfert. Eadem Alber. & Conciliator. Auicenna ex his frontē valde latam & magnā, stultitiam notare dixit. Frontē latam & toruam C. Caligulam habuisse, meminit Suetonius: vnde nec animi valetudo ei constitit, adeo ut de purgādo cerebro cogitarit. sepe in furorē cōuersus est, nec,

nisi

nisi mentis valetudini, attribuerint diuersissima in eodem vitia, summamq; confidentiam cōtra nimium metum,

*Præsentis figura suilla frontis cum humana similitudo exprimitur, inter utraque tempora angustissime coarctata.*




*Angusta frons.*

Aristoteles in suis Physiognomicis, Paruæ frontis homines imperiti sunt, à simili suū fronte. Sed per paruam frontem angustam intelligendum iudicarem; angusta enim fronte sues, quibus comparantur, præditi sunt, non paruam. Confirmant opinionem meam Polemon & Adamantius, qui inquirunt; Angusta frons nō minimum est imperitiæ argumentum. Conciliator: Frons parua angustaque stolidum, indoci-

lem, inquietum, & inquinatum hominem monstrat, ad fues relatum. Albertus eadem.

*Platonis frontis simulacrum hic designatur a dextris.*




*Longa frons.*

Polemon & Adamantius testantur frontem in longum protractam, & optimos sensus, & docilitatem præstare; Albertus sensus vigorem, & docilitatem: intelligendo longitudinem ex aure ad aurem. confunditur enim sæpenumero à scriptoribus cum latitudine. Plutarchus talem Platoni fuisse scribit: immo Neanthes auctor nõ ignobilis, asserit oblatiorem frõtem ac faciem, quæ illi inerat, vulgo vocatum Platonem, Diogenis auctoritate. Hanc frontẽ paulo ante nostra tempora Dantes Alaghierius habuit.

*Homini frons in quadratã figurã redacta cū leonina collatione exacta præponitur, quo minus in illius pignotione falleris.*

*Quadrata frons,*



Inter has frontiũ figuras quadratã frons, quasi medium quoddam se habet. ob id Aristot. in suis Physiogn. Quadrata frons, & pro faciei ratione mediocri, magnanimos ostedit ob similitudinẽ leonis. In idea leonis dat ei frontẽ quadratam ex medio subconcauã magis. Polemon & Adamant. ab eo: Quadrata frõs, quæ scilicet suæ magnitudinis dimensionẽ habuerit, & reliquę effigiei proportionẽ, euidentissimus fortitudinis prudẽtiæ, & magnanimitatis index. Meletius philos. parua ac modica frõte p̃ditos, & ingenii acumine polentes, & ad dicendũ propensos dicit. Intelliges per paucã & modicã frontẽ, quæ nõ maxime recedat à magna, id est, mediocrẽ; aliter cõtra horũ recte philosophantiũ opiniones esset. Albert. Quadrata moderatæ magnitudinis frons, capiti congruens & vultui, magnæ virtutis, sapiẽtiæ &


magnanimitatis indicium. Talis est frons tua, Cardinalis amplissime. O nimiam intelligentiam, magnificentiam, & virilitatem.

*Circularis frons.*

Aristoteles in Animalium historia dicit: Quibus frons rotunda, iracundi. Quod iisdem verbis a Galeno transfertur. Plinius omnia ab aliis sine consideratione transcribens, ait: Quibus frons rotunda, iracundi, velut hoc vestigio tumoris apparente. Ex his suis adiectis verbis demonstrat Aristotelis sensum, quem irridet, non percepisse. Putabat enim per rotundam intellexisse gibbosam & altam, non circularem, ut in sequenti videbimus. Meletius, non ignobilis Philosophus, Aristotelis textum pluribus verbis dilucidavit. Dicit enim: Quibus orbiculata circularisque frons, iracundum arguit, & pusillanimum. Quod si quis sequentia leget, plane Plinium allucinatum esse comperiet. Albertus: Rotunda frons iracundiam notat.

*Asinina*

*Asinina frontis imaginem oculis subiicere conati sumus, ut circinati gibbi conuexitatis exactam figuram exhiberemus.*



*Rotunda conuexa frons.*


Qui fronte rotunda: stupidi, similes ad asinos ingenio, Aristoteles ait in Physiognomicis. Quod si quis asinam frontem inspiciet, conuexam altam inueniet; idemq; auctor sibi contrarius esset, si idem Animalium historiae & Physiognomonię sit auctor. Et in figura rudis, tribuit ei non rotundam solum, sed magnam, & carnosam frontem. Polemon & Adamantius optimi vndiquaq; physiognomones, ne quis hic allucinetur, dilucidioribus verbis vsi sunt. Frons gibbosa, alta, rotunda, stupidos & imprudentes homines demonstrat. Et in idea rudis, tribuit ei

rotundam frontem. Albertus: Curua, & alta frons, ad rotunditatem tendēs, stoliditatis indicium, Eadem Conciliator.

*Depressa frons.*

Polemon: Depressa frons non laudabilis viri signum. Adamantius dilucidius loquitur: Valde depressam frontem ne velim laudes; nam effeminati viri signum.

*Sagacis canis iconem etiam huic demonstrationi adhibebimus, ut minus plana frontis imago clarius exprimeretur, & oculis subiceretur.*



*Atinus plana frons.*

Aristoteles in Physiognomicis: Qui aliquanto minus planam frontem habent, sagaces sunt, ad canes relati. Textus Græcus ita se habet:


Οι πι-

Οι μικρότεροι επιπεδὸν ἔχοντες, ἀναίσθητοι. ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς κύνας. Gesnerus in suo De animalibus libro ita vertit: *Qui parvam, & latam habent frontem, stolidi iudicantur, eo quod caninam referant frontem.* Sed multipliciter errat; tum quia latæ non meminit Aristoteles, & ipse apposuit; tum quod ad canes refert, qui stolidi non sunt. Vetus translatio melius se habet. Græcus textus (ἀναίσθητοι) contrariū habet.

*Aspera frons cum fossiculis & monticulis.*

Polemon: Aspera frons non boni viri signum habetur. Sed frons velut fossas & monticulos habens, veteratoris & perfidi hominis argumenta testatur; & si cætera indicia accedant, furentem, & mente captum nonnumquam iudices. Adamantius, Aspera fronte ne gaudeas, neque quæ fossas, & monticulos habeat, omnia namq; hæc signa versutiam & infidelitatem nunciant, & interdum stultitiam, & insaniam, si cætera ad fuerint signa. Polemon in figura fatui improbi duram & asperam frontem ei adscribit. Albertus: Asperæ cutis frons vt collis, & depressa vt vallis, versuti & asperi hominis argumentum; in fine fortasse stulti & insani.

*Caperata frontis ad sui medium declinantis, vel erectæ, accipit sones.*



*Caperata frontis.*

Diximus de frontis osse; nunc de cute: & primum si caperata fuerit. Dicitur enim *caperata* à crispis caprarum cornibus, quibus assimilatur. Qui talem habuerint, cogitabundos iudica, Polemonis, & Adamantii doctrina, eorundemque in schemate tristis viri, tribuitur eis frons rugosa. Sed Aristoteles in eodem, non frontem, sed faciem adscribit eis rugosam, videturque mihi ex apparenti more tractum: qui enim cogitant, frontem in rugas contrahunt, & quibus est striata rugosiorque frons, magna animo volutare, effectusq; melancholicos, opinio est. Albertus: Qui semper frontis rugas contractas habent, melancholici

cholici, & magna cogitare consueti. Est & apud scriptores feueritudinis signum. Plautus in Epidico: *Quid istuc est, quod illi caperat frons feueritudine?*

*Caperata frons ad sui medium declinans.*

Rhases: Rugosa frons ad sui medium declinans, iracundiæ signum. Idq; ex apparenti more mihi tractum videtur. qui enim alteri minatur, & irascitur, contrahit frontem in rugas ad medium sui declinantes. Albertus: Quibus frons cōtrahitur in medio, tamquam obstructa, iracundi.

*Caperata frons in altum erecta.*

Caperata in altū frons, admirationis signum mihi esse videtur. soliti enim sumus, cum admiramur aliquid, frontem corrugare, & é sui medio in altum erigere cum superciliis.

*Erugata frons.*

Polemon & Adamantius, Frons valde explanata, à curis temotum hominem ostendit. Vbi non *τρυγα μίνα*, sed *τίλα μίνα* legendum est, si exportectæ fronti *πυαδη* id est, rugosam opponere velis. Sed Conciliator: Erugata & porrectior frons fallaces ostendit, cuiusmodi Bononienses esse dicit. Epicurus disticta fuit frōte, vt Sidonius Apollinaris ad Faustum tradit, cuius instituti ratio erat, rerum negligentia, & liberum esse omnibus

perturbationibus, & vacuitate, sed in amœnitate & computationibus vitam ducere.

*Lenis frons.*


Rhases. Frons sine rugis litigiosum indicat. Videtur mihi ad canes relatum, qui lenem habent frontem. Causa naturalis esse potest, quod lenitas in fronte accidat ex siccitate, qua laborant litigiosi, ut ex liberis medicorum apparet.

*Recta, macra, mediocris, neq, aspera, neq, lenis frons.*

In idea virili Aristoteles ait. Frons recta, non magna, macra, neque lenis, neque rugosa. Vbi aduertendum, textum multipliciter mendosum, habet enim vetus translatio. Acuta frons, recta, non magna, nares neque rectæ, neque rugosæ, quod à re alienissimum est. Illud enim ἰξὺ, non de fronte, sed de anterioribus signis, scilicet corporis colore, squallidiori acuto intelligendum est. Quod à Polemone, & Adamantio consideratur, qui colorem ei tribuunt ἰξὺ τερον. Frons enim acuta non reperitur, nec ab aliquo nominatur. Præterea illud ἰσχυρὸν, non nares significat, quarum superius meminerat, cum dixerit nares contractas, nec senitas aut rugositas nariū ad virilitatem facit, sed illius ἰν, facilis fuit lapsus, cum ἰσχυρὸς dicat, id est, macra frons. Et illud *neque lenis neque aspera*, ad frontem refertur, cum Adamantius optimus Aristotelis transcriptor, dicat, *Frons neque lenis, neque aspera*, Polemonis textus corruptus

ptus est, illumque etiam ex Adamantio restitimus habet enim, ἰλεῖον ἢ μὴ ἰλιζον. Adamantius, ἰπὸ λείον, ἢ τε περὶ χυλ.


*Domestici canis tranquilla & exporrecta frons insinuatur hac tabellula, e cuius regione, humana ad eius modum expressa conspicua est.*



*Tranquilla frons.*

Qui serenam, & exporrectam habent frontem, assentatores censentur, ab effectu, quod plerumq; ii tales euadant. Hoc signū in canibus manifestum est, quod assentantes frontē exporrectat. Astipulatur Aristoteles in Physiognomicis, intelligēdo de domesticis canibus. Alberus ab eo, *Qui laxam, & tamquam ridentem habent frontis cutem, blandi quidem, sed non innoxii. sunt enim palam blandientes, clam detrectatores.*

Tauri & leonis nubilam frontem hac figura pinximus cum humana, cuiusmodi iras efformare solent, ne quis indigentia nobis no:am impingere possit.



*Nebulosa frons.*

Qui nebulosam habent frontem, audaces sunt, & referuntur ad taurum; & leonem. Aristoteles in Physiognomonicis, Idemque in leonis forma, supercilia, & nasum vertus, in ima fronte, instar nubis provenire scribit. in locis vocari conicio. Pellis est in superciliis, quæ obrenditur leonum oculis. Unde leoni, cui leonis facies perpetuo est, perpetuo etiam ira affectus est, & aliquid nubis instar, circa supercilia prominat. Tauro semper torua frons.


*Venatici*

Venatici canis cum episcymio supra oculos contemplare imaginem, cum Actiolino Patauinorum tyranno.





Oppianus venaticos canes describens, qui leones & ferocia animalia inuadant, horribili aut supra oculos, & supercilia pelle conspicuos esse. Tigridi etiam similis in ima fronte laxa pellis, episcynion dictum. Ex eodem.



*Obducta & feralis frons.*

Obducta ferali fronte fuit Actiolinus Patauinorum tyrannus: *obducta*, id est, supra oculos curua, nubilosa, curuaq; quasi suæ indomitæ naturæ toruitatem spirans, (vt Venetiis in marmore effictum spectauimus) terror, & hominû carnifex. Omnes sui & prioris temporis crudeles superauit. Sed lata & torua fuit fronte Selymus decimus Turcarum imperator, audax, & bellator fortissimus fuit, spiritibus ingens. Sed seuera & minaci fronte fuit Carolus Burgundiæ Dux, qui animi magnitudine, & vi bellica omnia ausus, nemine inferior fuit. Peracri & retorrida fronte

fronte magnus Caythbeius fuit Memphiticus Sultanus, è sordido loco natus, qui bellica virtute ad summum rerû fastigium peruenit, vt Rex Sultanus gentium more consecraretur.

*Media inter tranquillam & nebulosam frons.*

Aristoteles in Physiognomicis ait. Quoniam nebulosus habitus audaciâ significat. collectus vero adulationem; habitus vtique inter hos medius decentius se habet. Quemadmodum enim opponitur frons nubila, & trāquilla; sic assentator, & audax, Aristotelicus Græcus textus mancus & defectuosus est, vt potuimus, restituumus, partim ex ipso sensu & sequela verborum, partim ex latina translatione. Vocibus, *καλαργος, αὐθάδης*, opponi ab Aristotele & oppositis in fronte signis cognosci, quæ sunt *χαλνός*, & *συνεφής*. Hac illustri fronte & regio splendore decorus fuit Franciscus primus Galliæ Rex, qui durissima quæq; Martis munia subire ipse solidus erat; quem nemo Galliæ procerum, impauidi & semper constantis animi vigore; nemo regum candore animi, clementia & pietate adæquauit; nemo denique mortalium viuido ingenio tenacique memoria superauit.

*Alta frons.*

Qui frontem altam habent, pertinaces vel audaces sunt: Polemon & Adamantius. Sed mendum est clarû in Polemonis textu, qui pro

καταφρονῶ verbo, quod Varinus exponit ὑψηλόν, id est *rectam, altam*, vt habet Adamantius, habet ipse καταφρονῶ, id est, *prona inclinata*, quod contrarium innuit. nam videmus homines cæteraque animalia audentia, vel pertinaciam retinētia, frontem erigere, & à passione signum accipi. Sed ego suspicor in vtroque textu mendum, & pro καταφρονῶ, legendum σιβεφῶ, vt habet Aristoteles & superius vidimus, à quo vterque desumpsit; quod verbum, vt vidimus, *peritiam* significabat.

*Terrica frons.*

Qui austeram habent frontem, molesti sunt, & referuntur ad passionem. nam lugentes terricam habent frontem, Aristoteles in Physiognomicis. Effera fronte & portentosa fuit Christiernus Daciæ Rex, qui omnium ferarum, quas glacialis Oceanus fert (vbi natus est homo immanissimus, vt inter balænas & orcas educatus existimari merito possit) immo Antropophagorum & Cannibalum feritatem & sæuitiam superauit, & non tantum à Romano Pontifice, sed à Deo ipso desciuit, vt innocentissimorum sanguine cruentaretur, sacrorum aras euerteret, ac denique humani generis odium existimaretur.

*Mæsta frons,*

*Desuperciliis. CAP. 5.*

In figura virili, Polemon & Adamantius ei supercilia non explanata, sed veluti curua tri-

buunt. Polemon clarius in figura iracundi ait: Superciliorum pellis tortuosa, vt supra de epyfcinio diximus, vt contraria siriā dictæ figuræ. Mahumetes Secundus Byzantii expugnator, instar arcus effigiatis superciliis fuit, iisq; minacibus. Audacissimus, ambitiosus, æternitatis cupidus, bellator egregius, inuictus, & crudelis fuit.


*Ad nasum flexa supercilia.*

Supercilia iuxta nasum inflexa, austerum & acerbum hominem notare, Aristoteles Animalium libro tradidit. Idem iisdem verbis à Galeno, & Plinio recitatum. Meletius: Supercilia, quæ naso diffusim acclinant, sic, vt appellari recurua possint, hominem dicunt moribus stolidum ac stupidum. Hæc mihi videntur supercilia, quæ torua dicuntur. nam cum torua facere volumus, iuxta nasum incuruamus. Epitheton est λεῖνα: nam *toruam leanam* dicimus, vt oculorum sequitia summa in hac fera est. Plautus suum lenonem supercilijs toruis depingit, & moribus satis austerum.

*Iuxta tempora inflexa supercilia.*

Idem Animalium libro, supercilia iuxta tempora inflexa derisorem & simulatorem demonstrare dixit. quod iisdem verbis à Galeno, & Plinio recitatur. A quo Meletius: Quibus supercilia sunt ad tempora magis depressa, simulatores esse atq; subsannandi vitio laborare creduntur.

*Suillum caput cum diuulsis ad nasum superciliis, idemq; huius manus illius simulacrum exprimens, oculis subiicimus.*



*Iuxta nasum diuulsa, ad tempora extensa supercilia.*

Quibus supercilia nasum versus, deorsum nutant, ad tempora vero retrahuntur, fatui sunt, argumento suum: Aristoteles in Physiog. ad Alexandrum vero scribens, breuius loquitur. Quando extenduntur supercilia ad tempora, immundos prodit, scilicet, ut porci sunt. Polemon & Adamantius: Quibuscumq; superciliorum pars, quæ iuxta nasum, infra adspicit, & quæ utrimq; ad tempora sunt, procedunt, hos similes suis putat; eiq; ingenio & animo comparandos. Albertus: Si arcus declinant ad tempora, & ad genas, negligentem, maleq; disponentem regimen vitæ ostendunt.

*Expansa*

*Expansa supercilia.*

Polemon in figura tristis tribuit ei supercilia expansa. Adamantius autem detorta dicit.

*Quæ in loco suo manent supercilia.*

Polemon & Adamantius in figura androgyni tribuit ei supercilia, quæ suo loco manent.

*In totum demissa supercilia.*

Supercilia in totum demissa, notam inuidiæ habent. quod à Galeno, & Plinio est transcriptum. Polemon in figura inuidi ab Aristotele ita descripsit: Supercilia, quæ ad palpebras demittuntur, &c. Austero & adducto supercilio fuit Iouianus Pontanus, vir ad omne eloquentiæ genus natus, sed supra æquum mordax, ut non solû notos homines, sed gentium & urbium mores acerbe nimis perstringeret.

*Coniuncta supercilia*

Qui supercilia coniuncta habent, tristes sunt, & referuntur ad similitudinem passionis. Aristoteles in Physiognomicis. Sed Polemon: Qui valde coniuncta habent supercilia, tristes sunt; quippe cum deceat ipsos tristitia. Adamantius non valde coniuncta, sed valde densa, habet. Ephesus: Supercilia coniuncta semper mœroris & tristitiæ signum. Supercilia ad nasum coeuntia, Albertus mœrorem & sapientiæ paucitatem innuere dixit. Briseis superciliis

fuit coniunctis, si Dareti Phrygio credimus; & animo simplici, pia & verecunda fuit. Ego autem existimarem, si pili rari & coniuncti fuerint; quod accuratos & studiosos indicarent, plurimos enim & eorum animi penetralia cognoscere contingit, & ita morigeratos esse. Albertus id etiam videtur sensisse, Si arcus videatur ad nasum contingere, lenem, & subtilem, & studiosum esse in operibus suis. Supercilia coniuncta Octavius Augustus habuit, Suetonio referente. Fuit enim & maxime studiosus, & in eloquentia & arte oratoria plurimum valuit, & multa scripsit soluta oratione, & versu, nec non peritiam litterarum Græcarum excelluit.

*Coniuncta, & densa supercilia.*

Supercilia multum pilosa ineptitudinem loquendi notant, Aristot. ad Alexandrum. Conciliator vero confundens superius signum cum hoc, ait: Supercilia pilorum longorum, & multorum, ineptæ loquelæ, multarum cogitationum, & multæ trestitiæ hominem designant. Ephesus: Si multum pilosa & coniuncta fuerint supercilia, impios, fures, deceptores, homicidas, & semper mala molientes notant.

*Arcuata supercilia, & quæ frequenter eleuantur.*

Pili superciliorum refracti versus frontem, animosum, stultum, & iracundum monstrant. Albertus, a quo Scotus, Cilia arcuata (id est, superci-

percilia) & quæ frequenti motu eleuantur in altum, superbum hominem notant, animosum, gloriosum, audacem, & minacem. Conciliator eadem, quæ Albertus. Neoptolemus superciliolosus fuit, Phrygio Darete confirmante, ineptæ loquelæ, blasphemus, stomachosus, impius, & cæde gaudens, vt Virgilius cæteri; meminere.

*Inclinata deorsum supercilia.*

Scotus, Cilia deorsum inclinata, cum alteri loquitur, & intuetur, quasi lateret sub eis, significat hominem valde malitiosum, mendacem, proditorem, tenacem, pigrum, & paruiloquum,

*Oblonga supercilia.*

Supercilia oblonga arrogantiam & inuercundiam arguunt. Rhases. Hos enim superciliofos vocare solemus. Albertus, Longorum & multorum pilorum supercilia magna, meditantem, & ferum hominem notant.

*Rara supercilia.*

Si pili in supercilijs nulli, vel tenues fuerint, naturæ imbecillitatem & remissionem denotare indicat Albertus. à quo idem Conciliator.

*Rara magna, & commensurata supercilia.*

Perfectam tradens superciliorum descriptionem. Aristoteles ad Alexandrum ait, Cuius supercilia rara sunt, & commensurata, secundum longitudinem & breuitatem, & magna; hic facillime impressionis est ad intelligendum. Rara

dixit, quia densa ineptitudinem loquelæ demonstrare dixerat. *Magna*, quia in virili figura talia tribuit Leoni.

*De Ciliis, CAP. 6*

**C**ILIA sunt, quæ palpebrarum ambitui adhærent. Albertus: Duo cilia in utroque oculo, quorum alterum eminent, alterum subiacet, &c.

*Defluentia cilia.*

Safaces dicit Aristoteles in Problematis, quibus pili palpebrarum defluunt, ea ratione quam superius de caluitie diximus. Sunt enim hæ partes rei eiusdem. Quicumque autem ex pilis congenitis ætate iam prouecta non crescunt, hi omnes decidunt libidinis usu immoderato. Capillus enim, & supercilium, & ciliū genere congeniti pili continentur, & in partibus superioribus sanguinis parum obtinentibus sunt, quas libido refrigerat: ita enim efficitur, ut locus hic alimentum concoquere non possit; cum autem pili alimento caruerint, defluant necesse est.

*Inferius arcuata, vel intorta cilia.*

Palpebrarum pili si curuantur infra, nec ad unam partem contorquentur, natura mendacem, callidum, & stultum designant. Conciliator.

*Solida, & nigra supercilia.*

Palpebrarum pili nigri & solidi, perfectum animi & constantem indicant. Conciliator.

*De*

*De temporibus, CAP. 7.*

**T**EMPORA sunt, quæ frontem utrimque terminant, eisque adhærent aures.

*In præsentia tabella à dextris proponitur C. Caligula caput, in quo caua tempora commonstrantur, quod ex marmoreis iconibus æreisque numismatibus, quæ in Vincentii Portæ fratris adseruantur museo, excerpimus.*



*Caua tempora.*

Quibuscumque tempora utrimque caua inspexeris, dolosos, trucesque iudicabis. Concauis temporibus Caligulam fuisse tradit Suetonius, & vultum natura tumidum & tetrum, ex industria adferebat, componens ad speculum ad omnem terrorem, & formidinem. Eius sæuitiam in iuuentute ostendit, cum ad datorum supplicium pœnis interesse voluisset. Vnde Tiberius, suo & omnium exitio se

matricem P. R. & Phaethontem orbi terrarum educare dixit, Ipse enim propinquos omnes, & amicos etiam, qui imperio fauerent, veneno necauit, fratrem suum interemit, & Sillanum socerum ad secandas nouacula fauces compulit. Sic amicos omnes, & Senatores, deleuit, & in spectaculis, ludis, & cænis etiam sæuitiam exercuit, tandem exclamauit, *Vitam P. R. unam ceruicem haberet*: vt scilicet vno ictu eum penitus excindere & delere posset. A deo insatiabili crudelitate immanis ipsius animus flagrabat.

*Pilosa tempora pilorum rectorum.*

In figura luxoriosi, Aristoteles eum pilosa tempora & pilorum rectorum habere dixit. Potest id ad hircos referri, potest & ad causam naturalem, nam pilorum multitudo circa tempora prouenit ex venis & arterijs multis sanguine plenis, quæ ad eum locum terminantur; & pilositas ibi magis quam alibi existens, feminis multitudinem arguit. Eo loco defluxum feminis esse dixit Hippocrates, cum incisæ ibi venæ steriles homines efficiant. Polemon eodem loco non *tempora pilosa*, sed *labia pilosa* dixit. Albertus, Pili densi, & vasti circa tempora, & aures, libidinosum & calidum demonstrant; sed tenues & rari iuxta tempora, frigidum & sine viribus hominem.

*De Auribus, CAP. 8.*

**E**RAT legitimus hic locus auribus assignatus: sed quia per se satis accuratam tractandi exposcunt rationem; consultius in III. librum reiecimus: nam in eo de iis solū tractabimus. Nunc ad aurium historiam accedamus: sunt enim in eadem linea, qua oculi. Aristoteles Animalium libro ita eam depingit: Auris exterior pars auricula, parte superiore constat pinna, inferiore fibra; pars interior forma anfractui cochleæ similis definit in os. Plinius ait, in equis & omnibus iumentorum generibus indicia animi præferre. Fessis marcidæ, pauidis micantes, subrectæ furētibus, resolutæ ægris sunt. Sed eorum discrimina, quia multa sunt, aggrediamur. Flacçi cognominati sunt, Cicerone auctore, quorum aures demissæ erant, pendulæ, languidæ, & flaccescentes. Plinius ab his Flaccorum cognomen natum esse testatur.

*Tabella humana auris delineatione insignita proponitur, ut asinina collatione, eius stolidi magnitudo exquisitius dignoscatur.*



*Magna aures.*

Magnas aures testari, ait Aristoteles ad Alexandrum, magnæ fatuitatis, sed bonæ retentionis & memoriæ hominem; in suis vero Phisognomicis, asinum. Polemon & Adamantius, stolidæ naturæ indicia esse. Albertus ex Loxo magnas & prominentes aures stoliditatem & imprudentiam signare dixit; sed perperam garrulitatem addit ex se. Vnde vulgo contra eos, qui in studiis vel moribus, vel dictis deliquerint, protensis indice & auriculari digitis, aurículas asini magnas imitantur, & sibilum addunt. Ad hoc Persius.

*O lane, à tergo cui nulla ciconia porsit,*

*Nec*

*Nec manus aurículas imitata est mobilis albas.*

Rhases stolidos ait, sed longeuos, nam optimam calidi, & humidi proportionem demonstrant; vnde longæui homines fiunt. Plinius ex Aristotele scribit longæ esse vitæ homines auribus amplis.


*Magna, & subflaccidæ aures.*

In idea fatui, Polemon & Adamantius tributū ei aures magnitudine nimias, & subflaccidas. Vbi aduertendum Vallum pueriliter lapsū, nā uertit *επιπρολασπείας, anfractibus refertas*, cum *subflaccidas* dicere debuisset: nam anfractibus refertæ, & exsculptæ aures, ut videbimus inferius, dōcilem, & non fatuum significant. Columella hircos prægrandibus auribus flaccidisque depingit. Plinius lōgis auriculis, infractisq;, & Aristoteles capras stupidas vocat, & ex voce acuta & clamosa, ut videbimus, à simili caprarū voce etiā stupidos iudicat, ego, ob id, ad hircos referrem.

*Magna, & arrectæ aures.*

Sed si magnæ arrectæq; fuerint vltra modum, stultitiæ & loquacitatis indices esse opinio est; idq; apud Aristotelem in Animalium libro adnotatum reperimus; & ab eo apud Galenum & Plinium. Sed Plinius solito more magnarū, sed non arrectarum meminit. Ex his Meletius: Paruas aures magnasq;, ac plus nimio eminentes, fatuitatis & loquacitatis indicia esse pleriq; statuerunt. Eadem ab his Conciliator.

*Simiæ aures, & humana illis similitudine respondentes è regione, oculis subiicimus hac figura.*




*Valde parvæ aures.*

Contra vero, qui valde parvas habuerit aures, stolidus est, latro, & luxuriosus: idque in Aristotele scriptū vidimus ad Alexandrum. In suis vero Physiognomicis, simiis ingenio respondeat; quali malorum morum dicas, furem, & libidinosum. Galenus in eo libro, Quod animi mores corporis temperaturam sequantur, ab Aristotele accipiens, aures parvas ait malorum morum indices esse. Polemon & Adamantius parvas aures malignos & veteratores demonstrare dixerunt. Interim corrige apud Conciliatorem *latrum*, (barbare) ubi dicit *latum*, pro *latrone*. Ex Alberto.

*Peculiari*

*Peculiari figura caninas aures in quibus cum humanis potissimum conuenirent, præposuimus.*



*Parvæ & protensæ aures.*

Aures parvæ existentes, & protensæ, sicut in canibus, stultum hominem arguunt. Sed Adamantius aliter à Polemone: Existentes valde parvæ, & tamquam circumcisæ, stultos demonstrant. Ego vel Polemonis textum corruptum iudico, cum canib. stultitiam tribuat, quam tamen cæteri Physiologi eis non adscribere; vel de canibus loquitur ædium custodibus, & vilibus. Albertus ex Loxo, depressas & breues aures stultitiam notare ait.

*Longæ & angustæ aures.*

Longæ aures & angustæ inuidum & paruum hominem demonstrant: Polemon. Sed id Adamantius non habet, vel temporum iniuria exe-



sum, vel ex industria omissum. Albertus: Angulata & oblonga aures testantur inuidiam. Ex quo Conciliator.

*Rotunda aures.*

Nimum rotunda aures, indocile hominem arguunt: Albertus,

*Exsculpta aures.*

Exsculpta aures docilem hominem ostendunt. Polemon & Adamantius.

*Non exsculpta aures.*

Aures non exsculpta & rotunda valde existentes, ruditatem ostendunt; Polemō. Sed Adamantius. Non exsculpta ruditatem ostendunt. Corrigendum est verbum in Polemonis textu, ἀδιάλυτα

*Tabella ad commostrandum molossi canis caput parata, & præcipue in eo moderatas aures.*



*Decenter*

*Decenter magna, & quadrata aures.*

Mediocris aures & arrectas, optimorum morum notam esse scripsit Aristoteles Animalium libro. id quod à Galeno iisdem verbis est transcriptum, In Physiognomicis vero ait: Videbit autem ytique quis & canum optimos moderatas aures habere. Polemon & Adamantius. Quadrangulares aures non excedentes magnitudinem, virilem hominem & bonum manifestant. Adamantius, virilem, & egregiis sensibus præditum dicit. Conciliator eadem. Sed satis inapte transfert. Loxus optimas aures ita describit. Semicircularis conuexa linea in medio aliquantum ex parte cōuexa versus centrum, magnitudine mediocres, capiti decenter adherentes, & mediocriter pilosa; sic enim seminalem virtutem quæ eas efformauit, fuisse pollentem & optimam, iudicatur; vt Albertus ex eo refert. Mediocris aures Augustū habuisse refert Suetonius, vnde præclaris moribus ornatus, & animi dotibus præpollés à scriptoribus designatur. Mediocris aures tuas, dignissime Princeps, sapius animaduerti capiti decenter adherentes esse, & valde exsculptas; ob id Augusto moribus & animi dotibus, quam simillimus es.

*Rubida aures.*

Pudæfactis rubescunt aures, ait Aristoteles in Problematis. Pudæfactis enim oculi refrige-

rantur; quia pudor in oculis est, nec respicere valent, quos pudor tenet, calor igitur in aduersam partem transit, quæ posterior est: nam aures satis ex aduerso positæ sunt; itaq; pudore maxime erubescunt: vel quia aures maxime partium faciei ex sanguine sunt, & peregrinus humor in anæ partem adire aptus natus est. itaque cum calore per pudorem orto, resoluitur, statim se in aures colligit; ob id, qui semper rubicundas habet aures, maxime verecundos existimarem. Et in figura verecundi, Polemon & Adamantius quasi rubore plenum dicunt, quasi aures & omnia rubore plena habeat. Sed Albertus non aures solum, sed totam faciem rubram habere, & rubicundiorum frontem cum oculorum demissione, verecundiam significare dixit.

*De Naso,* CAP. 9.

**N**ASUS in facie non minima pars est: hæc si quidem hominem præ cæteris formosum, deformemque reddit. Estq; in eo varietas maxima, ut non sit alia facierum distinctio, quam per nasum. Aristoteles Animalium libro hæc habet de naso: Pars faciei nasus: cartilagineam partem, quæ nares discriminat, interseptum vocamus, utrumque meatum inane. Eius initium est à glabra, interstitium inter supercilia constitutum. Pars ima est, ubi nasus delatior in aures se fundit. Adnotandum præterea quandam esse proportionem faciei partiū ad totius corpore

corporis partes, & sibi inuicem correspondere; aut mensura, aut quantitate, aut signis. Nasus correspondet præputio: nam quibus longus, & crassus; eadem mutonis forma: sic si acutus vel crassus, vel breuis. Sic narium qualitas respondet testiculis: Nasati apud Lampridium viriliores, ac bello mutoniati censentur. Vnde præcemia denasatorum peculio vulgo trita: Nasi magnitudine mutonis concipi qualitatem. Is enim in vita Antonini Heliogabali, quem scribit fuisse extremi luxus, ac nefariæ libidinis, hæc habet: Subactarios vel emissarios innumeros collegit, ac nasutos vocabat, quibus ad libidinem exercendam scelestissime utebatur.

*Magnus nasus.*

Nasus prægrandis probi viri indicium affert; Polemon. Prægrandis nasus melior; Adamantius. Magnus nasus semper minori melior; ex his Albertus.

*Valde magnus nasus.*

Valde magnus nasus, virum nimis acriter aliena iudicantem notat, cui non nisi sua placent, aliena displicent, irridetque omnia. Plinius: *Et altior homini tantū, quem noui mores subdola irrisioni dicauere, nasus.* Naribus, inquit Quintilianus, derisus, contemptus, & fastidium significari solet: vnde & qui alios irrident, nasutos vocant, & prouerbio abiit, *nasus pro iudicio.* Nasum maxi-

rum rhinoceros habet, cornu repando insignem; quare ab eo potius, quam vlllo alio animali ad prouerbialem hunc sensum assumptus est: est enim animal ingenio callidum, alacre, & agile. Martialis.

*Et pueri nasum rhinocerotis habent.*

Eiusdem extat lepidum epigramma de nasuto irrisore:

*Nasutus sis vsq; licet, sis deniq; nasus,*

*Quantum noluerit ferre rogatus Atlas;*

*Et possis ipsum tu deridere Latinum:*

*Non potes in nugis dicere plura meas.*

Perfius ad id:

*— ride, ais, & nimis uncis*

*Naribus indulges.*

Horatius.

*— Naso suspendis adunco.*

Angelus Politianus enormi fuit naso, ob id ingenio aculeato, inuidoque; alienorum irrisor, suorum admirator; & cum ipse aliorum fuerit censor acerrimus, sua tamen à quoquam iudicariæ gre tulit,

*Valde paruus nasus.*

Qui naso valde paruo fuerit præditus, mutabilis consiliivir arguitur; Polemon. Sed Adamantius minari rapacitatem & consilii inconstantiam ait, Interpret Polemonis non satis recte vertit. nam accusatorem, & delatorem interpretatur, in quo tot errores, quot verba reperies.

Alber-

Albertus. Minor nasus seruilibus ingeniis, furibus, & tergiuerfantibus assignatur. Ego ad mulieres referrem.

*Rectus nasus.*

Rectus nasus linguæ significat intemperantiam; Polemon, & Adamantius. sed in fine libri; Polemon, etsi mendosus sit codex, ait: Qui recto sunt naso præditi, blaterones; & referuntur ad mulieres. Alberrus non satis sibi constat, vtriusque signa & proprietates confundens. ait enim: Nasus circa frontem depressus, stulticiam & animi imbecillitatem, & foemineam leuitatem designat: si alte à fronte, recta ad imum nasi protendatur, vt linea recta descendens à fronte, nasi ronnun pertingat in extrema cartilagine, loquacitatem notat,

*Obliquus nasus.*

Intortus nasus magna ex parte mentis & animorum obliquitatem portendit. Polemon & Adamantius.

*Ad faciem nasus discretus.*

Nasus ad faciè bene articulatus, vel discretus, probum, fortem, ac prudentia virum præditum indicat. Polemon & Adamantius. Sed Polemon ad frontè, Adamantius ad faciem habet. Alberrus male vertit: Nariù pars iuxta frontè, si à frôte deposita sit, hoc est seiuncta, bona cõpositione, nec

148 IO. BAPTISTAE PORTAE  
alta, nec humili, sed æquali linea descendat,  
constantiam & prudentiam demonstrat.

*Ad faciem nasus male discretus.*

Contraria vero huius forma effeminatum  
rudioremque significat: Polemon & Adaman-  
tius à contrario signo contrarium diiudicant.

*Longus nasus ad os protensus.*

Qui habet nasum longum, protensum ad os,  
est probus & audax, vt Aristoteles ad Alexan-  
dram scribens ait. Scribit Suetonius C. Augu-  
stum nasum habuisse à summo eminentiorem,  
ab imo deductiorem, id est, depressum; quem  
prudentem virum, & optimum imperatorem  
fuisse constat, nec alius intelligi potest, nisi què  
modo descripsimus. CUBLAIENUS Scytharum  
imperator, longo rectoque ad frontem naso e-  
rat, ac ore angusto: ad arma præstantissimus, pri-  
mus pôtificiæ maiestatis cultor, liberalis, & pro-  
bus fuit.

*Nasus crassus.*


In figura impudentis Polemon, & Adaman-  
tius tribuunt ei nasum crassum.

*Nasus mediocriter longus, latus, & apertus.*

Optimam describens nasi formam Aristote-  
les ad Alexandrum ait. Nasus ille est magis æ-  
qualis, qui mediocriter longus; eius latitudo est  
mediocris; ad extremitatem eius foramina non  
multum aperta.

*Tabella*

*Tabella hac, in qua corui & hominis caput conspicitur, na-  
sum in utraq, ad vnum delineari curauimus.*



*Incuruus à fronte nasus.*

Quibus aduncus statim à fronte ducitur na-  
sus, impudentes sunt, instar coruorum. Incipit  
enim ipsius nasi curuitas à fronte prope glabel-  
lam. Et est propria coruorum impudentia; &  
sua impudētia apud Romanos enunciauerunt.  
Aristoteles in Physiognomicis. Ego hos om-  
nes fures & rapaces dicerem. est enim propria  
coruorum, & aduncorum rostrorum auium ra-  
pacitas, & coruus natura procluis est ad fur-  
tum; & quos cicures habemus domi, clauos,  
nummos, cultros, & eiusmodi similia in forami-  
nibus & sub lapidibus abdunt.

*Præfens commoſtrat figura aquila caput, cuius naſum in-  
curuum cum Sergii Galbae naſo comparandum, concinne  
ſpectandum propoſuimus.*




*Aduncus naſus.*

Qui naſum aduncum habent, à frontè bene articulatam, magnanimi inde conijciuntur, exemplo aquilarum: ex Ariſtotele in Phyſiognomicis. A quo Polemon & Adamantiùs: Aduncus naſus magnanimitatem decet. Albertus ex Loxo, aquilæ naſum magnanimis tribuit. Hujuſmodi naſum vulgus *aquiſinum* vocat, & regiũ quiddam præ ſe terre exiſtimatur; quoniam aquila rex auum habetur, & ob id regalem animum & magnificentiam polliceri. Apud Perſas tali naſo præditum eſſe magno erat decoris, ſicut de Cyro memorant hiftoriæ Xenophon-  
tis &

tis & Plutarchi: & adhanc vſque diem neminem ad id faſtigii ſubrogabant, niſi apprime fuerit naſutus. Eum regem ſupra omnes dilexerunt, illumque magnanimum & audacem fuiſſe dicunt. Magnus Artarxerxes naſo fuit in aduncum prominente, vt ex argenteo numiſmate videre eſt in muſeo fratris mei doctiſſimi. Fuit Perſarum rex, tamquam ex ſtirpe maioris Cyri. in eo tanta in donando gratiſſimi animi magnitudo extitit, vt in referenda gratia pro agreſti ſæpe munuſculo tenuiſſimoque officii genere, non ingentia modo auri pondera, ſed vrbes & prouincias rependeret. Demetrius filius regis Syriæ, cuius Iuſtinus meminit, *Grypus* cognominatus fuit; quia Græci, qui aduncum habet naſum, *γρυπίς* vocant. Neoptolemus aduncus fuit naſo, ex deſcriptione Daretis Phrygij. Sergius Galba aduncus fuit naſo, vt à Suetonio narratur, & liberalis ab eo deſcribitur. Plato in Euthyphrone Melitum Pittheum, quẽ in accuſatione non ingeneroſe ſe geſſiſſe dicit, aquilino & gibboſo naſo fuiſſe prodit. Prominenti & decenter incuruo naſo fuit Georgius Scanderbegus, cuius os magni Herois effigiem præ ſe tulit. Nemini etiam virtute bellica, fortitudine & liberalitate ſecundus fuit. Magnus Sfortia elatum à medio naſum habuit; fuitque magnanimus & fortis, Iouio referente. Mahometes ſecundus Turcarum rex, aduncus fuit naſo,

& eminenti, vt superius labrum attingere videretur; & elato fuit animo. Ioannes Assymbeius cognomento Vssumcassanus, grypho fuit naso, oculis ingentibus, læto & hilari vultu; liberalis, clemens, bellicosissimus, & gloriæ appetens. Ismael Sophus, Persarum rex, similiter naso fuit adunco, vegetis & micantibus oculis; moribus vere liberalis, ambitiosus, bello fortissimus, inter pericula gaudens & magnanimus. Selimus Baiazetis filius, arcuato fuit naso; liberalissimus, Magni Alaxandri æmulus. Solimanus etiam Selimi filius, adunco fuit naso; bellator, & liberalis.

*Hoc schemate gal'i nasus incauus, cum canuexa circulari frontis superficie exprimitur, cum humana ad eiusmodi formam effigiato, infra describendo.*



*INCAUUS*

*Incauus nasus ante frontem, rotundus, & supereminens rotundum.*

Vt se habet antiqua translatio Aristotelis in Physiognomonicis; Qui nasum concauum habent, ante frontem rotundum, & supereminentem rotundum, luxuriosi sunt, & ad gallos referuntur. Nos, cum eiusmodi nasum ignoraremus, tum Aristotelici textus corruptione, tum interpretis translatione, gallos consulimus, atque diligenti eorum inspectione, ita textum & sensum verbis accommodauimus, habet enim gallinaceus gallus ante frontem in confinio nasi valleculam quandam, vel incauum quoddam, & pars ea nasi ante frontem rotunda, & inde frons à naso ad capillorum radicem, velut circuli circumferentia est. Vt verba textus translata dicant: Qui ante nasum habet incauum, & partes, quæ ante frontem rotundas, circumferentiam vero supra assurgentem, &c. hos ego etiam puerarios iudicarem: abutuntur enim Veneri galli gallinacei, perdices, & coturnices, quæ fere similem nasum habent. Cum enim femina ouis incubant, mares dimicant pugnamque inter se conferunt, quos cœlibes vocant; qui victus in pugna fuerit, victoris Venerem patitur, nec nisi à suo victore subigitur, ex Aristotele: & multos amicos cognoui eiusmodi naso præditos, huic enormi luxuriæ generi obnoxios. Fin-  
gunt Poëtæ Iouem aquilæ forma Ganymedem.

rapuisse, sub tali figmento id fortasse innuentes. Ælianus etiam ichneumonem huic turpitudini obnoxium dixit. Tali naso Satyri & Sileni ab antiquis effigiati sunt, & tali naso etiam Socrates ipse præditus fuit: nam Xenophon Socrate Silenis similem fuisse, & pressis naribus, scribit.

*Latus in medio nasus.*

Nasus in medio latus, declinans ad summitatem, demonstrat mendacem & verbosum. Aristoteles ad Alexandrum.

*Si bovis nasum inspexerimus, & hominem similem effigiarimus, non ab hac qua hic cernitur figura, longe aberit, ita a sabre in imo crassius deducitur.*




*Extr-*

*Extremum nasi crassum.*

Qui nasi extremum crassum habent, segnities ei obnoxii sunt, & ad boues referuntur, ut Aristoteles in Physiogn. testatur. est enim bouum, segnities propria. Polemon & Adamantius: Nasus in summo valde crassus, & depressus, iniquos homines ostendit. Interim Polemonis textus corrigatur, *μαγδὸν*, non *μυρδὸν*, ex Adamantio. Idemque in figura inuerecundi, tribuunt ei nasum crassum.

*Suis crassus à summo inspicitur hic nasus, è cuius regione hominis similitudine ad eum proxime accedens, depingitur.*



*A summo crassus nasus.*

Qui nasum à summo crassum habent, insensati iudicantur, à simili suum naso. Aristoteles in Physiognomon. Est enim sus animal brutum, animamque ei pro sale datam vulgo dicunt:

vnde prouerbio fertur. *Sus Minervam.* Male ab eo describens Albertus ait: Extra modum crassæ nares immundum hominem.

*Canis hac imago in multis cernitur figuris, sed hic domestici canis acuti nasi icon exhibetur, ut hominis similem ostendamus.*




*Extremum nasi acutum.*

Nasus si fuerit subtilis, eius dominus est valde iracundus, Aristoteles ad Alexandrum: in Physiognomicis vero dilucidius loquitur. Nasus summus si fuerit, sæuæ iræ homines ostendit, iique ad canes referuntur. Est enim canum propria ira. Sed Aristotelis textus mancus videtur. deficit enim, *acutum.* ait enim *οὐ τὸν βίον ἀκρον.* supple *λινθῶν*, quod ex Polemone & Adamantio restitui

stitui potest: Nasus extremum tenue in quolibet homine æstuantis iræ signum. Albertus: Nasus in extremo acutus, facilis ad iracundiam, Idemque Rhafes. Ringi, os torquere est, quod canes faciunt latraturi, vel cū ex ira in rugas os deducunt: hinc rictus, oris distensio. Rictum caninū Iuuenalis dixit.

*Auicularis hic rostri imago proponitur, ad ostendendam eius cum naso hominis tenui & gracili similitudinem.*




*Nasi extremum gracile.*

Qui nasi extremum gracile habent, aues hac parte referunt. Intelligit enim per auiculares, qui leues, mobiles & instabiles sunt. est enim, auium nasus longus, subtilis, rotundus, & in imo tenuis. Polemon & Adamantius ex eo: Nasus longus, subtilis (sed Adamantius addit, *valde*)



cum auicularis generis habeatur, eius quoque generis mores describit. Rhafes: Nasus longus & in imo gracilis, leuis & festini viri est. Albertus: Nares longæ & tenues, quæ auium propria sunt, huiusmodi moribus, scilicet mobilitatis & leuitatis, homines decorant.

*Leonis nasus hic depingitur; è directo intuenti, humanus occurreret, ut inuicem comparari possint.*




*Rotundus nasus, & extremum obtusum.*

Natum rotundum habentes, eiusque summum obtusum, magnanimi sunt, ad leones relati. Aristoteles in Physiognom. Leonum enim, propria est magnanimitas. Polemon & Adamantius; Nasi extremum plenum, obtusum, rotundum, & solidum si aspexeris, ex leonibus & molossis fortem & magnanimum iudicato. Adaman-


amantius non magnanimum, sed iactatorem dicit. Aristoteles in figura maris leonem depingens, ait, habere nasum magis crassum, quam gracilem.

*Etiã venatici vel molossi canis imaginem apponere libuit, ut expressius nasus cernatur.*



Oppianus venaticos canes (siue robustos, siue molossos dixeris) simo rostro describit. Generosis enim canibus imæ nares rotundæ, & solidæ, & fere obtusæ sunt. Albertus eadem habet ex Platone, sed ex Polemone potius.

Hac figura hominis *simum* nasum *sinximus*, quem *simia* *simia* *millimum* in *vinis* *observauimus*.



*Nasus simus.*

Nasus simus est impetuofus, ait Aristoteles ad Alexandrum: sed eius vetus translatio satis corrupta est, & corrigenda, *luxuriosus*, vel *impetuofus in Venerem*: aliter enim sibi cæterisque claris auctoribus contradiceret. In suis enim Physiognomicis ait: Qui nasum simum habent, libidinosi referuntur ad ceruos. Cerui simi sunt, & adeo luxuriosi, vt coitus tempore insani redantur. Polemon, & Adamantius: Nasi simitas scortationis indicium. Et Polemon alibi: Breui, & simo naso præditi, fures & lasciuui sunt. ad ceruos & apros hoc genus hominum est referendum. ipse enim *æreus* rerulit; sed puto mendum in textu: quippe non silueltres fues, sed si-

mias

mias referunt, & reponendum, *πιδνος*. Albertus ex Loxo simię tribut nasum, & libidinosus. Rhafes. Quibus latæ nares, luxuriosi. Simitatis rationem, & luxuriæ videtur Aristoteles tradidisse in Problematis. ait enim, Crispitudo capillorum, et simitas in crassitudine sita est, crassitudo non sine duritia constat, & durities in calidiori sanguine sita est, & calor materiem ex crescere inutilem minus paritur, & os ex vacante materia consistit, & cartilago non nisi os est, vt hinc non sine causa diminutio nasi consequatur. Indicium ætas exhibet puerilis, sunt enim pueri omnes resimato naso. Nos, si ad animalia referre licet, ad simias referemus. Natura enim similis.

*nares à fronte remissas*

*Contundit, &c.*

vt Oppianus scribit, & ob id multi putant ab huiusmodi simitate simias dictas esse. Constat eas libidinosas esse, vt quasdam feminas appetant. Et apud Indos simiarum quoddam genus est rufum, quod in vrbes non adducitur, quippe quod Veneris libidine adeo inflammatur, vt in muliebrem sexum insaniat. Est & delphinus resimo rostro, & ob id *simonem* vocant, nomenque simonis miro modo agnoscunt; piscatorumque relatu, luxuriosi sunt.

L


*Etiã simum cerui nasum depinximus cum Socrate comparandum, cuius effigiem ex museo fratris & marmorea statua decerpimus.*



Simo naso Socratem fuisse narrat Plato in Theæteto, & ab eo Ammonius. Polemon Socratem luxuriosum fuisse dicit, quod illius loci superficiem concauam haberet, quæ naso ac mento interiacet. Plautus in Rudente suum Lambracem depingens luxuriosum ac nefarium, ait, recaluum, filonem, & ventricosum. Ruelius Gallus resimato naso fuit, & luxuriosus. Fuerunt nonnulli opinantes Horatio Coclitii, non quod oculum vnum in bello amisisset, sed ex nasi similitate cognomentum, *Cocles*, inditum fuisse: nasus enim sub fronte ita depressus demissusque erat, vt nullum fere inter oculos discrimen extaret,

ret, ipsaque supercilia commixta inuicem confusaque fuerint: iccirco cum vellent illum appellare Cyclopem, factum est vt corrupta loquendi consuetudine, *Cocles* diceretur.

*Tauri & hominis hiantes nares ad viuum depictas præsentis figura videre est.*




*Patula nares.*

Qui habet foramina nasi grauis cõpactionis vel duræ, est irascibilis, ait Aristot. ad Alexandrũ. Sed antiqua translatio ex Arabico textu falsa & mendax est, nec quid sibi velit satis constat. Clarius ergo in suis Physion. Qui hiulcas habent nares, æstuantis iræ sunt, & ad passioné referuntur quæ fit in ira: quippe videre licet ira excãdescens tales nares obtinere. per eas. n. fit spiritus reciprocatio: siquidẽ è promptuarijs intimis cordis respirationem pulmonis officio capientes, extra

excernunt, vnde non iniuria, qui apertas habent nares, ad iram sunt incitatiores. Polemon: Patulis naribus præditi agrestes, pertinaces & potentes sunt, sicut tauri & leones.

*Generosi equi hinc nares, & hominis appinxiuus.*



*Resimæ nares.*

Alibi vero: Patulæ nares & resimæ iracundos demonstrant, & referuntur ad passionem quæ fit in ira, & ad generosos equos. Et in figura iracundi, cõcauas nares ei tribuit. Adamantius: Expansæ nares iracundiæ & ferociæ testes sunt. Suetonius C. Cæsarem spumante rictu, & humentibus naribus fuisse scribit, & fuit præcipitis iræ.

*Obstructæ nares.*

Obstructæ nares vesanos demonstrant, Polemon.

mon. Adamantius vero aliter, & melius: Angustæ, rotundæ, & obstructæ nares vesanitatemonstrant. Eadem Albertus, quia obstructas, siue obefas, vel occlusas dicit, quo innuit eos parum olfacere.

*Sursum distantes nares.*

In idea misericordis, Aristoteles in Physiogn. tribuit ei nares sursum distantes.

*De vultu, CAP. IO.*

**D**ICE MVS de vultu primum, post de partibus eius. nam vultus totam simul faciem, motum, habitus, & passiones repræsentat. ad totum hunc vultum figurandum omnes faciei partes concurrunt, & oculi, & frons, & nasus, & cætera membra. Est vero vultus index & detector conscientiæ nostræ, qui incertus, inconstans & varius est, qui totus ex animorum configurationibus confingitur, qui etiam earum simulator est, & dissimulator. Quare haud temere omnibus horis ex vultu diiudicandum, nisi cum ab huiusmodi animi motionibus deferbuisset videbitur. Polemon, & Adamantius de vultu hæc habent: Ex ipso namque vultu potissimum apparet magnificentia & illiberalitas, probitas & improbitas, anxietas, studium, eruditio, iucunditas & tristitia, vigilantia & somnolentia, & singula, vt se naturâ habent; & secundum ea neces-

se est physiognomonicam disciplinam exercere. Meletius non obscurus philosophus: Facies, inquit, ipsa est, quæ affectus facile repræsentat, cum autem ipsa lætitia afficitur, serena hilarisq; apparet; si vera tristitiâ, mœrorem, & perturbationem præferat: cum ira excandescit, liuida, & sanguine perfusa, furiosaq; redditur. Quamobrem, (vt in sacris literis exstat) in cordis gaudio facies ipsa exhilaratur; cum vero cor mœrore afficitur, demissa efficitur, & homo ira occupatus, turpis est. Iacob ex facie Laban in se odiû apprehendit, & ad vxores suas conuersus, dixit: *Cognoui ex facie patris vestri, non esse amplius in me, qualis heri fuerat.* Solent enim qui nos odio prosequuntur auertere à nobis faciem; qui amore nobis deuincti & beneuolentia sunt, lætum, hilaremque oris aspectum, & blandientem exhibere solent. Cicero ad Pisonem ait: *Non deciperunt me oculi tui, & vultus, qui tacitus est sermo mentis.* Vultus ipse speculum est mentis, quando & taciti oculi mentis fatentur arcana.

*Subtristis, & varius vultus.*

In idea timidi Aristoteles in suis Physiognomonicis tribuit ei faciem mutabilem, & submœstam. Idque ad apparentem morem referri possit; nam timens vultum continue variat, veluti timore & suspitione plenus.

*stupidus vultus.*

Figuram tribuit insensitiuo in sua idea Aristoteles

stoteles in suis Physiognomonicis, & mortem, qui apparet in facie secundum similitudinem, scilicet insensitiui & stupidi. Interim corrigendus est Aristotelicus Græcus textus: nam pro τὴν ὁμοίωσιν id est, *similitudinem*, habet ὁμοιωδίας, quod valde à proposito abest, vt satis infeliciter Sueslanus transfert, & dum verba à sensu aliena accommodare nititur, ineptias multas sano viro indignas profert.

*Somniculosus vultus,*

In figura iucundi & simulatoris Aristoteles in Physiognomonicis tribuit eis faciem somniculosam. Polemon & Adamantius in eadem figura, eadem referunt. Tribuit enim Aristoteles somniculosam faciem, eandemque Polemon. Sed Aristotelis textum, prout Polemon habet, ipse retinet. Ob id Sueslanus satis misere *curuipedem* transtulit; & virso, quem curuipedem dixit, affimilauit.

*Bonus, & non præceps vultus.*

Iucundo tribuit Aristoteles in Physiognomonicis vultum non festinum, & celerem, sed bonum. Sueslanus *πειραδής*, faciem non festinam, celerem, sed subdolam interpretatur, satis incuriose, & ex naturalibus caussis deducit.

*Humilis vultus,*

Idem eodem loco, in schemate tristis viri, humilem ei tribuit figuram.

*Remissus vultus.*

Et in figura amari viri, tribuit ei faciem remissam. Polemon, & Adamantius in eadem figura etiam remissam faciem adscribunt.

*Grauis vultus.*

Idem mansueto fortem, robustam, & grauem faciem tribuit, eandemque Polemon & Adamantius. Seuero & graui vultu fuit Alphonsus Estensis, Ferrariæ princeps, auus tuus, amplissime Cardinalis, Louio referente; vnde ingenium præcellens, & vis eius bellica coniectatur, qui trium maximorum hostium arma infracto animo sustinuit & superauit; abdicatis à se adulationis & morosæ grauitatis lenocinijs, singulas cogitationes & corporis exercitamenta ad virtutes & bellicas rationes intendit; magnanimus in bello dux, optimus in pace princeps semper extitit. Probo ore & venerabili Bessarion Cardinalis fuit; nemo probitate spectatior, nemo admirabilior doctrina, nemo denique generosis moribus splendidior.

*Temerarius vultus.*

In figura iniuriosi, Aristoteles in Physiognomicis tribuit ei proteruum & temerarium vultum. Sed Polemonis textus ex Aristotele corrigendus, qui *αὐτὸν ὑπερηφάνους* dicit, vt Aristotelicus.

*Iucundus vultus.*

In figura iucundi hilarisve, Polemon & Adamantius

mantius tribuunt ei hilarem figuram, vel mores, lidem in figura ingeniosi, tribuunt mores iucundos. sic tranquillus vultus, animi tranquillitatē monstrat. Tradit Suetonius Augustum fuisse vultu, & sermone, vel tacito adeo tranquillo, vt animo erat sereno & pacato. Hilari etiam vultu fuisse Vlyxem narrat Dares Phrygius. Periuicundo & graui vultu fuit Pompeius Columna Cardinalis, qui miro ingenio, sacra purpura mitratus, & inilitari sago galeatus, vtriusq; muneris partes aptissime adimpleuit. Ioannes Assymbicus Vissumcassanus læto, & hilari vultu fuit, magnam grauitatem dignitatemque pari comitate conditam præferebat, in dandis beneficiis miram serenitatem, eandemque in accipiendis ostendebat; suauis in sermone, facilesque erant ad eum aditus. Ismael Sophus læto & sereno fuit vultu; benignus, equitandi sagittandique peritus, lepidusque in iocando fuit.

*Elegans vultus.*

Polemon loquaci tribuit figuram elegantem. Sed textus Aristotelicus somnolento loquacis notas tribuit, quod ex Polemone, cui integrior est textus, conici potest: nam somnolento elegans forma non conuenit. Sed Polemon & Adamantius elegantem formam simulatori tribuunt. Emanuelli Chrysaloræ præclara fuit facies, præclarum ingenium, & præclarissima doctrina, Græcas literas in Italiam reportauit.

*Illiberalis vultus.*

Illiberales vultu pusillanimes & illiberales animo censendi, ex Polemone. Politianus facie neque liberali neque ingenua fuit; ob id distortis moribus, & male compositis, ut nimis in aliena inueheretur. Maximilianus Sfortia ut illiberali vultu, & nequaquam Sfortianę stirpis excellentia digno fuit, sic ingenii indole & moribus ingenuo principe indignis; sordidi animi, & ve cordis, & rudis extitit. Subagresti vultu Iouianus Pontanus erat, vir maxima ingenii dexterritate, sed mordacitate insignis.

*Venerabilis vultus.*

Hector venerabili fuit vultu, & animo, & viribus insignis, clemens, & dignus, ut à Darete Phrygio proditum est. Achilles graui aspectu, præferebatq; pulchritudinem non satis laudatam; ob id eius species non iactatoris, ut pleriq; iudicant, sed virilis, ut ex Philostrato habetur. Solimanus Selimi filius, augusta fuit facie, & dignitate plena, iustitia celebris, prudens, bellator maximus, non fœdifragus. Sic Gothofredus Gallus, Lotharingię Dux, Bullionius, sacri belli aduersus Turcas imperator, vultu erat maiestate Augusto, religione præstans, & militaris artis peritissimus. Carolus Francorum Rex à gestarum rerum magnitudine Magnus vocatus, vultu fuit maiestatis pleno, augusta facie, canitie reuerenda. Cublaienus Scytharum impe-

rator

rator, quos Tartaros vocamus, ore fuit Augusto, ac fulguranti, sacrorum cultor eximius, multarum gentium domitor, ac bello infractus. Probo ore, & vultu hostibus etiam venerabili fuit Franciscus Sfortia, fuit corporis & inuicti animi robore, naturali facundia doctrinaq; præditus.

*Austerus vultus.*

Diomedes austero fuit vultu, ut Dares scribit & in bello audax, acerrimus, clamorosus, calidus, & impatiens. Tamerlanes truculento vultu, & minaci fuit, qui suę sequitię maximum specimen dedit, ut orbis terror diceretur. Nemo efferatiori in cruorem animo. Truculenta voce profitebatur se Dei maximam iram esse. Austero ore fuit Baiazetes primus Turcarum Rex, qui à singulari celeritate, repentinoque bellicarum actionum impetu, terrificum terrarum fulmen, est appellatus. Multis victoriis clarus extitit. Franciscus Buffonius, Carmagnola dictus, terribili & agresti oris fuit, contumacis ingenii, & prompti, & audacis, ut maximas bellicę virtutis laudes promeruerit.

*De facie.*

**I**N F R A oculos malę. Plinius: Hęc sedes pudoris. ibi maxime ostenditur rubor: infra enim hilaritatem risumue indicant buccę.

*Bovis imago cum magna facie spectanti se  
exhibet.*




*Valde magna facies.*

Quibus facies magna, ignavi sunt censendi  
& referuntur ad asinos & boues. Aristoteles in  
Physiognomonicis: Valde magna facies stoli-  
dos & indociles arguit. Polemon & Adaman-  
tius.

*Asinina*

*Asinina & magna faciei subsequitur imago, quum  
prior tabula bovinam ostenderit.*



Cuius facies magna, piger est. Rhafes, & Con-  
ciliator. sed Albertus ignavum & voluptatibus  
deditum dicit. Et alibi: Magnum caput, cum  
magna fronte & facie, tardum, pigrum, & ali-  
quando indocilem monstrat.



*Hac tabula felis, & parua faciei detegitur imago.*



*Valde parua facies.*

Facies valde parua ( vt Aristoteles in Physiognomicis testatur ) qualis est felis, & simia, hominem pusillanimum arguit. Interim admonitos lectores velim, Græcum Aristotelis textum corrigendum : nam loco faciei habet *vām*, id est, tergus : nec congruum erat, vbi de facie loquebatur, tergoris meminisse, quum de tergo suo loco affatim satisfecisset. Præterea in sequenti habet : Mediocre habens faciei qualitatem, optimus erit, quum neque magnam neque paruam oporteat esse. Suique non immemor in figura pusillanimi, parua ei faciem accommodat, non tergus. Testimonia demum Polemonis & Adamantii accedunt, qui diligenti-

*tissime*

tissime Aristotelem descripserunt, & faciei, non tergoris meminere. Sueffanus, *tergus*, vertit, & circa hanc suam malam interpretationem male se torquet, dum falsam doctrinam veritati accommodare nititur. Gesnerus etiam suo Quadrupedum libro ex textus corruptione fallitur.

*Sequens figura eiusdem faciei paruitatem, & simiam exprimit, perinde ac si precedentem subsequeretur tabellam.*



Parua facies, paruos quoque redarguit mores. Adamantius : Cuius facies parua ; callidus & adulator. Rhafes, & Conciliator ab eo : Facies vehementer parua timidos, callidos, adultores, & illiberales arguit. Polemon & Adamantius ex Aristotele in figura amari ; qui faciem parua ei tribuit. Albertus satis inepte infert ; diductus, & dependens vultus.

*Parua, & crocea facies.*

Qui habet faciem parua, declinantem ad croceum, est pessimus, vitiosus, deceptor, & ebrius. Eadem Conciliator ab Aristotele ad Alexandrum, qui etiam coloris notam addidit.

*Mediocris facies.*

Optimam tradens faciei qualitatem Aristoteles in Physiognomonicis, ait: Quoniam, neque magnam, neque parua oportet esse, medius habitus utique erit conueniens.

*Mediocris facies, & pinguiscula.*

Qui habet faciem mediocre in genis & temporib. vergens, ad pinguedinem est, verax, amans, intelligens, sapiens, bene dispositus, & ingeniosus. Aristoteles ad Alexandrum. Facies in circumstantiis, mediocris, & sufficientis carnositatis, &c. Conciliator ab eo.

*Hic*

*Hic denuo bouinam faciem adduximus, cuius beneficio exquisiti carnositatem contemplari licet.*



*Carnosa facies.*

Illos, quibus facies carnosâ est, demissi & negligentis animi esse coniicit (quod in bobus similiter se habeat) Aristoteles in Physiognomonicis. Ad Alexandrum vero scribens ait: Carnosus in facie est sapiens, importunus, & mendax; ad feminas fortasse referens, quæ ignauæ, importunæ, & mendaces sunt. Polemon ab eo in fine: Qui carnulentam habet faciem, inertiae obnoxii sunt, quæ passio feminarum generi & boum est peculiaris. Rhafes: Cuius facies carnosâ, piger. Conciliator eadem.

*Valde carnosâ facies.*

Valde carnosâ facies iucundum & viuudum.

M

hominem ostendit, Polemon & Adamantius, Itemque in figura iucundi, faciem ei tribuunt carnosorem. Aristoteles in figura simulatoris, pinguem faciem ei tribuit.

*Carnosa, & valde longa facies.*

In figura male se sensari Aristoteles in Physiog. carnulentæ & fatis longæ faciei meminit.

*Macilenta facies.*


Qui habet faciem gracilem, est circumspectus in operibus suis, & subtilis intellectus: Aristoteles ad Alexandrum. Sed in Physiognomonicis: Qui macilentam habent faciem solliciti sunt. quod signum ad contrarium retulit; quia carnosâ pigros macra sollicitos demonstrat. Polemon & Adamantius: Parua facies studiosi est, & insidiatoris. In figura vero tristis, iidem tribuunt ei faciem macram. Sed corrigatur Polemonis textus ex Adamantio, quia ἰσχυρὸν habet, pro ἰσχυρόν. Plautus in sua Asinaria suum Leonidam macilentis malis inducit, quasi eum sollicitum & callidum dixisset. Selimus Turcarum imperator decimus macilento ore fuit, ad arma impiger, nullo namque labore corpus aut animus eius defatigabatur.

*Neque carnosâ, neque macilenta facies.*

In idea ingeniosi Aristoteles in Physiognom. Quæ circa faciem graciliora, id est, non carnosâ, quia hebetis sunt, sed gracilia, id est, mediocriter

ter disposita, Adamantius clarius loquitur in eodem typo. Facies, neque valde carnosâ, neque quidem gracilis. Vbi textus Polemonis defectuosus, & ex Adamantio corrigendus; carnositas enim inertiam, macilentia curiositatem, & tristitiam, medius utique habitus ad intelligentiam, facit.


*Occurrens hæc oculis figura ossosam ostentat asini faciem, in sequentibus, cerni, & simia.*



*Ossosa facies.*

Qui faciem carnosam habent, timidi: referuntur ad asinos, & ceruos. Aristoteles in Physiognomon. Gesnerus libro De animalibus eadem ab eo recitat: sed neq; ceruus, neq; asinus faciem carnulentam habent; & coqui cerui caput, utpote nil carnis habens, ut inutile, flocci faciunt.


*Ossosa cervi facies ostentatur.*



Sed textus mendositas his rationibus coarguitur, quod quum prius carnosæ faciei in boue meminisset, non erat opus hîc denuo rememorare, cum & aliis in locis iisdem ossosas facies tribuat.

*Eadem*


*Eadem in simia ossosa facies.*



Præterea Polemon in fine, ab Aristotelē excipiens, ait: Valde ossosa facies, laboriosos, timidos & infulsos ostendit, si referas ad asinos, simias, & ceruos. Ob id corrigendus textus, pro *σαρκαδεις*, respondendum, *ὄσσειοι*.

M 3

*Oblonga canis facies cum humana, e regione ostenditur.*



Oblonga facies iniuriosi est. Aristoteles ad Alexandrum: Cuius facies longa, inuerecundus, Rhafes, & ab eodem Conciliator. Ego ad canes viles referrem, qui iniuriosi inuerecundi, iidemq; oblonga facie sunt.

*Plana facies.*

Ab eo, qui planam habet faciem, caueas in morositate. nam significat litigiosum, *δυσκολος*, inuidiosum, immundum. Aristoteles ad Alexandrum, & ab eo eadem Conciliator.

*Rotunda facies.*

In idea inuerecundi Aristoteles in Physiogn. rotundam faciem tribuit, Polemon in figura iracundi rotundam faciem ei tribuit. Rhafes rotunda facie fatuos dicit.

*Rugosa*

*Rugosa facies.*

In idea tristic rugosam faciem ei tribuit Aristoteles in Physiognomicis, idque ad apparentem morem referri videtur. nam qui tristantur, facie corrugant. Naturalis causa esse potest siccitas; & ruga signum melancholice, ex Auerro.

*Rugosa, glabra, & macra facies.*

In figura amari, Aristoteles in Physiognom. faciem ei tribuit rugosam, glabram, & macilentam. Ratione enim siccitatis & frigiditatis pars, quae solet esse pilosa, fit glabra, & ii natura sunt melancholici. Polemon *rugosam* dicit. Adamantius *frontem non faciem.*

*Rubra facies.*

Quibus facies supererubescens, verecundi sunt: Aristoteles in Physiognomicis, & referuntur ad passionem, quia verecundis semper erubescit facies. Aphrodiseus verecundos & hilares esse dicit: verecundi quidem, quia sanguis tegendi causa super faciem semper profugus est, veluti saepe ob pudorem manu faciem tegimus; hilares vero, quia sanguis voluptatibus extrinsecus occurrit. Dicitur hic color roseus, is est candidus, sanguinis rubore penitus diffusus, cum venustate, & puerorum & virginum nitor, qui vulgo ab humana carne *incarnatus* dicitur. Facies pudibundi, & verecundi hominis erubescere

confuevit, quoniam, vt inquit Aristoteles in Problematibus, sanguis de corpore in omnes partes diffunditur pudentibus. Laudatur verecundia in adolescentibus. Diogenes Cynicus, *Rubor virtutis est color*, dicebat. Næuius *pudoris colorem* appellauit. Pudoris est verecundiæ signum apud Terentium est: *Erubuit: salua res est*. Ruellius Gallus, medicus insignis, ore rubore perfuso fuit, natura modestus & lenis. Polemon; Facies ipsa, secundum seipsam, rubra asperos hominis mores nunciat. Domitianus vultu fuit modesto, ruborisque pleno; vnde cum oris verecundia apud senatum commendaretur, iactauit: *Vsq̄ue adhuc animum meum probastis, & vultum*. Plinius de eo: *Superbia in fronte, ira in oculis, feminea in ore ac in corpore impudentia, multo rubore perfusa*. Cornelius Tacitus de eo: *Cum denotandis tot hominum palloribus sufficeret sæuus ille vultus, & rubor, quo se contra pudorem muniebat*.

*De Genis, CAP. 12.*


**D**IXIMVS de tota facie; nunc de faciei partibus, id est, genis. Infra oculos malæ sunt, siue genæ; Græcis *παραρῖνοι* dictæ,

*Carnosæ genæ.*

Carnosæ genæ inertiam & vinolentiam arguunt. Polemon & Adamantius. iidemque in figura imbecillibus sensibus præditi, eidem carnosas genas adscribunt.

*Cati*

*Cati, & simiæ imago in multis occurrit figuris, formam & artus omnes ostensuris; nunc ad exiles tantum genas commensurandas exhibetur.*



*Graciles genæ.*

Genæ valde graciles malignitatem; & vafritiem arguunt, Polemon. sed Adamantius addit, & inuidiam.



Ego eluris & simiis adscriberem: paruas enim & exiles genas habent, & sunt furaces, vafræ, & insidiosæ, & per hæc animalia eiusdem ingenti homines deprehenduntur; qui scilicet clam insidiosi, vafræ, & maligni sunt.

*Crassæ genæ ab oculis distantes,*

Crassæ genæ, & ab oculis distantes inuidos notant. Polemon & Adamantius,

*Rotundæ genæ.*

Rotundæ genæ dolosos hominum mores demonstrant. Polemon & Adamantius,

*Oblongæ genæ.*

Oblongæ genæ nugaces, & vaniloquos ostendunt. Polemon & Adamantius.

*Rubræ genæ.*

Quibus genæ supererubescunt, vinosi sunt.

& re-

& referuntur ad passionem, quia inebriatis supererubescunt genæ. Aristoteles in Physiognomicis. Polemon autem: Si genæ tantummodo rubro colore inficiantur, ebriosos homines indicant. Loxus se obseruasse hominem ait, cuius nāsus & maxillæ epatico colore inficerentur, & omni vitio refertum fuisse, libidine, vinolentia, & crudelitate. Quamplurimi sunt apud nos, qui non solum rubras genas præferunt, sed epatico colore infectas, eosque luxuriosos vinolentosque nouimus. Suetonius Vitellium facie rubicunda fuisse, idque vitii ex vinolentia contraxisse. Alexander Macedo rubrum habebat vultum, candori mixtum; qui bibax, & vinolentus fuit, ex Plutarcho. Carolus Neapolitanorum Rex enormi & rubente naso fuit; sæuus, inexorabilis, inimicorum cæde gaudens, inexercenda inhumanitate perucicax, supplicibus numquam parcens: Manfredi Regi ad Beneuentum interfecto sepulcrum denegauit, Gorradinum & Austriæ Regulum in foro securi percussit. Cæsar Borgia Dux Valentinus faciē atro rubore perfusam, & tuberculis, qui saniem leniter expuerent, redundantem habuit: sanguinario fuit ingenio, immaniq; sæuitia veteres tyrannosæquasse censeri potest. Libenter noctu vagabatur per vrbes, quum numquam interdium videretur, ne deformis & truculenta facies spectabatur. Rubendi & prope temulenta facie tru-

culentus fuit Georgius Fronipergius Sueuus,  
strenuæ etiam crudelitatis & feritatis.

*Pilosa genæ*

Pilosas genas habentes ego stupidos & ferales iudicâre, cum in facie genæ tantummodo semper glabræ sint: & ferinum est, faciem & genas pilosas habere: & lûs præ cæteris genas crassas densisq; pilis hispidas habet; & huiusmodi moribus præditos quamplurimos amicos habui, pilosas genas habentes. Cicero exprobrat Pisoni morum fœditatem, quod pilosas genas haberet. Inquit enim; *Non pilosa genæ deceperunt me, nec vultus totus.* vnde stupiditatem tarditatemque linguæ coniectabat, & lutulentos mores.

*Genarum & faciei contractiones in tristi facie.*

Faciei & genarum contractiones in tristi vultu apparentes, stultum hominem demonstrant. Polemon & Adamantius.

*Genarum & faciei contractiones in hilari facie.*

Genarum & faciei contractiones, si hilari vultu apparent, certissimus erunt adulterii index. Idemque in idea cynædi, illi genarum contractiones tribuerunt.

*De facie pulcris, deformibusq;* CAP. 13.

PERFERAM agere merito videremur, si priusquam sermoni faciei finem imponeremus non discuteremus, an facie pulcri, pulcro animo;

nimo; & deformes, animo sint deformes, vel quid boni vel mali portendant. Etsi vèro ex particularibus partium signis id iam ante ostendimus; nunc tamen ex partibus simul compositum integrum ostendamus, quæ pulchritudinè faciunt. Vetus est omnibus Physiognomonicæ rei scriptoribus comprobatum axioma, quod conueniens dispositio membrorum corporis, bonorum morum conuenientiâ demonstrat: & vulgo etiam iactari solet, quod mōstrum in corpore, monstrum sit in anima. Sed videamus primo, quid pulchritudo sit: à multis multæ allatæ sunt descriptiones, quæ ad nostrū propositū faciunt, quas colligemus. Pulchritudo est mēbrorum corporis optime commensurata dispositio: & corporis forma animæ typus est. Pulchritudinè Dei donum dicunt, vt qui maxime illam possideant, maxime illius fauorem possidere dicantur. Apuleius pulchritudini tantum tribuit, vt pueros ad diuinationè eligendos, corpore decoros & integros iubeat, vt in eis diuina maiestas, quasi bonis ædibus diuerfetur.

*Facie pulcherrimi.*

Sed si nos animum ad historias conuertimus, viros mulieresque multas reperiemus, eximia & excellenti forma præditas, quæ, etsi claro animo, & variis virtutibus decoratæ fuerint, plerumque tamen maxima cum his vitia commista habuisse, vt videatur natura in eorum forma-



tione, in tam immensa pulchritudine mensuras & proportiones confregisse, ita eorum animos etiam ad vitia procliuēs conformasse, vt optime illud Socratis quadret: *In aurea vagina plumbicis ensis.* Alcibiadis pulchritudo quanta fuerit à probatissimis scriptoribus depicta, nemo est qui ignoret. illud dicere audet Plutarchus, sua tempestate omnibus Atheniensibus oris dignitate & totius corporis forma vnum Alcibiadem præstitisse: idque præcipue largita est ei natura, quod non modo in pueritia, aut adolescentia, sed omni ætatis gradu maximum semper decorem & oris venustatem prætulit. Erat natura gloriæ maxime cupidus, vt in vita nil expetendum esse diceret, nisi dominatu summo cæteris mortalibus antecellere. In eloquentia & philosophia, & belli peritia nemini secundus, & magnificus; fuit etiam audax, & ferox, quieti & otio infestus, contentionisque supra modum amator, & vt Thucydides dixit, ad incontinentiam & luxuriam, & in ea, quæ voluptatem pariunt, maxime procliuis, vt tandem de occupanda suæ patriæ libertate cogitârît. Fuit Demetrius forma & pulchritudine oris adeo egregia, adeo præstanti, vt pictorum aut sculptorum nemo similem vmquam potuisset effingere, vt gratiam simul & terrorem, tum grauitatem & mansuetudinem præferre videretur. Concorrebat simul admirabilis splendor, regia quadam

quadam dignitate coniunctus, vt natus videretur ad stuporem simul, & gratiam hominum concitandam. Erat in agendo bello dux egregius & præclarus, erat per ocium omnium regum iucundissimus; cum vero res gerendæ erant, studio, diligentia, ingeniique magnitudine cunctos alios superabat: erat summe clemens iustus, pius, & liberalis, sed voluptatibus & delitiis ita deditus, vt omnium regum incontinentissimus esset habitus. Nunc circa potus & conuiuia, nunc circa amores, & omnis generis voluptates maxima cum impudentia versabatur, multa que alia in honesta, quæ sine ignominia narrari non possunt, perpetrabat. Alexander Priami filius candidus fuit, longus, & pulcherrimis oculis, capillo flauo & molli, ore venusto, & voce suauis, si Dareti credimus; fuit & claro animo, imperii cupidus, sed neque bellator, neque fidelis. Lucianus pseudomantem ita depingit: Corpore & aspectu decoro, planeque specie diuina quadem, ac maiestatis plena, colore candido, barba non admndū hirsuta; oculi ei erant vehementer acres, ac versatiles, tum diuinum quiddam relucens; vox dulcissima, pariterque clarissima; in summa, quo ad has res, nulla ex parte poterat improbari figura. Cæterum eiusmodi mēs atque animus (ô auerlor tristiū Iupiter!) hostibus potius contingat, quam cum eiusmodi quopiam habere commercium. siquidem

ingenio, solertia, acumine longe præstabat cæteris mortalibus; tum curiositas, docilitas, memoria, & ad disciplinas ingenii felicitas, supra quam credi possit, suppetebat; quibus tamen pessimam in partem utebatur. Ismaël Sophus Perfarū Rex, pulcherrima fuit corporis forma, vultu roseo, vegetis & micantibus oculis, barbæ capillo flauo, læto serenoque vultu, mediocribus auribus; benignus erat naturâ cunctis, liberalis, fortissimus bello, magnanimus: sed ambitiosus, in Venerem pronus, ardens in crudelitate, sed ad breuissimum temporis momentum. In mulieribus fuit etiam eximia pulchritudo, sed raro sine ingenti superbia & inhonestate. Helena capillo fuit flauo, oculis magnis, ore pusillo, facie pura, cruribus optimis, bene figurata, & tota formosissima, fuit & animo simplici & blando, ac male suo viro fidelis. Lais & Faustina pulcherrimę fuere, sed vtraque impudicissima. Multa sunt horum apud clarissimos auctores exempla, quę vt proluxa & superuacanea, minus duximus hęc recensenda.

*Pulcri facie.*

Est & alia formę elegancia, quę non pulchritudo, sed formę concinnitas, & optima congruarum partium adaptatio dicitur; quę morum & bonarum animę qualitatum signa præbet; & si non verè explet, allicit tamen ad se

ad se oculos, moraturque eos spectando. Hęc pulchritudo secum virtutes omnes affert, & vitia fugat. Achilles ore fuit venusto, largus, dapfiliis, & clemens, & in armis acerrimus. Patroclus pulchro fuit corpore & erecto, fortis, & prudens. Priamus Troianorum Rex vultu pulchro fuit, & virtute refertus, Troilus pulcherrimus, & fortissimus, & virtutum cupidus. Hecuba pulchra, mente virili, iusta, & pia. Andromacha oculis claris, candida, longa, formosa; & fuit modesta, sapiens, blanda, & pudica. Polyxena candida fuit, facie formosa, oculis venustis, capillis longis & flauis, dignis composita membris, digitis prolixis, cruribus rectis, pedibus optimis, quę forma sua omnes superabat; animo simplici, larga, & dapfiliis, & vitę cõtemptrix, si Dareti Phrygio credimus. Venustę formę Pythagoram fuisse narrat Diogenes, adeo vt illū discipuli opinarentur Apollinem, qui ex Hyperboreis venisset. Hic Italicę philosophię princeps extitit, & scientiarum non solum professor, sed multarum inuentor. Cyrus fuit corporis forma pulcherrimus, disciplinę & honoris maxime studiosus: quapropter laborem omnem, & omne periculum laudis gratia perferebat: de cuius virtutibus & bellicis laudibus Xenophontis extant Commentaria. Darium cunctos specie superasse, memorię proditum est à Plutarcho, vt cum ex forma Alexander longe cognouerit in.

prælio: fuit animi & corporis dotibus maximis præditus. Euagoras honesta fuit facie, animo fortis, magnanimus, temperatus, sapiens, & iustus; & hæc omnia cum excellentia habuit, ut dicerent homines illum non mortalem, sed dæmona quendam extitisse. Fuit & Democles adeo egregia forma & præstanti, ut à pulcritudine sua pulcer Democles ab omnibus diceretur. Summæ fuit pudicitia, elatique animi; qui ut se à Demetrii iniuriis & violentia liberaret, cum nudus in balneo comprehensus esset, sublato tegmine lebetis, in feruentem aquam se coniecit. Regi Ptolemæo gratissimum fuisse adolescentem Galetem, nomine, scribunt: erat is forma speciosus decensque cum primis, sed animi proposito ac sensu speciosior. Ptolemæus illius admiratus probitatem, dicebat subinde: *ô amicum caput: ex te quidem nullum malum, sed bona multis & multa conciliasti.* Scipio Africanus eximiâ formam præferebat, & omni amplo dignam imperio; sed animi bonis omnibus anteibat, facundia scilicet, benignitate, magnificentia, & continentia; liberalibus fuit artibus maxime eruditus, summus & præstans belli dux, ut non solum ætatis suæ, quæ bellacissimorum virorum ferax fuit, sed superiorum temporum imperatoribus par extiterit; in pugna strenuus, post victoriâ clemens. Augustus eximia fuit forma, & per omnes ætatis gradus venustissima; eloquentia, liberalibus studiis, bellan-

bellandi peritia excelluit, seuerus, liberalis, & paci cultor fuit, ut inter Cæsares solus sit habitus felicissimus. Publius Sirus, Macrobio auctore, tum decoré formæ, tum salibus & ingenio in scribendis Mimis magno pretio habitus est. Et Lucretia Romana pulcherrima fuit, & casta. Galeacius Vicecomes secundus, ut decore formæ mortales cunctos suæ ætatis antecessit; ita etiam virtute, magnificentia, & insignibus operibus. Gymnasium & bibliothecam erexit, accitis multis disciplinarum professoribus, & nobilissimis codicibus referlit, Celebinus Turcarum imperator formosissimus ac fortissimus fuit, decora quidem fronte & oculis, pacatū etiam animū demonstravit. Ioannes Picus Mirandulus adeo decora fuit facie, & pulcra, ut nil gratiarum formæ deesse videretur, mira fuit altitudine subtilis ingenii, lectissimis moribus, incomparabili facultia doctrinaq; ut omnes eius seculi sapientes in sui admirationē conuerteret, ut merito cognomine *phanix* appellaretur. Præfert tua forma, Illustrissime Princeps, non solum concinnā partium analogiam, sed maiestatem quandam, & regium fulgorem, qui non sine imperio oculos allicit, & ad se rapit; hinc mores tui suavissimi, naturæ facilitas, ingenii perspicacia, animi integritas, & summa magnificentia perspicuitur,

*Deformes facie.*

Introducitur Homerus Therfitē, p̄tensō capite,

deformi vultu, ac nimium breui statura; quem non minus moribus indecoris præditum describit. Scribit enim, sine iudicio & mensura loquutum esse. L. Metellus statura fuit breui, & vultu deformi, vt ridiculus haberetur. Cicero Pisoni vultus deformitatem, & animi sordes obiicit. Sic Sallustius in Catilinæ cadaueroso & deformi vultu impium & atrocem animum, & omniscelere maculatum notat. Sic Apuleius sui aduersarii vultus deformitatem, & morum dehonestamenta inculcat. Xenocrates aspectu fuit tetro & inuenusto, ita vt sacrificatum Gratiis sapius adduceretur: fuit & ingenio hebeti actardo, vt se calcaribus egere dixerit.

*De faciei & corporis colore, C A P. I 4.*

**E**T si tractatio de carnis colore ad totum corpus referri debet, sed quia non nisi faciei & manuum color aspectui expositus est; ideo post faciem de totius corporis colore referemus: & quod superius de pilorum & capillorum coloribus diximus, hic denuo obseruandum præcipimus, quod prognosticatio de complexione ex coloribus carnis non nisi in temperato hoc nostro climate locum habet, non autem in Æthiopia, vel Illyria.

*Valde niger color.*

Valde nigri, timidi sunt, & referuntur ad Ægyptios, & Æthiopas. Aristoteles in Physiognomoni-

monicis. Niger color meticulosæ dolosæque mentis indicium. Polemon & Adamantius, & in figura timidi, vterque nigricolorem facit, sed Polemon *μείλαν, ἢ ἀχρῶν*, id est, colore nigro, vel pallido; Adamantius vero *μελαρόχρῶσι*, id est, nigri coloris. Aristoteles in figura amari, nigrum ei colorem tribuit. Albertus: Niger color versutum, timidum & furem ostendit, vt sunt qui habitant in primo climate. Æthiopum vero nigritiem, exustioni & superficiali calori, qui non in corde residet, sed in extremis supernatat, Alexander putat adscribendam: cui rei argumento illud est, quod populi ii cū æstuosissima loca incolant, timidi tamen sunt ac effeminati; Scythæ vero, qui in gelidissima sunt regione, albi, & animosi, quibus in corde ac iecore naturalis calor nidulatur, nec ad extima se magnopere diffundit, quæ admodum indicio est cutis candor. Si Auicennam audimus, ait: Fuscus obscurus calor, cholæræ nigræ dominium in corpore arguit; & melancholicorum comes timiditas est. Zeno Citieus nigra fuit cute, Diogene referente. Ludouicum Stortiam à fuscedine oris, *Morum*, id est, Maurum vocitatum ferunt. subtili astu & multo simulationis artificio propria vota contègere, & dissimulanter mentiri, fallere ex commodo, atque supplantare simpliciores homines ex officio non ignari principis esse putabat.

*Valde albus color.*

Qui valde albi, timidi sunt, & ad mulieres referuntur. Aristoteles in Physiognomicis, Purus color in homine excedens, demonstrat feminatum. Polemon & Adamantius. Præterea Aristot. in figura luxuriosū, albi coloris sit oportet, inquit. & libro De historia animalium ait, viros albos multi feminis esse, quia multum humidi sunt; & albas mulieres libidinosas esse. est enim albedo nota humiditatis, à qua fit semen. Polemon in eadem figura ex Aristotele huiusmodi colorem libidinis esse notam asseuerat. Aristoteles in figura misericordis, albi colorem facit. Auicēna ad naturales causas reducit: Cādor ebrii similis phlegmaticos ostendit, quorū peculiaris affectio timiditas est & mollities. Hippocrates in libro De structura ait: Pituitosi inertes & frigidi sunt. Sed Scotus albos ignaros dicit; ignauos puto dicere voluisse. Suetonius Cæsarem album fuisse dixit, & maxime luxuriosum; sic etiam Tiberiū Cæsare. Hic enim Spinthrias excogitauit, & puellulos fellatores, qui etiam dum sacrificaret, ministrum acerrā proferentem, eiusque fratrem tibicinem cōstuprauit, & multa alia flagitiose perpetravit, quæ à Suetonio aliisque referuntur. Polyxena candida fuit, & animo simplici.

*Squallidus color.*

Color autem, qui ad fortitudinem confert, medium

medium horum opus est. Aristoteles in Physiognomicis. Sed qualis hic color fuerit, non explicauit. Verum enimvero si audacia & timor extrema sunt (vt in Ethicis habetur) albus vero & niger timorē indicant, quomodo mediū inter hos color ad fortitudinem facit? Sed mihi videtur, quod mediū color maxime ab extremis, albo & nigro, recedat, qui cōueniunt timori, qui extremum est fortitudinis; recedat vero à fortitudinis extremo, & accedat ad medium, in quo fortitudo consistit. Hunc medium colorem ego dixerim *fuscum* siue *squallidum*, quod ab Aristotele accēpimus, qui in figura fortis viri tribuit ei colorem squallidiorē, *αὐχμηρότερον*. Polemon & Adamantius hunc colorem acutiorē dicunt. Albertus hunc colorem male explicans, ait: Color albus rubens fortes & animosos ostendit, vt sunt qui habitant in sexto climate. Sed candidus color alius est, vt dicemus. Auicenna: Brunus color significat caliditatem. Augustus colore fuit inter aquilinum & cādidum medio. Sed quis sit aquilinus color, cum de oculorū coloribus tractabimus, affatim declarabimus. fuit enim is Cæsar & fortis, & magnanimus. Celebinus Turcarum imperator candido ore fuit, in quo modice diffusus pallor erat; qui animi magnitudine, & bellica virtute valde excelluit.

*Pallidus color.*

Qui vero pallidi, & colore turbati, vt ait Arist.

in Physiogn. timidi sunt, & ad passionem referuntur quæ fit in timore. Si ad aliquod animal referendum esset, ego ad chamæleonta referre. pallidi enim est coloris, & turbati, & omnium animalium timidissimus, Plinius: Nullum animal pauidius existimatur, & ideo versicoloris est mutationis. Causam ex Aristotele petemus: Chamæleon omnium maxime inopia sanguinis rigit: causa ad mores animæ eius referenda est. præ nimio namque metu multiformis efficitur. Metus enim refrigeratio per inopiam sanguinis colorisque est. Alexander Aphrodiseus causam reddit, cur qui metuunt, pallidi efficiantur. ait enim: Sanguis in timore continuo fugit, & se ad loca penitiora confert custodia gratia, cuius orbitate pallefcit facies. ipse enim est, qui floré corpori largiri potest. In figura amari, Polemon pallidum, Adamantius subpallidum colorem tribuunt. Medici pallidum colorem phlegma arguere dicunt, & melancholiam, ex quibus fit timor. Solet & pallor amorem arguere. Ouidius:

*Palleat omnis amans; color hic est aptus amanti.*

Erasistratus Medicus ex immodico pallore amorem deprehendit inclusum Antiochi medullis, cui ægritudine amatoria in lecto decumbenti, post ruboré ingens pallor in corpore diffundebatur. Pandeus ex nimio pallore Psyche ardenti amore flagrare cognouit, & lenientibus

verbis

verbis permulcebat, apud Apuleium. Color Græcis, *ὀχρῆς*, & *ἐνωχρῆς* est.

*Subliuidus color.*

Ad Alexandrum scribens Aristoteles, ait: Cæue ab homine liuido flauo; quoniam deditus est ad vitia, & luxuriam. Polemon, & Adamantius hunc colorem *ὀπρόχλωρον* videtur nominare, quasi *subflauum*. Inquiunt enim: Subflauus color nisi ex aliqua ægritudine is fuerit, pauidæ admodum & peruersæ naturæ indicia ostendit. Iidemque in figura fatui improbi, significantes peruersam eius naturam, huiusmodi coloris meminere. Sed oriri posset difficultas ex nominis *χλωρῆς* significatione, cum apud Græcos *χλωρὸν* viride significet, & nulla facies hominibus viridis sit, sed flaua, vel pallida aut liuida, vt nos vertimus. Sed *χλωρὸν* non semper viride significat, sed ex flauo virefcens, & ex viridi flauescens. est enim is color, vt Aristoteles libro De coloribus dicit, qui in maturis segetibus, vel sterili loco natis visitur, cum post viriditatem flauescant. Potest & chloron significare pallidum, vt Galenus apud Hippocratem libro De ratione victus accepit, dicēs eum colorem fieri ex flaua bili, cum aquoso excremento permista; quæ mistio non viridem colorem, sed ex flauo & nigro mistum designat, & apud eundem Prognosticorum i. chloron declarat, non viride, sed flauum significare. Idem comprobat Cornelius Celsus, eadē verba. Hip-

pocratis interpretatus, qui flauum, non viridem interpretatur. Et Dioscorides optimum myrrhæ colorem describens, *ὀψόχλωρος* vocat, id est, subflauum, non subviridem, cum laudatissimæ myrrhæ color nō sit subviridis. Facit ad rem nostram Fauorinus, qui docet, eosdem esse *χλωρός*, qui *ὀψός*, id est, pallidi; & dictionem *ὀψός*, ex dictione *χλωρός* deduci, transposita litera *ω*, & sublata *λ*. Libuit id admonuisse, ne istius dictionis ignoracione in prognosticādo falleremur, cum multos & doctissimos interpretes in eisdem alucinatos videamus. Ad rem ergo vt redeamus, Loxus ait, numquam se vidisse pallidū, qui non esset dolosus & malignus. Pallidus, siue liuidus color, omnium consensu inuidiæ nota est. Extat ad id Martialis epigramma:

*Omnibus inuideas liuide, nemo tibi.*

Inuidi enim pallentes, siue subcrocei, à passionis nota in animo inuidiæ notam demonstrant. Ouidius de Inuidiæ simulacro:

*Pallor in ore sedet.*

Auicenna: Plumbeus color frigiditatem, & humiditatem significat, cum pauca melancholia. Quando est albedo cum viriditate, albedo phlegma, viriditas sanguinem arguit, qui niger est, commistus phlegmati fit viridis, & eburneus, vnde significat phlegma, cum cholera rubra. Liuiditas & flauedo, signum est diminutæ conco-

ctationis

ctationis; ob id homo liuidus & flauus est deditus vitijs, & immoderatus circa res gratas. Albertus: Vehementer albus cum pallore, defectum virtutis & victoriam phlegmaris notat. Plinius ex Aristotele, plumbeum colorem brevis vitæ signum dicit. Plutarchus in Cæsaris vita ait: Cum Cæsar habuisset Brutum suspectum, ad amicos dixisse: Quid vobis videtur Cassius? mihi quidem non admodum probatur; nimis enim pallet. Iterumq; delatis apud eum Antonio & Dolabella, quasi res nouas machinarentur, dixisse fertur, se sibi haud magnopere à crassis istis crinitisque metuere, sed à pallidis istis atque macilentis, Cassium & Brutum notans. C. Caligula colore fuit pallido; & fuit maxime timidus, & peruersæ naturæ. vnde nefaria eius consilia, malignitates & inuidiam notarunt historici (cum nobilissimo cuique veterum familiarum insignia ademerit) ceterasque inuidiæ notas, quas demonstrauit. Hunc colorem Pisoni Cicero obiicit, seruilem vocans, & peruersæ naturæ notam. Sallustius Catilinam ex sanguine colore fuisse dicit; qui ingenio tam peruerso fuit, vt intestina bella excitarit, cædibus, rapinis omnia miscuerit. Nam & patriæ excidium afferre cogitauit, & reliquis vitijs omnibus se inquinauit, libidine, avaritiâ, alienorum appetens, suorum vero prodigus. Attila in humano luridoq; pallore fuit, funesti sui seculi dira clades, vrbium terrarumq;

portentuosus euastator, qui superbo & terrifico nomine, Dei flagellum appellari voluit, scilicet vt totius humani generis odium ab se in iratum Dei nomen auerteret, quasi non alio lictore opus foret quam ipso Artila, qui virgas, secures, & ignes validius exercere potuisset. Atroci pallore vipereisq; oculis Actiolinns Patauorum tyrannus fuit, humani generis portentum, horribilis sui seculi pestis, animi sæuitia Phalari, Dionysio atque Neroni antefendus; ingenio impense impio, & numquã cædibus saturato; non tortorum, non carnificum manus, infèrendis cruciatibus, expediendisque laqueis & securibus sufficiebant; viui homines in frustra lanionũ cultris secabantur, alii ad palos deligati voraci flamma torrebantur, alii per articulos momentaque temporis ad longos cruciatus seruabantur. Sic nusquam remissa atrocis animi sæuitia; sed rediuiua feritate debacchatus, supra triginta millia omnis generis, sexus, ætatisque hominum teterrimo supplicio sustulit. Squallido, siue pallido liuidoque fuit colore Mahometes secundus ab expugnato Byzantio Turcarum Imperator, simulator maximus, atrox, immanis & crudelis. Selimus nonus Turcarum imperator Scythilo pallidoque vultu fuisse traditur, spirabatque lethum, nefas, & iram: patrem & fratres sustulit veneno. Franciscus Pactius, qui in Iuliani Medici necem conspirauit, eumque lethali

vulnere

vulnere fauciauit, pallienti fuit ore, & ingenio liuido.

*Mellinus color.*

Qui mellei sunt coloris, frigidos censet Aristoteles in Physiognomonicis. Frigida autem difficulter mobilia sunt: mobilibus autem difficulter existentibus iis quæ iuxta corpus sunt, erunt vtique tardi. Hunc colorem Aristoteles *μελιχλωρον* vocat. Polemon & Adamantius: Mellinus color vocatus, meticulosum, epulonem, iracundum, & nugigerulum hominem demonstrat. Interim corrigatur Polemon, qui pro *μελιχλωρον* habet *μελανίχλωρον*, ex Aristotele & Adamantio.

*Ruffus color.*

Qui corpus ruffo colore asperum habent, perniciosi & variis moribus præditi viri argumenta testantur: Polemon, Sed Adamantius totum corpus dicit; & fraudulentum, non perniciosum dicit, à vulpium fortasse ingenio, quæ ruffi coloris sunt. Iidem in figura impudentis, eiusdem coloris meminere. Albertus: Rubicundus, non claræ rubedinis color, sed spissæ, omni tempore dolis studentem indicat. Æneus ruffo colore erat, & suæ patriæ proditor. Metion ruffus fuit, & vitiosus, pertinax, & crudelis in parentem; vt à Darete Phrygio proditum est.

*Flammeus color.*

Quibus color flammeus est, maniaci sunt;



quia ea quæ sunt in corpore vehementer calefacta, flammeum colorem habent; qui autem extreme calefacti, maniaci utiq; sunt, Aristoteles. Hic color Græcis φλογεῖδις est. polemon & Adamantius: Color flammeus furiosos indicat. Albertus: Ignitus color cum lucentibus oculis, ad insaniam vergentem hominem notat. Calandra ruffa fuit, id est, flammea, & oculis micantibus; & maniaca fuit; quia futurorum præscia.

*Rubens color.*

Quibus color rubet, acuti. Aristoteles. Quoniam quæ secundum corpus sunt calefacta, erubescunt; quod signum est caliditatis, & subtilitatis spirituum. Galenus libro De arte medicinali, Signum calidæ temperaturæ rubeum colorem dicit. Auicenna: Rubens color multum sanguinem denotat, & caliditatem.

*Candiruber color.*

Color candiruber bonam indolem notat, quando in læui corpore hic color inest, Aristoteles. Diximus rubrum colorem calidam & sanguineam complexionem demonstrare; album vero frigidam & phlegmaticam; mistum ex utroque colorem, optimam temperaturam. Galenus in Arte medicinali affirmat, Signum optimæ temperaturæ, id est, calidæ & humidæ, esse colorem commistum ex albo & rubro, & ab-

eo Auicenna. Idemque Aristoteles in idea ingeniosi monstrat candirubrum colorem optimum ingenium denotare. Polemon, & Adamantius: Color modice ad ruborem vergens, egregiam ingenii nobilitatem, in disciplinis capeffendis promptitudinem, acremque virum diiudicant. Idemque in figura ingeniosi, colorem candidum subrubrum, λευκὸν ὑπὲρ rubrum commendarunt. Albertus: Color medius inter album & rubrum, declinans ad brunum, si est clarus, boni ingenii & bonorum index. Alexander Magnus colore erat candido, sed candori rubor mistus vultum & pectus occupabat; cumque Apelles fulmen eum gestantem depinxisset, facie sordidum & fuscum pinxisse narrat: siquidem eius colorem non est imitatus. Unde eius modestia, ad corporis voluptatem continentia, grauitas, animique magnitudo, optimæ temperaturæ signum erat. Erat enim tanta sudoris fragrantia (vt in Aristoxeni Commentariis legit Plurarchus) vt interiores tunicæ mirabili fragrantia complerentur. Cuius rei causa erat corporis temperies, innato calore feruentis. Roseo illustrique vultu fuit Totilas; maximusque in eo vigor animi, robur, pudor & pietas. Galeacius Vicecomes primus roseo & corusco ore spectabilis fuit, & staturæ dignitate, facundia, liberalitate, vitæque splendore suæ ætatis principum famam

obscuravit; dux bello strenuus & fortunatus habitus. Roseo etiam colore Carolus Aurelianus Francisci Regis filius fuit, qui item liberalitatis, splendoris & bellicæ virtutis specimen retulit. Tui corporis color, amplissime Cardinalis, candidus est, & candori mistus rubor; vnde etiam Alexandri Magni non imitandam animi magnitudinem, morum præstantiam, & grauitatem, ad voluptates continentiam, facile quis coniciet.

*De labiis, CAP. 15.*


**L**ABIA mox a naso incipiunt, vt Aristoteles Animalium libro habet, & sunt caro permobilis, in extremitatibus superioris & inferioris mandibulæ. Constant tenui & molli carne, oris, & dentium ceu æditui habentur. Auicenna: Labia ostii vice adiuncta ori. Ob id prius de labiis agemus.

*Crassa labia.*

Labia grossa stultum demonstrant, Aristoteles ad Alexandrum. Polemon in fine libri: Magna labia insipientes ostendunt. Conciliator: Qui magna labia habet, stultus & hebes est. Ex huiusmodi labiis Labeones, & Labrones, & Chiloni dicti fuerunt.

*Asini*

*Asini crassum labrum inferiori superimpendens hic spectandum apposuimus, vt neminem hominis labrum ad eius similitudinem delineatum lateat: simia vero cum humano require fol. 138.*



*Crassa labia, vbi superius ultra inferius eminent.*

Quibus labia superius crassa sunt, & superius ultra inferius eminent, stulti iudicantur, à simili asinorum & simiarum specie. Asinis enim & simiis labra superiora magis eminentia sunt. Et in hoc à leonibus differunt, quia his gracilia sunt. Polemon in figura iniuriosi. Cui vero inferius labrum superiori prominet, fatuus, suspensi iudicii, imbecillis, & flagitiosus habetur, & ad asinorum naturam refertur. Et in fine libri: Quibus inferius labrum superiore maius fuerit, timidos censebis. Vnde textus hi omnes corrigendi.

*Vi humani oris cum leonino similitudinem, praesertim quoad labrorum exilitatem, exactius contempleris, utriusque iconem hic denovo proposuimus: Molossi vero canis labra ad eum quoque modum confirmata, quare fol. 125.*



*Exilia labia in ore magno, ut superiora inferioribus super ponantur, eademque iuxta angulos laxa.*

Labia tenuia in ore magno, ita ut partes superiores inferioribus superiniectæ sint, eademque laxa iuxta labiorum angulos, animi magnitudinem & fortitudinem significant; cum in leonibus eiusmodi habeantur; Aristoteles. Idem etiam utique quis in magnis & robustis canibus spectabit. Polemon, Labia mollia, ut inferiora superioribus subdantur, magnanimitatem & virilitatem notant: nam huiusmodi labia in leonibus

nibus videre est. Adamantius aliter, & melius: Labia in ore maiori tenuia, iuxta angulos relaxata, ut inferioribus adijciantur superiora, magnanimitatem & fortitudinem significabunt: leonina enim hæc sunt. cuius textus ex Aristotele corrigendus, nam συχελιαί, non ἀχελιαί legendum; sunt enim labiorum anguli χαλαροί, non χῆρα. Conciliator eadem ex Alberto. Sed ad exempla fortitudinis etiam canis adducitur, non vulgaris, sed venaticus, vel mastin<sup>9</sup>. Canes à Caribus Marti immolari, Apollodorus & alii scripsere, Arnobio referente, propter eius animalis audaciam. Lacedæmonii eos Marti Euyalo mactabant, ut Pausanias in Laconicis meminit, Lacones enim ephæbos, scribit, cum pugnam essent inituri, Marti canem immolasse, Deo scilicet validissimo victimam validissimam inter cures dicere se arbitantes,

*Hic denno æluri, & hominis figura exhibetur, ut exilia labia in paruo ore contempleris.*



*Exilia labia in ore paruo.*

Si autem in paruo ore gracilia labia extiterint, timiditatem, impotētiam, & dolos demonstrabunt. Adamantius dicit, Impotentem & valde dolosum: nisi corrigendus sit Polemonis textus: nam vbi *δειδός*, ex Adamantio *δειδός* reponendum. Ego ad æluros referrem, quibus exilia labia in paruo ore sunt, & timide sunt, & impotentes, & dolosæ. vel ad mulieres.

*Suillus*

*Suillus & humanus vultus ad amussim delineatus conspicitur, ut gracilia labia ad caninos dentes tumentia camonstret.*




*Gracilia labia, dura, iuxta caninos dentes tumentia.*

Quibus labia gracilia, dura, & iuxta caninos dentes tumentia, ignobiles sunt, & ad fues referuntur. Vbi Aristotelicus Græcus textus corrigendus est, nam pro *αἰσθητός*, habet *εὐσθητός*, contrariū Sueffanus, vt Aristotelis textum accommodaret, magis eum corrumpit. nam non *ignobiles*, sed *multigenos* vertit, vt fues. Conciliator eadem.

O 3

*Tumens gingiua in superiori labio, in canino rictu, eademq̄ in humano præsentiane proponitur.*



*Labia suprema, & gingiua prominentes.*

Qui superius labrum, gingiuasque prominentes habent, ad conuicia & maledicendum proni sunt, & referuntur ad Canes. Aristoteles. Idemq; in figura iniuriosi, superius labrum sublimè tribuit. Ab eo Polemon & Adamantius: Quibus canini dentes labia attollunt, pessimum morum sunt, iniurii, ad clamatores, & mordaces, & canes ut ore, sic ingenio referunt. A quo etiam Polemon in eadem figura tribuit ei superius labrum sublimè. Vnde male putat Genserius Polemonis & Adamantij dicta Aristotelico signo referri. Corrigendus est Polemonis textus: nam ubi Aristoteles in figura iniuriosilabiorum meminit, infert, *παρρησιότητι δὲ καὶ ὑπερηφανίᾳ*. id est,

est, *aspectu temerario*: sed Polemon, *παρρησιότητι καὶ ὑπερηφανίᾳ* id est, *inf. rius propendentia*, satis, ut mihi videtur, peruerse. nam iniurioso potius præceps vultus conuenit, quam superius labrum inferiori propendens, quippe qui moribus eius multo aptus est: & canes, quibus Aristoteles confert huiuscemodi labia nō habent. Gracilia labia superius aliquantulum eleuata, verbosum, accusatorem, & inuidum testantur. Phocylides Poëta mulieres, alias ex aliis animalibus, natas fingit, pro ingeniorum diuersitate; & inter ceteras ex cane natam, difficilis & asperi ingenii mulierem dixit,

*Prominens superius labrum.*

Quibus inferiori labio superius labrum superaducitur, prudentiores sunt. Adamantius; in Polemone deest. Si ad feras referre licet, ego ad alcem referrem, Solinus ex Plinio de huiuscemodi fera: Alces adeo propenso labro superiore sunt, ut nisi recedens in posteriora vestigia, pasci non queat. Pausanias sagacissimum animal esse dicit, & hominis odore per longinquū interuallum percepto, in foueas & profundissimos specus sese abdere. Æsopus tumentis & prominulo labro fuisse scribitur, qui prudentia multos mortales antecelluit.

*Prominens inferius labrum.*

Quibus inferius labrum magis prominebit, non fere malum; quamquā plerumq; vanitates

& crassas cogitationes significabit. Polemon, & Adamantius, Inferius labrum foris excedens nō animi malitiam, sed impudentiam (ego *imprudētiā*) & simplicitatem denotat, Albertus. sed ex Loxo infert, tale labrum in paruo ore, laudis & honoris studium significare.

*Tumentia labia ad incisorios dentes.*

In fine libri, Polemon, etsi mendosus sit textus, dicit: Labia ad incisorios dentes tumentia, cinædos ostendunt.

*Tumentia labia inferiora ad caninos dentes.*

Tumens labium inferius ad caninos dentes, veneno plenos ostendit: Polemon eodem loco. fortasse quod in viperis aliisque serpentibus hoc ita se habeat.

*Labia vultum deformantia.*

Non omittendum duximus, quod Albertus ex Loxo adducit: Cuius labia truces vultus exagitant, insaniam & stultitiam indicabunt. quod ego in plerisque animaduerti.

*Labia inferiora pendētia.*

Labia cum soluta ab ore pendēnt, ex humore superabundanti in ordinato euenire, & inertiam significare, Albertus asseuerat. hæc enim in bobus, asinis, & senescentibus equis videre licet.


*Labia pilosa.*

Labia pilosa luxurioso tribuit Polemon: sed Aristoteles in eadem figura non *labia*, sed *pilosus* dicit.

*De ore, CAP. 16.*

**O**S ab Aristotele Animalium libro intra maxillas & labia describitur, cuius partes sunt palatum, & fauces. Apuleius ait os esse animi vestibulum, orationis ianuam, & cogitationis comitium.

*Ad virile os magnum demonstrandum, leonis figuram & humanam hic denno duximus repetendam, ne quid exemplo eguisse videretur.*



*Magnum os.*

Quilatum os habet, est bellicosus & audax. Aristoteles ad Alexandrum. Sed Polemon & Adamantius: Magnum os viros decet. quasi viriles ostendat. Albertus: Magnum os viris & virilibus feminis conuenit.

*Paruum os.*

Puillum os effeminatum ostendit; Polemon & Adamantius, quod tale feminas deceat. Albertus tam feminis quam effeminatis viris tribuit. Helenā puillo ore fuisse, memorat Dares Phrygius.

*Paruum os exterius protensum.*

Os paruum prominens, infidiarum & reprobis nota; Polemon & Adamantius. ego ad vulpes & serpentes referrem.

*Exsertum os.*

Exsertum os siue prominens, dementiam, stultiloquium, & aduentiam notat, Adamantius. Sed textus Polemonis hiulus est, & non admitendus. Albertus: Nimia prominentia stultitiam, loquacitatem, & audaciam ostendit. Viso exsertum est & oblongum os, ex Oppiano, instar ferme suilli, labia crassa; ob id dentibus retia non lacerat, ex Plutarcho. ferocis, dementis & voracis naturæ est. Ouidius:

*Quid nisi pondus iners, stolidæque ferocia mentis?*

*Crassum*

*Crassum & protensum suillum os effinximus, ut humanum similiter efformatum oculis subiceretur.*



*Valde exsertum os, & labia crassa & rotunda.*

Quibus os protenditur, labiaq; sunt præpinguidiora, rotunda, & extrinsecus inuersa, moribus & operibus sunt suilli; Polemon & Adamantius. Ab his Albertus: Protensum os, rotundum, retortum in crassis labiis, ac si repandum sit, immundum, voracem, stultum, & forte epilepticum futurum demonstrat.

*Humile os.*

Humile os timiditatis & mutabilitatis est signum, Adamantius. Sed hic Polemonis textus lacunosus est, & ex Adamantio restituendus.

*Medium inter exsertum & humile os.*

Obid neq; exsertum, neq; depressum laudat.

Adamantius. innuens laudabile esse, quod neq; exsertum, depressumq; fuerit. Albertus: Optima oris forma, quæ non nimis humilis: Oris enim & labiorum humilitas, timidorum est & malignorum.

*Arietis os diductum, & humanum adduximus, quum que magis huc quadraret, statuere certo nequissimus.*



*Os valde dissectum,*

Vasta oris dissectio, stolidissimi, crudi, & impii hominis notas præbet. Talia namque sunt arietum ora. Polemon. Manducones Adamantius, & insipientes dicit, & ad canes refert. Albertus: Cum os ultra modum dilatatur, ut diductum & rescissum videatur, imitem, impium, bellicosum, & voracem notat. Sed à Polemone marinis beluis, & monstris eiusmodi os assignatur.

tur. Polemon & Adamantius in figura fatui improbi, tribuunt ei os garrulum, & apertum, ut bifida facies videatur. Ego potius ad lupos quam ad canes referrem. nam os valde dissectum habent, & ingluuies est luporum propria. Sed carniuora animalia amplo sunt rictu oris omnia. Lupus piscis rictu habet os, & gulæ est deditus, ut natura ei tale ad optime vorandum dedisse videatur. Lamia piscis largo est oris hiatu; idemq; est voracissimus, & antropophagus, ut integra mortuorum cadauera voret. ab hac insigni ingluuie ab Oppiano *δυσήχητος χέσματος* dicuntur. Piscatrici ranæ os amplum est & latum, ad ingenium eius moresque peracommodatum; eminentia sub oculis cornicula turbato limo exserit, ut assultantes pisciculos ad se pertrahat, donec tam prope eos allicit ut assilire in ipsos possit. Troglodyticis bouibus (ut qui luporum instar carniuori sunt) omnibus rictus usque ad aures dehiscit, ex Plinio; & Ælianus omne genus animalium ab eis inuadi dixit. Tali ore villicus meus præditus est, & simul stoliditate & canina ingluuie.

*Apertum os.*

Apertum os stultitiæ signum dicerem; & ad apparentem decentiam referrem. Plerique apud nos sunt hianti ore, stantes & incedentes; & insipientes, & stupidi sunt. Aristophanes *χύντες*, id est, ore hiantes, pro stultis accepit.



*Cauum os.*

Cauum os, veluti in fossam, in uidentia, & cele-  
rositatis, & intemperantiæ nota est; Polemon &  
Adamantius. sed prioris textus, ut sæpissime ac-  
cidit, corruptus est. Albertus ex Aristotele (ut  
ipse refert) Cauum os libidosorum est. sed in-  
telligendum est, os cauum esse, si pars illa, quæ  
inter nasum & mentum interiacet, caua sit, cu-  
iusmodi Socrati adscribunt.

*De Dentibus, CAP. 17.*

**D**ENTES, statim cum os aperitur, videntur,  
Plinius, Homini continuati dentes, lati, &  
acuti, & qui eos discriminant, canini. Sunt den-  
tes rari, densi, nonnullis breues, parui, & recto  
ordine dispositi. Dentes, qui vtrimque quaterni  
anteriores existunt, *incisorios*, siue *secantes* voca-  
mus; qui vtrimque duo ab his positi visuntur, *ca-  
mini* dicuntur; *molares* vero ab vtraque parte qui-  
ni in ordinem digeruntur.

*Sinistra*

*Sinistra tabella pars in superiore maxilla dentes raros & in-  
firmos ostendit, in inferiori vero magnos, firmos, & spissos.*

*Rari dentes.*

Facile ex iis vitæ diuturnitatem & breui-  
tatem diiudicare possumus, cum ex cerebro  
ortum habeant. Aristoteles in suis Proble-  
matibus, dentibus vitæ inesse prælagia credidit;  
nam quibus rariores fuerint, haud ita diu viuere  
opinatur. Indicium hoc esse os capitis, cere-  
brum ob id inualidum, quia minus sit respi-  
rationibus opportunum, itaque celeriter pu-  
tret, ut quod sua natura humidum sit. nam &  
cætera quum non mouentur, neque exhalant;  
facile corrumpuntur; quo etiam fit, ut ho-  
mo capite piloso sit maxime, & mas, quam fe-  
mina diutius viuat, futurarum sui capitis bene-  
ficio, ex quo rariores, exigui, & minus fortes

dentes proueniunt; & eo minus virtutis spermaticæ vis, & cerebri robor minuitur, ex quo totius corporis debilitas sequitur, & ob id breuior vita, Plinius ex Aristotele, breuis vitæ raros dentes indices esse dicit. Rhafes: Cuius dentes rari, debilis; & cuius minuti, eius totum corpus est debile. Eadem Conciliator: Cæsar etsi raros habuit dentes, vt Suetonius scribit, erant tamen validi & firmi: fuit enim interemptus anno ætatis suæ L V II. Augustus etiam etsi raros, scabros & exiguos; fortes tamen dentes habuit; & perit anno ætatis suæ L X X V I.

*Magni firmi, & spissi dentes.*

Contra vero ex prædictis, qui magnos, firmos & spissos habuerit, & qui dentium ordine præditus fuerit numerosiore, diuturniores erit vite, virorum exemplo, quibus plures sunt quam feminis; quod ipsum & in cæteris cōspicitur. Scotus: Dentes fortes & spissi hominem longæ vitæ notant, comedonem, audacem & fortem, vt est equus. Herculem fuisse triplici dentium serie loannis Chii proditum monumentis est.

*Continuati dentes.*

Qui continuatos habent dentes non alter morati sunt, quam pecudes, dorcades, & capræ, Plinius. Hyænæ nullis gingiuis, dente continuo. Refert Plutarchus, Pyrrho Epirotæ vnicum os fuisse dentium vice, lineis modo in superficie depictum distinctumque.

*A dextra*

*A dextra vero precedentis tabellæ, in superiore dentium classe caninos dentes longos, exsertosque, in inferiore acutos, & rectos habes.*

*Canini dentes, longi, exserti, & firmi.*

Cuius dentes canini longi, exserti, & firmi; gulosus, insatiabilis, & malus est; Rhafes. Conciliator ab eo: Dentes longi, firmi, ad exterius se porrigentes, gulosos & insatiabiles notant, relatos ad suos & canes. Aristoteles hipotamo, apro, & capro exsertos dentes esse dicit, id est, extra os se porrigentes.

*Longi, acuti, & fortes dentes.*

Cuius dentes acuti, longi, rari, & fortes in opere, significant hominem inuidum, impium, gulosum, audacem, falsum, infidelem, & suspiciosum; Scotus. Ad serpentes ego referrem. Portentosis dentibus fuit Christiernus Daciae Rex, horridaque barba; sed mortalium immanissimus, & nefaria crudelitate infamis.

*Acuti, & recti dentes.*

Omne animal habens acutos & rectos dentes, est magnæ iræ, & carnuiorum, vt leo, canis, & vrsus: contra homo, & equus, Scotus.

*Mixti dentes.*

Mixti dentes, (id est, vbi dentium ordo non seruatur) qui quidem alii stricti, alii lati, quidam rari, alii spissi sunt, demonstrant sagacem hominem, ingeniosum, audacem, inuidum, facile ad vtrumque conuertibilem.

P

**Q**VÆ in ipso ore sunt post dentes, lingua est; ea ad loquelæ usum utimur. vinculum est illi frænum, quod si moderato ordine constitutum fuerit, vniuersæ eius actiones optimæ sunt; cum ipsi facultas intercipitur, eæ facile læduntur. Ipsa lata, angusta, & mediæ magnitudinis est. Silatior est, dum oris meatum plus nimio repletum reddit, tardum ac inarticulatum sermonem causabitur; si angusta, cum non satis dentibus inniti queat, vitiatum proferet eloquium; media eius forma, dictarum passionum expers, optima habetur.

*Blest, balbi, & lingua hesitantes.*

Blestitas est, cum literam quandam exprimere non possumus, eamque non quamlibet, sed certam; Balbuties vero, literam prætermittere, vel syllabam; Hæsitatio, alteram alteri syllabam iungere prope non posse: quæ quidem omnia imbecillitate eueniunt. lingua enim subministrare intelligentiæ non potest. Pueri, ut manibus pedibusque minus valentes, sic linguæ parum compotes sunt, & more brutorum animalium vociferantur; sic senes & vinolenti. Accidit etiam balbuties, cum impetus dicendi præruit anteceditque facultatem eorum, utpote cum animus visa sequatur, cum membra voci accommodata tardiora habeant: sic enim lingua hæsitant, qui melancholico habitu constant; & prope

per imaginationem sequi, non nisi melancholicum est. Potest enim esse, ut calor efficiat ut procaciores sint, utique offendendo adhærent quasi in salebris, quomodo affici iratos homines nouimus, incenduntur enim, incitantur, anhelitum capiunt qui spiritu redundant: igitur præ nimio caloris feruore hæc accidunt. Hæc Aristoteles in Problematis. Neoptolemus fuit blæsus, & magnus bellator, si Dareti credimus. Alcibiades etiam blæsus lingua, & maximis fuit viribus, corporis & animi. Scotus ait: Cuius lingua balbutit, horribilis, iracundus, ab ira conuertibilis. Obid Conciliator: Lingua ante dictionis prolationem, repetens sæpius principium, denotat melancholicum.

*Subtilis lingua.*

Subtilis lingua sagacem hominem, ingeniosum, fallacem, & insidiosum notat, Scotus. Ego ad serpentes referrem.

*Velox lingua.*

Velocis motus lingua, cum repentina verborum corruptione, stultum, impetuolum, & iracundum notat. Conciliator.

*Tarda lingua.*

Lingua immobilis, velut lapis, pigrum notat Conciliator.

*De anhelitu,* CAP. 19.

**D**IXIMVS de ore & eius partibus; nunc de illis quæ ex eo exeunt, scilicet anhelitu, risu, voce,

& loquela : & prius de anhelitu , quia is prior , quam vox . Dicit Auerroes in suis Colliget : Aliqui medici anhelitum facile cordis complexionem indicare posse inquit , sc . calidam , frigidam , humidam & siccam ; & ex cordis complexione fieri alterationem virtutum animæ : nam si excedit in calido , fortitudinem & animositatem promittit ; si in frigido , pusillanimitatem & imbecillitatem ; si vero temperata fuerit , temperatas virtutes .

*Fortis, velox, & spissus anhelitus.*

Anhelitus fortis, velox, & spissus, caloris excessum in cordis complexione ostendit, dummodo viæ per quas egrediuntur, minime angustæ sint, scilicet pectus & pulmo. Hæc enim mēbra, etsi cor caliditate non excedat, pro cordis nimia refrigeratione, viarum angustia, velociori spissiorique anhelitus reciprocatione vtentur. Sed in calida complexione id raro accidit; vnde latas vias habere oportet, scilicet pulmonem & pectus. Polemon & Adamantius. Quando autem quis ex profundo & vehementer respirat, rusticitatem & ebrietatem arguit; ideo multus anhelitus fortem ostendit, Michael Scotus: Animal multi flatus, multæ fortitudinis & potus erit. Albertus: Anhelitus frequens, & velox, & calidus, cordis calorem arguit.

*Fortis, velox, spissus anhelitus, & corpus & pituitus macrum.*

Si cum prædicto anhelitu pectoris & corporis concurrat macies, erit cordis complexio calida & sicca. Iccirco huiusmodi viri iracundi & tarde sedabiles erunt. Iraescuntur enim cito, quia calida cordis complexio; sedantur tarde, quia sicca. Polemon & Adamantius in figura amari, tribuunt ei loquelam & anhelitum vehementem.

*Paruus, rarus, & tardus anhelitus.*

Hæc signa sunt prædictis opposita; vnde signa sunt frigidæ cordis complexionis, & timiditatem arguunt. Polemon in figura timidi, tribuit ei debilem respirationem. Adamantius vero indiscretam, siue tumultuosam, vel raram. Albertus: Contraria prædictis contrariam innuunt significationem, scilicet frigiditatem.

*Paruus, rarus, & tardus anhelitus, & pectus paruum & glabrum.*

Si cum prædicto anhelitu pectoris paruitas & glabrities simul erit, hi erunt in vltima timiditate, & ipsorum iuuentus assimilatur senectuti, & senectus morti.

*Temperatus anhelitus.*

Valde temperatus anhelitus temperatam cordis complexionem innuit, & pectus mediocre inter magnitudinem & paruitatem, & carnem nec macilentam, nec pinguem: isque anhelitus reperitur in his, qui in temperatis clima-

tibus nascuntur. Polemon & Adamantius: Spiritus facilis, legniter, & sine strepitu progredies, bonam hominis mentem ostendit. Vbi notandum in Polemonis textu temporum iniuria literas aliquas excidisse, ait enim *ἰοῦ* Adamantius vero *ἀειοῦ*.

*Anhelitus constans.*

In figura fortis, Polemon & Adamantius tribuunt ei anhelitum constantem.

*Facilis, & sine strepitu spiritus.*

Spiritus ita facilis, vt homini qui halitu caret, similis videatur, cogitationum plenum arguit. Quales autem cogitationes fuerint, ex oculis dices. Semper enim de iis nos cogitamus, ad quæ corporis complexione trahimur; ea vero oculi demonstrant. Vt luxuriosi ad amores, avari ad lucra, studiosi ad scientias. Polemon & Adamantius.

*Anhelitus tamquam cursu defatigati.*

Qui cumque ita anhelant, quemadmodum si qui cursum aliquem confecerunt; consilio carent, & omnia, quæ faciunt, propalant. Polemon & Adamantius.

*Altus, densus, & facilis spiritus.*

Qui alte respirant, & densum anhelitum & agilem simul è naribus efflant, pauori & mœrori dediti sunt; & si alia cum his signis concurrant, effeminati sunt, & cinædi. Idem.

De

*De suspiriis, CAP. 20.*

EST suspiratio anhelationis species. Suspiratio signum semper habetur amoris, vel angoris, scilicet angustiae cordis: qui enim anguntur, animum totum ad rem quæ dolori est, conuertunt. Itaque animus ad id conuersus quo sollicitatur, sui officii obliuiscitur. Cor igitur cum per intentionem pectoris aërem non capiat, quo ventilari refrigerarique possit, ne stranguletur, animam ad desertum officium reuocat, & vt copia frigidi aeris capiat, quod vices minutæ crebreque spirandi essent facturæ, vna ampliori respiratione subministrat.

*Suspiratio.*

Est suspiratio vulgare amoris signum, vt diximus. Nouerca apud Apuleium sui priuigni amore flagrans, legitur inter amoris signa suspirio cruciari. Pan apud eundem Psychem amore captam ex assiduo suspiratu coniicit. Horatius *Amantes languor, & silentium arguit, à latere petitus imo spiritus.*

*Inuitus suspirans & illachrimans, frequentans in te visum, & qui cum eū respicis, terretur & erubescit.*

Cum videris hominem qui frequenter oculos in te defigit, & cum respicis eum, terretur, & ex hoc erubescit, & maxime si inuitus suspirat, & lachrimæ apparent in oculis eius, hic diligit & timet te; si vero contrarium fecerit, erit inuidus, & contemnit te. Aristoteles ad Alexandrum.

*Suspirantes cum capitis agitatione.*

Si quis suspirat simul cum capitis agitatione; patrarum vel dictarum rerum memor, pœnitentia premitur. Polemon & Adamantius. Sed prior non *dictarum*, sed *visarum* dicit.

*Suspirantes cum capitis agitatione, fixis oculis.*

Si autem id fiat oculis respicientibus, id fatagit, vt patrata vel dicta mala potius consilio vitet, quam pœniteat. Polemon & Adamantius.

*Oscedo.*

Legitur apud Gellium: Cum quidam iniure staret, & clare nimis, & sonore oscitasset, tamquam illud indicium vagi animi foret & hallucinantis, & fluxæ & apertæ securitatis; cum deierasset inuitissimum sese & repugnantem vitium teneri eo vitio, quod oscedo appellatur, notæ iam destinatæ exemptum esse.

*De risu, CAP. 21.*

**N**os hic dereliquit Græcorum doctrina; at ne vacuus locus relinquere, quæ è Latinis, & nostris experientis emendicauimus, huc adferenda duximus. Possumus etiam non quodquam alio melius quam è risu, animi sapientiam & ineptiam diiudicare. Hippocrates libro De hominis structura ait, esse viros, qui semper rideant, & qui tristentur; & huius rei causam elementis esse. Qui autem puri sanguinis sunt, vsque

vsque quaque rident, & aspectu & corpore floridi, nec nõ perspicui coloris sunt. Homerus id ex caloris copïa profluere, iudicare videtur, vbi *γέλωντες ἀσθενοί* id est, *inextinguibilem risum* dicit; & Grammatici *γέλως* deduci tradunt, ab *έλη*, siue *έλην*, id est, calore. Physici dicunt (quod credidit etiam Lactantius) lætitiæ affectum esse in splene, intemperantiamque ridendi ex lienis magnitudine constare: vnde homini ex nimio liberaliorique cachinno doleant intestina, adeo vt cogatur impositis ad sinistrum latus manibus coercere exultantem dolorem. Alexander Aphrodiseus, Lien non proprie ac per se, sed ex accidenti risus causa censendus est. Quamdiu enim est sanus, omnino fæculentum & melancholicum succum ex iecinore trahit; atque ita dum sanguis purus & defæcatus totum corpus cerebrumque peruadit, naturam simul & animam, non aliter quam vinum oblectat & exhilarat, vnde risus excitatur *Me* (inquit Cæsar apud Tullium) *non pudet nescire, quo pacto risus concitetur, ubi sit, quomodo existat, atque ita repente erumpat, vt cum cupientes tenere, nequeamus; quæ ne ipsi qui dem illi sciunt, qui se scire pollicentur.* Ad hoc facit illud Persianum:

*Petulanti splene cachinno.*

Sed hæc videat Democritus.

*Multus risus.*

Prouerbio iactari splet: *Risus abundat in ore*

*scultorum.* Et Catullus ad Egnatium ait:

*Risu inepto res ineptior nulla est.*

Idem apud Plutarchum admonitum est, & Isocratem, risum incontinentem esse dementis indicium, ut qui ridet cum cachinno, insipientiam & intellectus carentiam ostendat. Ob id Seneca, Sit risus citra cachinnum; est enim cachinnabilis risus solutus & spatiosus, qualis interdum latissime effunditur. Democritus semper in vita risit; visebaturque in Gymnasiis olim Athenis effigies Democriti labris apertis. Michaël Scotus ait, homines risibiles esse simplices, vanos, instabiles, cito credentes, non secretos, & crassæ Mineræ. Insipiēs risus dementis est, ab insipientis Aiæ dicta parcemia, *Aiæris* *parcemia*, id est, *risus Aiæ*; & de hominibus insipienter ridentibus dicitur. Aiæ enim furore vexatus ob Vlyxem in armorum iudicium sibi antepositum, insectabatur armenta, credens esse Græcos, & duos maximos arietes flagellando cædebat, clamans se occidere Agamemnonem & Menelaum. Democritus à risu petulantia, cognomento *gelasimus* est insignis.

*Risus altus.*

Qui ridet alta voce, inuerecundus est, Rhafes. A eo Conciliator. C. Cæsar, ut Suetonius refert, indecenti risu fuit.

*Risus cum tussi.*

Qui cum tussi & respirandi difficultate ridet, inuc-

inuerecundus est & tyrannus. Rhafes, eadem Conciliator. Qui ridens tussim excitat, aut caput contorquet, hominem significat variū, inuidum, cito credentem, ad utramque conuertibilem.

*Quando in risu bucca distorquetur cum irrisione.*

Cuius bucca ridendo distorquetur, cum alterius derisione, hominem notat arrogantem, falsum, tenacem, iracundum, mendacem & proditorem. Scotus.

*Risibilis bucca.*

Labia blanda, parum peridentia, si lætis vultibus contingant, libidinosum arguunt. Albertus. Apud me autem risibilis bucca sæpe malum animum ostendit, mendacem, peruersa cogitantem, simulatorem, & malitiosum, ut ei minime sit fidendum. Risum in oculis & ore, summe malum deprehendi. Claudianus ad id:

*— & blando fraudem prætexere risu.*

Hic risus feminarum est. Apuleius Venerem dulciter subridentem depinxit. Hinc præceptum illud eroticum:

*Sint modici risus, paruaq; vtrimq; lacuna.*

*Paucus risus.*

Qui parce aut dure rident, his contrarii sunt. Aristoteles ad Alexandrum de baiuli electione, ait: Ne sit verbosus, nec multi risus. Rhafes: Qui non multum ridet, hic benignus est,

omnibus conueniens, & in rebus sollicitus. Conciliator ab eo: Qui sufficienter ridet, benignus est, amicabile naturæ, & sollicitus: idque apparenti decentiæ refert. Scotus: Stabiles, sagaces, rari intellectus, faciles, & labriosi, pauci sunt risus. Temperantia omnibus placet hominibus, profunda enim perſcrutatio, & cogitatio risum non admittit. Isocrates risum incontinentem dementis indicium dixit; scribiturque ab eo Platonem tanta in moribus verecundia, & in vultu modestia fuiſſe, vt ne ſemel quidem effuſe riſiſſe conſpectus ſit. Anaxagoras Clazomenius numquam riſiſſe fertur, immo ne riſus quidem veſtigium omnino protuliſſe. Heraclitus, quæ ſunt in hominũ vita, fletu proſequebatur omnia. Philippus Iunior tam ſeueri animi fuit, vt nullo vtique commento, nulliſque rationibus ad riſum ſollicitari potuerit; quod eſt maximum ſeueritatis exemplum; qui etiam cum patrem aſpiceret ludis ſecularibus petulantius cachinnantem, auerſo eum vultu notauit, vt Eutropius in Romana hiſtoria ſcripſit. M. Craſſus ob ſeueriorem frontem & mores auſteriores ſemel in vita riſiſſe dicitur; ob id dictus *αὐτὸς ἄσπετος*, ex Lucilio. Pauci riſus eſt Horatius de Mariis, Tigrinus, Romanus, vir ſagacitate, claritate intellectus, doctrina & morum præſtantia tota vrbe in ſignis. Paucus eſt & fere nullus feriis in rebus, Illuſtriſſime Cardinalis, riſus tuus,

tuus, ludibundis vero in rebus, quatenus morum ruorum iucunditas ſeuerioris frontis rugas delet, lætus, paucus, & breuis.

*De voce, CAP. 22.*

**D**IXIMVS de anhelitu; nunc de voce. Hippocrates libro De ſtructure hominis, vocẽ à ſpiritu procedere ait, & articulataẽ vocis tres eſſe ſpecies, grauẽ, acutam, & mediã. Ex vocis ſono mores facile conijcere poſſumus, ſiquidẽ (vt Polemon & Adamantius inquirunt) quicumque alicui animalium ſimilem vocẽ ediderint, ad illius naturam eorum mores referendi ſunt: nam cernere eſt quosdam ſuillaẽ voci, ſimularum, aſinorum, equorum, pecudum, aliorumque animalium generi ſimile quiddam ſonare. Quod ab eo etiam Albertus refert. Ad ſummum, in voce mediocritas cõſideranda eſt; nam ſemper bona: exceſſus vero ſemper malus. Diogenes ſemper ſe mirari dicebat, cur, cum ollam quidem & operculam non ſine tactu & tintitu emamus, ſolo in homine emendo aſpectu contenti ſimus.

*Grauis vox.*

Cum plures ſint vocum differentiæ, nos à primis elementis earum incipiemus, videlicet graui & acuto: nam intendendo voces in acutum abeunt, relaxando in grauitatem. Ariſtoteles in Phyſiognomicis. Grauis vox fortes demon-



frat. animalia quidem fortia grauem vocem habent, vt leo, taurus, canis moloffus, & gallus, qui grauer vociferant: nam & fortia; & grauis vocis sunt, Lucanus de graui leonis voce:

-- *Et vasto graue murmur hiatu  
Infremuit.*

Aristoteles libro Moralium Nicomachicorum ait, magnanimo vocem esse grauem, locutionem stabilem, & grauis motus. Sed Animalium libro tauri vocem acutiorem esse quam vacca, dixit; sed illam comparatione aliorum animalium grauem nos dicere, non vacca. cui opinioni fortasse occurrens, statim post iam dicta subdit: Verum praestiterit fortassis; nam ex acumine & grauitate vocis timidum animal aut forte iudicare; sed validam vocem fortitudinis, remissam vero, & infirmam timiditatis signum esse. Sed quod in mucronem fastigiatum est, momento penetrat; quod vero retusius, cum mora & segniter: sic acuta vox auditum sodicat, grauis obtundit; euenit vtrumque celeris, & grauis motus ratione. Apuleius in Floridis, taurorum grauem mugitum dixit, leonis indignati fremores. Viri robusti qui spiritu valent, multum aëris incitare queunt; quod cum multum sit, tarde mouetur, vocemque efficit grauiorem. Grauis vox viri est, & viri Græcis βαρεφωνοι dicuntur; vt acutam mulierum vocem dicimus. Galenus grauem vocem faucium latitudinem sequi dixit: latitudi-

titudinem vero caliditatem: calidi enim est relaxare. cannae pulmonis relaxatio grauitatem vocis producit; & qui calidi complexionem sunt, fortes sunt. Aphrodiseus in suis Problematis ait, grauem vocem ex caliditate prouenire: nam canalis respirationis, quae aspera arteria nominata est, pro sua laxitate vocem extringit grauiorem: nam meatus diducere & amplificare vnius caloris interest. Sed Aristoteles in problematis ait, grauem vocem oriri, cum aër tarde incitatur. Vitruuius ait, ad extremos Septemtriones sub caeli cardine grauiores voces incolae obtinere, spiritibus vocum humore oppletis.

*Grauis & intensa vox.*

Vox grauis & intensa fortem notat, ex Aristotele in Physiognomicis. Polemon & Adamantius in figura fortis viri, tribuunt ei vocem saeuam, intensam, & magnam. Aristoteles in Problematis ait, natura calidos magnam vocem emittere solere, quod multum in his aërem, feruidumque inesse necesse sit; vis enim caloris facile ad se, & spiritum trahit, & aërem, eoque amplius id agit, quo amplior est. Vox enim magna tunc oritur, cum aëris multum agitur. Galenus: Magnitudo & paruitas vocis non ex caliditate semper fit, neque praecipue, sed per accidens. Nam libro De technis, magnae vocis causam amplitudinem asperae arteriae esse ait. Diomedes Græcus (vt ex historia Daretis Phrygij habetur)

fuit clamorosus, id est, magnæ vocis, & fuit in bello accerrimus pugnator, impatiens, audax, & crebro calidus.

*Grauis, & magna vox.*

Qui vocem habent grauem & magnam, conuiciatores sunt, & referuntur ad asinos. Ego non conuiciatores iudicarem, sed potius aptiores ad ferendum iniurias, quam alteri inferre. Græcis *ἰσχυροὶ* dicuntur, vel *sine discretione*, quod non magis vni quam alteri iniurias afferant, & impetât, & obuiis in via cedere nesciant. Grauiissima & absona voce rudit asinus. De eius voce ita fabulantur Græci: Iupiter gigantibus bello indicto, ad eos oppugnandos omnes deos conuocauit, venisse Liberum, Silenos, Satyrosque asinis vectos, qui cum non longe ab hostibus abessent, dicuntur pertimuisse a fellos, & ita per se quemque magnum clamorem edidisse, vt gigantes in fugam se coniecerint: & hanc ob causam decretum, vt inter sidera collocarentur. Herodotus: Rudentes asini perturbant Scytharum equos. cum enim Scythæ Persas adorirentur, eorum equi, audita asini voce, consternabantur. Onocrotalus auis est, dicta à soni absurditate, asini vocem referens, turpis, rudens, & imperita, Absonus in cantu & voce fuit Selimus Solimani filius, disciplinarum ignarus, mulierosus, qui inter vina, catamitos, & scortorum cohortes expirauit.

*Grauis*

*Grauis, magna, & perplexa vox.*

Quicumque grauem valde, magnam, & perplexam vocem edunt, referuntur ad fortes canes, & ad decentiam, Sed textus mutilus est, & deficit significatum. Addit Sueffanus: Sunt & iracundi. quod in Græco textu vacat. Gesnerus putat corruptum textum, quem ex Polemone & Adamantio corrigere conatur, & putat conuenire cum eo, quod Polemon & Adamantius dicunt de voce graui, caua & minime flexuosa. His generosi mores sunt, & magna sapientia & iustitia ipsos ornat. Sed male putat: quum hæc potius ad leonem referantur, quam ad canes vt facit Aristoteles; quum canes neque generosis moribus ornatos, neque magnanimos ac iustos dicat aliquis, vt videbimus inferius. nam qui canibus similem edunt vocem, canini ingenii homines existimabuntur.

*Grauis, & mollis vox.*

Quorû vox remissa, & mollis est, mites sunt, sicut oues. Aristoteles in Physiogn. & ab eo Polemon & Adamantius. Quicumque autem in grauius & molliter loquuntur, hos probis moribus decoratos dicito. Sed Adamantius mites dicit. In figura mansueti, Polemon ait: Vox grauis & mollis. Adamantius, Inæquelis & mollis. Conciliator: Vox mollis, & sine tensione, Hi mansueti sunt, & ad oues referuntur.

*Q*

*Vox grauis, & sonora.*

Aristoteles ad Alexandrum: Vox grossa (id est, grauis) & sonora, est bellicosa, & eloquens etiam: nam grossa, fortitudinem; sonora eloquentiam facit. Conciliator ab eo: Vox crassa, alta, sonora & audax, bellicosa est & eloquens.

*Grauis in principio vox, in fine acuta.*

Quibus vero vox primum grauis, & in fine acuta; queruli sunt & indignabundi, quod idem in bobus similiter se habeat. Aristoteles in Physiognomon. Ab eo Polemon & Adamantius: Quicumque à graui incipiunt loquela, & in acutum desinunt, iracundi sunt, & tristes. Albertus multi affectus, & lugubris animi dicit. Ptolemæus in suis Harmonicis: Mugitus in grauitatem tendunt, ululatus in acutum.

*Grauis vox concaua, & flexibilis.*

Quibus vox concaua, & flexu facilis, & grauis est; generosis moribus, magnanimitate & iustitia decorantur. Sed in Polemonis textu deficit vox illa, *grauis*, vt videatur temporis iniuria excidisse, cum illa maxime ex grauitate vocis prouenire videantur; quod in Adamantio remansit. Ego ad leonis vocem referrem. Nos *κοίλον*, *concaua*, traduximus, quum Græci *κοίλος* *επιμαρ*, id vitium pronounciationis nominent, quum vox veluti ex cauo specu & recessu oris resonat. Conciliator: Vox tamquam è concauo pectoris grauis & flexibilis, viriles, dociles & magnanimos

mos notat. Albertus satis inepte acutam & mollem, cum graui & concaua confundit. De leonis iustitia plura leguntur apud auctores in viciscendo iniurias, & quam diligenter percussorem obseruet. Auicenna ait: Si quis lapidem aut telum in leonem cõiecerit, & aberrauerit, vt, vel nullædat, leonem irruere in illum solere, non tamen interficere, & minari tantumdem incommodi relaturum, quantum ipse acceperit. Refertq; quum miles quidam sagittam in leonem coniecisset, aberrauit, sagitta prope caput illius traiecta; quod animaduertens leo, substittit, & accurrens, militis caput galea compressit, læsitque, sed non vulnerauit, neq; occidit eum. Mos enim est leonis vt tantumdem fere lædat, quantum læsus est ipse.

*Acuta vox.*

Acuta vox timiditatis indicium: timida namque animalia acutæ vocis sunt, vt ceruus, & lepus, ex Aristotele in Physiognomicis. Aphrodiseus loco iam dicto: Acutæ vocis sonus causa est arteria, quæ propter humoris copiam se dilatare nequit. vt enim angusta tibia sonum edit acutus: ita aspera arteria præ sui angustia exstringit vocem acutiorem. Aristoteles in Problematis acutam vocem ex spirituum imbecillitate euenire dixit; ob id pueri expertes feminis, mulieres, decrepiti, & spadones vocem edunt acutâ. Vox enim acuta tenuis est, tenuis ex

paruo aëris motu efficitur; robusti vero viri quoniam spiritu valent, multum aëris incitare queunt; quod cum multum sit, lente mouetur, vocemq; efficit grauiorem: motu enim veloci, ex tenui vox gracilis efficitur. Alibi etiam rationem affert propter membri imbecillitatē, quo mouet aërem. mouet enim exiguū aërem, quod imbecille est, vel propter meatum, quo vox permeare potest, qui pusillus est in iam dictis: itaq; exiguū proficisci ab eo potest, quod aërem moueat; exiguū vero cum sit, velociter per amplas superiores fauces fertur, cum viris etate vigentibus hic amplior habeatur. Præterea animalia cuncta validiora acutam emittūt vocem, homo autem cum inualidior est, tunc vocem acutam reddit. Ratio est, quod homo inualidus exiguū aërem mouet; exiguus aër velociter permeat; velocitas sonum reddit acutiorem. Galenus angustiam faucium acutam vocē sequi dixit, quæ angustia ex innata efficitur frigiditate. Hęc eadem antiquitatis & literarum parens Homerus his versibus demonstrauit:

*Huic autem grauiter gementi astitit mater venerabilis:*

*Acute vero lamentabunda caput sui apprehendit filii.*

Et alibi senes cicadis comparauit, quæ sunt plane *ὀψύρα*. Plutarchus ex spiritus tenuitate prouenire dixit. Platonici ex superflui humoris abun-

abundantia effici: qui ipse etiam arteriam, per quam sonus vocis ascendit, efficiens crassiolem, angustat vocis meatum: ideo feminis & eunuchis acuta vox est, viris autem grauis, in quibus transitum habet liberum, & ex integro patentem meatum. Nasci autem ex pari frigore in eunuchis & feminis parem pene importuni humoris abundantiam, etiam hinc liquet, quod vtrumque corpus sæpe pinguescit. Vitruuius in Meridianis finibus tradit audiri prætenuiores & acutissimas voces, vt parantarum acutissimarum sonitu voces perficiunt tenuitatem. Id enim experimento animaduertere licet. Calices duo in fornace æque cocti, æquoque pondere, ad crepitumque vno sonitu sumuntur, ex his vnus in aquam demittatur, postea ex aqua eximatur, tunc vtrique tangantur; cum enim ita factum fuerit, largiter inter eos sonitus discrepabit, æquoque pondere non poterunt esse. Ita & hominum corpora alia propter regionum ardorem, acutum spiritum aëris exprimunt, alia propter humoris abundantiam grauissimas effundunt sonorum qualitates. Septentrionaliū, inquit Albertus, & feminarum vox euadit acutior, quam Meridionalium, ob pulmonis mollietiem & arteriæ, quæ arctior item intelligitur. Molliorem vocem facit organorum humectatio, debiliorem pulmonis imbecillitas ac resolutio. Ægrotantium acuitur vox, quod siccitas ar-

Et meatus, vel etiam ex intemperanti frigiditate, aut forsitan ex opprimente humectatione. Immo ex fortitudine aliquando acuitur & interceptitur vox. Proinde Menelaum laudare volens Homerus, ut minime in bello formidolosum, *βουτ' ἀπαθόν* appellat, ut qui vocem nullo minueret terrore. Polemon & Adamantius inuerecundo tribuunt vocem acutam in eius schemate. Fuit etiam Phauorino insigni philosopho vox acuta & tenuis, & nuda barbitio facies, vel magno natu, etiam senio ultimo appetente; & effeminatae & degenerantis naturae fuit, & libidinis praeseruidae, ut cum foret eunuchus, adulterasse consularis viri uxorem creditus sit.

*Acuta & remissa vox.*

Acuta & remissa vox timidi est animi: at disceptata, fortis, ut scriptum reliquit Aristoteles in Physiognomicis. Polemon & Adamantius in idea timidi, tribuunt ei acutam & mollem vocem, id est, remissam. A contrario signo.

*Acuta, & intensa vox.*

Acuta & intensa vox, indignantis & iracundi est. indignans enim & iratus intendere consueverunt vocem, & acute loqui. Ex Aristotele in Physiognomicis. Quod videtur eo quod prius diximus, contrariari: acuta enim vox imbecillitatis signum diximus, sed iracundi & indignabundi valida videntur complexione constitui.

stitui. Sed hanc dubitationem remouet Aristoteles in Problematis, loquens de acuta voce. Inquit enim: Mittere acutam vocem non est idem, quod acute cantare; sed acutam vocem mittunt omnia, quae natura sint imbecilla, eò scilicet, quod aëris non multum ciere possunt, unde hecifici, & qui consumpto corporis habitu emarcuerint, acutam proferunt vocem; atqui vero acutum, nisi viribus valeant, cantare non possunt. Cuius indicium, quod velociter fieri solet, quod vehementer fertur; ita bonarum virium est, quod acutum est.

*Acuta vox cum clangore.*

Cum clangore sonus acutus, ut auitii generis, stultos, vanos, & sublimia cogitantes ostendit, inquit Polemon & Adamantius. Sed Apuleius in Floridis auium vocat clangores instigatos. Conciliator: Qui in vocem prorumpunt auicularem, Venerei sunt & inanes. Ab eodem Albertus.

*Acuta, mollis, & rupta vox.*

Quicumque vocibus acutis, mollibus & ruptis loquuntur, cinædi sunt; ad mulieres, & apparentem decentiam referendi. Aristoteles: Acute, molliter, & flexibiliter loqui, signum est cinædi censendum: Polemon. Sed Adamantius *εὐλαμπής* habet, quod corrigendum est ex Polemone, qui *εὐλαμπής*

nam flexibilis & rupta vox feminarum est. Præterea iidem in figura cinēdi, vocem tribuunt ei acutam, gracilem, & valde fractam. Conciliator: Mollis, cita, & disrupta vox, timidum & effeminatum ostendit.

*Acuta, & clamosa vox.*

Vox acuta, & clamosa, stupidi est, propter similem caprarum vocem. Aristoteles in Physiognomon. Sed ego eos tentari morbo comitiali conjicerem. Plutarchus capram morbo comitiali tentari præter cætera animalia refert; proptereaque veteres sacerdotes ea vehementer, vt morbida, abstinuisse. Cuius causam affert, metuum angustiam, quibus obseptis, sepiissime includuntur spiritus; quod arguit vocis tenuitas, nam qui eo affectionis genere tentantur, similem capellæ vocem edunt.

*Ad balatum vergens, vox deprauata.*

Deprauata vox ad balatum vergens, stolidi hominis naturam manifestat; Polemon. Hęc ad oues refertur. Albertus: Sonus indelectabilis, siue ouium, siue caprarum voci similis; stolidum notat. Eadem Conciliator. Antiquitus, *pecuatum* pro stulto accipiebatur. Gesnerus ad Adamantium refert, quę in eo absunt. Aristoteles oues stultissimis moribus esse dixit, omniumque quadrupedum ineptissimas. Ælianus, ineptissimis moribus & degeneribus animis oues dixit. Pli-

nius:

nus: *Quam stultissima animalium lanata: quæ timere ingredi, vnum cornu raptum sequuntur.* Ob id Polemon & Adamantius colligentes signa omnia mala, quæ pessimam hominis naturam innuere possunt ex voce, inquirunt in idea fatui improbi, eum habere vocem balantem, exiguam & asperam. Polemon addit, & *turpem*. Albertus, & Conciliator: Vox quassata, quasi de quassato vasculo, stultos & voraces notat.

*Media inter grauem, & acutam vox.*

Describens Aristoteles ad Alexandrum mediam inter hęc vocum discrimina differentiam, ait; Vox mediocris in acutie & grauitate, ostendit sapientem, prouidum, veracem, & iustum.

*Media inter intensam & remissam vox.*

Cum vox inter intensam & remissam media est, temperatam indicat complexionem inter frigiditatem & caliditatem: Auerroes in suis Colliget. Ob id ea quæ ex temperata complexionem proficiscuntur, coniciemus; bonos mores, ingenium, & similia.

*Aspera vox.*

Asperæ vocis viros luxuriosos iudicarem, & ad hircos referrem, qui luxuriosi & asperæ vocis sunt. Vox ceruis maribus cum tempus coeundi est, rauescere tunc ficticia voce dicitur, ex Aristotele; cum libidinantur mares, feminas ad coitum vocant, siue elato capite gutture pleno,

siue ad terram demisso. Raucētes tunc ololygones vocantur. ολολυγον apud Aristotelem proprie dicitur de voce ranarum marium, libidinis tempore. Et fere animalia omnia raucescunt coitus tempore. Aphrodiseus reddit rationem asperitatis vocis, atq; adolescentulos circa ætatis annum quartumdecimum vocem reddere asperiores incipere, quod τρωγίλει Græci dicunt, à vocis hircinæ asperitate, quum tunc temporis in vniuerso corpore fiat mutatio, etiam spirituales membri. nam cum aspera arteria dilatatur, accidit, vt partim plus, partim minus incrementi proueniat, eiusque pars interior inæquali structura ad guttur vsq; ascendat: igitur spiritus, cum per eas partes emanat, quasi per itineris inæqualitatem, impingat, vocem etiam inæqualem, raucam, & asperam facit; quod etiam iis accidit quorum arteria destillatione infestante affecta per ductionem est. delapso namque humore, lenis interior membrana facta inæqualis, exitum, etiam spiritui præstat inæqualem. talis hircorū aspera arteria est, sic gruū, cæterarumq; auium, quæ rauce vociferantur. Galenus: Asperitas fit ex inæqualitate in duro corpore; arteria dura fit siccitate partium; inæqualitas fit ex dispersæ humiditatis defectu.

*Clara vox.*

Claram vocem ex siccitate pulmonis vel complexionis prouenire, dixit Auerroes in suis Colli-

Colliget. Calida & sicca complexio agrestes facit hominum mores, Ajax Telamnius clara fuit voce, & in hostes atrox, vt ex Darete habetur.

*Blanda vox.*

In figura iucundi blandam vocem ei concedunt Polemon & Adamantius. Priamus suauis fuit voce, & ob id iucundus, prudens, & moribus ornatus.

*Dulcis vox.*

Qui habet dulcem vocem, est inuidus & suspiciosus, vt inquit Aristoteles ad Alexandrum. Lucianus Pseudomantis omnium pessimi vocem describens, dicit: Vox dulcissima pariter, & clarissima.

*Submissa vox.*

In figura simulatoris tribuunt ei submissam, vocem Polemon & Adamantius.

*Debilis, & flebilis vox.*

Debilis, & flebilis vox lucri cupidum, tristem, nullisque non in rebus suspicionibus obnoxium manifestat. Ex Polemone & Adamantio. Conciliator ab eis: Debilis & lugubris vox, asperum & suspiciosum ostendit. Eadem Albertus.

*Gracilis vox.*

Gracili fuit voce Aristoteles, vt Laertius refert, ex auctoritate Timothei Atheniensis

in libro De vitis. Sic etiam Plato. Plutarchus non solum ad gracilitatem paululum accessisse, sed suavis & dulcis soni vocem habuisse scribit, pacati, & modesti animi signum, & optimorum morum. Erat & Nino Semiramidis filio vox gracilis; ut etiam matri, & lineamentorum æqualitas, statura, & signa formæ. ob id à scriptoribus *virago* dicta: ob præclara eius in imperio facinora etiam inuidiam superasse scriptum est.

*Tremula vox.*

Vox tremula trepidantes & metuentes ostendit. Aristoteles in Problematis affert rationem, Cum vox hominum tam trepidantium, quam metuentium obtremscere soleat: quia trepidantibus, & metuentibus calor à corde discedit, sic migrante calore, cor conquatur: cum autem, cor conquatur, ictus nequaquam effici vnus potest, sed plures proficiantur necesse est, ut è fidibus laxius intentis.

*De loquela, CAP. 23.*

Facile etiam ex loquela animi mores deteguntur. Immo Socrates potentissima signa ex loquela capiebat; ob id eum decorum adoleſcentè & diutule tacentem conspicatus foret, *Ut te videam*, inquit, *aliquid eloquere*. etenim arbitrabatur homines non oculorum, sed mentis acie & animi obtutu considerandos.

*Sta-*

*Stabilis loquela.*

Nicomachiorum moralium quarto Aristoteles magnanimo viro stabilem loquelam, grauem vocem, & tardum motum adscribit, quippe cum magnanimus circa magna versetur, & raro magna existimet, talis eum vox deceat.

*Contenta & vehemens loquutio.*

Sic contra, idem in eodem loco pusillanimo, cum circa parua versetur, omnia magna existimet, & festinabundus sit, & contentam & vehementem locutionem adscribit, acuta autem vox & celeris ex his afficitur.

*Velox loquela.*

Velox in verbis, & præcipue si fuerit gracilis vocis, improbus, stolidus, importunus, & mendax erit; Aristoteles ad Alexandrum. Velocis loquelæ, consilii expertes, & dementes sunt; Polemon & Adamantius, sed Polemonis corrigendus est textus: nam pro *ἀνορεῖς*, id est, *dementes*, habet *ἀνορεῖς*, id est, *impios*, quod experientiæ refragatur. Rhafes: Cuius loquela velox, festinus est, & parui intellectus, Conciliator habet, quæ Aristoteles; addit insuper ex se; Irascibilis, & prauorum morum. Aratus, ut Suidas citat, ranæ tribuit loquacitatem, quæ stoliditatis solet esse comes. minimum mentis oportet esse gyrenis, quo vix dephēdas animal esse, nisi mouerentur. Plato in Theæteto; Nos illum tamquam,



deū admirābamur ob sapientiam; at ille nihilō magis antecellebat prudentia, quam ranā gyrina.

*Remissa loquela.*

Remissa loquela pacatum & mitem animum ostendit, Aristoteles in Physiogn. ad passionem referens. nam vt iratus intendit vocem, sic animo remissus remittit vocem, & grauiter loquitur. Ex naturalibus caussis etiam euenit. Remissa vox ex spirituum remissione & paucitate prouenit, qui in frigida complexione consistunt, quæ animo mites generat.

*Tarda loquela.*

In figura verecundi; Aristoteles in Physiogn. Polemon & Adamantius, tribuunt ei tardam loquelam;

*Vehemens loquela.*

In figura amari duo posteriores tribuunt ei loquelam vehementem.

*Breuis loquela.*

Breuis loquela desides & pauidos manifestat, Polemon.

*Gravis, & debilis loquela.*

Qui grauiter, & debiliter loquuntur, stolidi, iniuriosi, & gulosi censendi. Ex Polemone & Adamantio.

*Acuta, & squalida loquela.*

Qui squalide, & acute loquuntur, varii hominis naturam habent. Ex iisdem.

*Acuta.*

*Acuta, & debilis loquela.*

Acute, & debiliter loqui, timoris & inuidentiæ signum. Iidem. Sed Adamantius non timoris, sed segnitiei dicit.

*E naribus loquela.*

Loquela, quæ e naribus effertur, mendaces, improbos, malignos, inuidos, & aliorum malis gaudentes indicat. Ex eisdem eadem Scotus, Albertus, & Conciliator habent.

*Subflaccida loquela.*

Qui subflaccide loquuntur, violenti, scelesti, & hominum olores censendi sunt. Adamantius addit, *vehemens, & subflaccida*. Conciliator ab eis: Vox vehementius strepens, velut sonus indecenter permistus, violentum, iniustum, & in corde odium gerentem denotat.

*Difficilis loquela.*

Difficulter loquentes, improbi, insipientes maiori ex parte habendi sunt. Ex eisdem.

*Placida, & collecta loquela.*

Qui placido & collecto sermone loquuntur, quasi fluxu & inundatione molestia aliqua detinentur. Ex eisdem.

*Modesta loquela.*

Modestam loquelam Scotus supplantaneum (id est, deceptorem) hominem indicare dixit.

Posterior pars maxillæ mandibula est, Græcis *πρῶτος*. Maxillæ pars prior, *mentum* dicitur, Aristotele auctore Animalium libro, Græcis *σύντομος*.

*Paruum mentum.*

Paruum mentum virum in omnibus pessimū & insidiatorem ostendit; Polemon. Sed Adamantius addit, & *dirum*, ex serpentibus, qui tales habent. Georgius Valla satis inepte pro mento, *genas* vertit. Albertus ab his: Paruum, & breue mentum vitandum, quod immites, & inuidos arguat, ad serpentes relatos. Conciliator iracundos, immites, & inuidos dicit.

*Longum mentum.*

Mentum quibuscumque protentum, omnino reprobis, loquaciores plusquam deceat, & dicaces; Polemon. Sed Adamantius non omnino reprobos, sed præter modum loquaciores, & molliusculos dicit; ubi videtur illud, *non*, temporis iniuria ex Polemonis textu prolapsum, ac mendatis codicibus restituendum; videnturque ad mulieres referendi, quæ non omnino malæ, sed dicaces & molles sunt, quum quadratum mentum viros deceat. Polemon in figura dicacis, rectum mentum ei tribuit; & ipse & Adamantius in figura fatui improbi, longum mentum ei tribuunt. Albertus multas addit ineptias; nam iracundos, turbatos animo, & pios, prolixius

sius mentum denotare contendit: & paulo inferius, dolis assuetam mentem notare. Eadem Conciliator.

*Rotundum & depile mentum.*

Si quis mentum raris pilis confertum, & rotunda figura habet, non virilem, sed muliebrem dicit; Polemon, Mentum deorsum rotundiori figura circumseptum, effeminatum & non virile dicit; Adamantius, Sed omittit *depile*, ex quo mendum in textum irrepsisse opinor, nam mentum vere effeminati glabrum est. Albertus eadem Pythagoræ accepta refert, & Conciliator.

*Quadratum mentum.*

Subquadratum mentum virile est; Adamantius optimeq; additum, à contrario signo; nam si rotundum feminæ, quadratum viri est. Conciliator eadem ex Alberto.

*Bifidum mentum pulchre obuia figura depictum refert in dextra imagine.*



*Bifidum mentum.*

Mentum in summo loco, tamquam in duos vertices dissiluerit (modo scissum sit) apparens, dolosis moribus ascribendum. Ex Polemone, & Adamantio. Sed Albertus præsens signum cum inferiori confundit, & peruertit. Ait enim: Si diuisione media nimis profunde depresso sit mentum, Venereum & gratiosum virum ostendere; qui tamen aliquando discordias excitet.

*Leniter scissum mentum.*

At si scissio mediocris fuerit, venerei potius gratiosique iudicabuntur; Adamantius. Sed Polemonis interpret omnia suo more peruertit. Conciliator eadem satis peruersè transfert.

*In*

*In verà Socratis imagine os, inter mentum & nasum profundum latitans, obtulimus.*



*Ad nares concauum mentum.*

In figura luxuriosi, Polemon nobis testatum reliquit: Qui superficiem illius loci, quæ mento & naso interiacet, concauam habuerit, qualem bonum Socratem habuisse ferunt, luxuriosi sunt.

*Acutum mentum.*

Qui acutum habent mentum, animosi sunt, & ad canes referuntur. Aristoteles in Physiognomicis. Ego ἀκρογέρον, acuti menti, interpretor. Suetonius, *prolixo mento* interpretatur; sed non de pilis ait intelligi debere. In Arabico textu Aristotelis, cuius nobis Antiochenus Patriarcha Romæ copiam videndi fecit, legitur: Qui habent acutum mentum, sunt animosi

& fortes, & ad leones referuntur. Ego mendum in textu non solum suspicor, sed pro certo habeo: & Aristotelem non de mento, sed de pilis menti intellexisse. Primo, quia ad canes vellesones refert, qui acutum mentum non habent. Præterea id Aristoteles apposuit, ubi de pilis non de partium figuris agit. At si naturali ratione, & experientia id nobis esset discutiendum, videmus pilos virilitatis & roboris signum esse; unde qui prolixam & acutam habent barbam, id est, densis pilis, statim eum cõijcimus animosum & fortem fore. Et Aristoteles Problematum libro dicit, homini datam esse barbam, quia ei iuba negata est; & alimentorum excrementum, quod cæteris animalibus in ceruicem se confert, homini in maxillas transit. Præterea idem in figura Iracundi, eum *ἰσχυρὸν*, id est, *boni menti*, dicit. Sed Polemon & Adamantius *δασυπώγων*, id est *dense pilosum*, dicunt. Legimus præterea in historiis Daretis Phrygii, Hectora fuisse decenter barbatum, & maxime bellicosum, animosum & fortem extitisse. Diogenes quoque maxima barba comatus fuit, ut Sidonius Apollinaris ad Faustum tradit. Lysander etiam prolixa fuit barba, & generosum quasi in modum eam ferebat. Qui omnes maximi fuere viri, sed & fortasse non *ἀκρογυνοί*, sed *δασυπώγων* legendum.

*Imberbis homo.*

Imberbes viri mulieribus & spadonibus similes

les existunt. Ait Polemon, spadones naturali nequitia pessimis esse moribus, ingenio immitēs, dolosos, facinorosos, aliisque sceleribus se immittentes. Plato in Euthyphrone Melitum Pithæum suum accusatorem rara barba fuisse dicit. Et apud nos vulgo iactari solet; *Poco barba è men colare, Sotto l'ciel non è peggiore.*

*Mulier barbata.*

Barbata mulier pessimorum etiam semper morum. Simplex vulgus adagium non infulse, nec maligniter effinxit, *feminam barbatam lapidibus eminus salutandam esse*. Michael Scotus: Mulier circa os barbata, est luxuriosa, fortis naturæ, & virilis conditionis, propter calidam sui complexionem. Naturalis enim est ratio, calorem esse, qui pilos creet; & ob id in corpore humano illæ potissimum partes obsepiuntur pilis, quibus maior suppedit caloris facultas. Caloris inopia muliebri corpus pilis non obsidetur, ut eunuchis etiam, quorum naturam frigidior est: læue est mulierum corpus, ut innato constipatum frigore, quoniã algorem comitatur densitas, læuitas densitatem, ob id mulier veluti barbata, ut monstrifica, mali alicuius ingruentis habetur præfagium. Seminis abundantiam hirsuties significat & excrementi. Lepus animal pilosum est, & solum animalium pronam supinamque pedum partem hirsutam habet, unde *dasypodis* nomen habet; & luxuriosissimum est,

R ε

& intra genas etiam pilos habet. Ob id pilosa mulier multræ lasciuia. Præterea medicæ doctrinæ dogma est, ab Aristotele comprobatum, mulieri menstruorum abundantia & feminis, quandoque barbam contingere. Quod Auicennæ interpres se vidisse meminit in viduis castitate præsignibus.

*Mulier imberbis.*

Ob id mulier bene pilis nuda, & præcipue circa os, est bonæ naturæ, pauida, verecunda, mitis & obediens. Scotus.

*De collo, CAP. 25.*

**N**unc ad alteram corporis partem accedamus, quæ caput fulcit, scilicet collum. Aristoteles Animalium libro collum vocat, quod inter pectus & faciem est, cuius prior guttur, inferior gula, pars posterior extrema ceruix appellata est, Græcis *τραχηλος* est. Georgius Valla apud Adamantium *ceruicem* interpretatur.

*Crassum collum.*

Quicumque crassum collum habent, animabus fortes sunt, & referuntur ad marem. Sed intelligit Aristoteles in suis Physiognomonicis per crassum non pingue, sed *magnum*, magnitudinis ossium & neruorum.

*Quale*

*Quale crassum hominis collum esse deceat ostensuri, taurinum, ut quam commodissime effingi poterit, spectandum exhibebimus.*




*Crassum & carnosum collum.*

Quibus collum crassum & plenum; iracundi sunt, & referuntur ad iracundos tauros. Sed Polemon & Adamantius non crassum & plenum, ut Aristoteles, sed crassius & prolixius collum iracundos, iactabundos, & contumaces significare dixerunt. Albertus præsens signum cum superiori confundit, inquit: Vasta & cum quadam proceritate ceruix, animosum indicat. Textus *θυμοειδῆ* habet, vel, *animosa*. Taurus animo incitatus, eo impetu cornibus appetit, ea impotentis animi effrenatione fertur, nihil ut eum, neque bubulcus, neque metus ullus reprimere queat. *Ælianus*: Bistones boues (ex

Oppiano De venatione) horribili sunt ceruice & pingui, ad faciendas cædes prompti, & cum impigerunt in hominem vel feram, in sublime tollunt.

*Tabula hæc pinguis suilli collis & humani figurâ insignita est, ut mutua collatione mores intelligantur.*



*Collum pingue.*

Qui vero habet collum grossum, est stolidus, & comestor magnus: sicut habet barbara translatio Aristotelici libri ad Alexandrum; sed pro *grosso*, reponendum est *pingue*. Sues enim edaces & rudes sunt, & tale collum possident. Ex quo Adamantius: Præpingue collum iracundos, rudes, indisciplinabiles, & porcinos significat. Polemon hoc non habet, temporum vetustate exesum. Vterque vero in figura rudis, tribuunt ei breue


breue & pingue collum. Albertus: Qui vastam nimium, siue largam ceruicem habent, iracundi & indociles: sues enim talem habent. Nos vulgo *suem* vocare solemus hominem sordidum, immodestum, & qui imprudentia intemperantiaque modum excedit.

*Femineam imaginem non interiecimus: nam adeo frequens est illius figura mentio, ut si quoties opus fuisset, apposuissemus, male breuitati consuleremus, ob id lectorem ad primum librum remittimus.*

*Gracile collum.*

Qui habent collum gracile, imbecilles sunt, & referuntur ad feminas. Signum hoc apposuit Aristoteles in Physiognomicis à contrario. nam magnitudo fortitudinem denotabat. Polyxena tenui collo fuit, & animo simplici. Ex Darete.

*Præfens figura ad ostendendam in struthione & homine colli  
exiguitatem, subseruit.*



*Gracile, & longum collum.*

Qui habet collum gracile, & longum, est sonorus & stolidus, vt habetur ex Aristotele ad Alexandrum: hunc ad aues comparat, quæ garrulæ, vanæ & mobiles sunt. In Physiognomonicis vero collo oblongo & gracili præditos, timidos dicit, & ad coruos refert. Polemon & Adamantius: Collum oblongius graciliusque timidiores, & malorum morum demonstrat. Iidemque in figura timidi, prælongum ei collum adscribunt. Rhases vtrumque coniunxit: Gracile & longum collum, timidum, garrulum, & stolidum ostendit: quod ex Alberto exceptit; sic & Conciliator, Suetonius scribit C. Caligulæ gracilitate

cilitate maxima fuisse ceruicis & crurum: erat enim nimiū pauidus, & vitiosus, & aduersus Barbaros cum trans Rhenum iter faceret, dicente quodam non mediocrem fore cōsternationem, equum conscendit, & morę impatiens aufugit.

*Medium inter longum & crassum collum.*

Quibus magnum, sed non valde carnosum, collum, magnanimi censentur, quod leones representent, & in principio, vbi leonis formam, describit, ait leonem collum habere oblongum, crassum, & moderatum, id est, inter longitudinem, & crassitiem medium. Vbi legitur, *παχύν σὺμμετρον*, reponendum *παχύν σὺμμετρον*, ne sibi contrarius videatur; idem Aristoteles in Physiognomonicis. In figura fortis, meminit colli firmi, & non valde carnosī. Polemon & Adamantius. Collum crassitie, & longitudine moderatum, compactius, & robustum, fortes, dociles, & ad disciplinas idoneos ostendit. Galenus in Arte medicinali. Collum immediate à cerebro ex capite oritur, vnde gracile, & male compositum, pessimum; sicut crassum, & bene compositum, signum est optimum ad omnia, cum bonitas suum principium sequatur. Conciliator. Vasta ceruix cum quadam prolixitate non valde carnosā, fortem denotat, & animosum. Hæc ceruix est, quam torosam, & compactam dicimus. Virgilius:

*— cui plurima ceruix*

*Breue collum.*

Qui habet collum valde breue, est callidus, detractor, astutus, & dolosus; Aristoteles ad Alexandrum scribens. In Physiognomicis vero: Quibus valde breue collum, dolosi & insidiatores, vt lupi. Rhafes; Collum breue habentes, callidi & ingeniosi. Conciliator eadem. Albertus omnia confundens, sibimet contradicit, Collum valde breue deprehendit astutos & dolosos. & paulo post: Collum grossum, stolidum, & edacem notat, ex Platone, sed ex Polemone potius. Solida ceruix, longa, siue vasta, & quæ difficulter flectatur, rapaces ostendit, & ad lupos referuntur. Tradit Ælianus lupi collum in eas breuitatis angustias compulsum, & vehementer compressum esse, vt contorqueri retroque versari nequeat, & si retro velit aspicere, totum corpus contorqueat necesse esse. Crasso & breui collo est vitulus marinus, carniuorus, & admodum vorax. Accipitrum generi collum breuissimum, qui maxime sunt rapaces, vt etiam ex Aristotele habetur. Hyænæ cum spina riget collum, cōtinua vnitate flecti nequit, nisi toto corpore circumactō; Plinius, & Solinus. Est enim vorax, insidiosa, ex genere luporum.

*Neruis intensum collum.*

Quibus collum neruis intenditur, prauis sunt; at si ad sint & cætera, fatui, sensuque deficientis signa

signa sunt. Polemon & Adamantius: Ceruix neruis patentibus composita, ineptum & indocilem hominem testatur; & si concurrunt alia signa, insanum: Albertus ex his, & ex eo Conciliator eadem.

*Vacuum, & imbecille collum.*

Inane collum & imbecille, versipellem virum & malignæ astutiæ significabit; Adamantius. Sed in Polemone locutio manca est, & deficit signum. Albertus ab his: Soluta, quasi decidens, & inualida ceruix, nocentes homines & insidiosos notat.

*Mutilum collum.*

Quibus collum mutilum, audaces verbis, re timidos ostendit, Adamantius. Albertus: Breue collum, cum temeritate audacem notat.

*Collum durum.*

Durum collum rudes ostendit. Albertus ex Polemone & Adamantio. Dura ceruix indociles indicat; & vulgo ignaros & rudes *dura ceruicis* homines dicimus.

*Collum molle.*

Molle collum ignaros ostendit. Polemon.

*Asperum, & pingue collum.*

Colli aspera caro & bonæ habitudinis, pauidos ostendit. Idem.

*Collum implexum circa magna vascula.*

Qui magna vasa circa collum complexa ha-



bent, & manifesta rudes sunt; Adamantius. Vbi adnotandum, quod Polemonis textus habet *ἄσπυρος*, & interpres, *sine voce*, transtulit; Adamantius *ἀσπύριος*, id est, *bene apparentia*; sed *rudes* verbum, deficit; ob id interpres lapsus est. idque ex Aristotele desumpserunt, qui in figura insensitiui ait: *Quæ circa collum, & brachia carnosa, complexa, & colligata sunt. Et in figura ingeniosâ contrario signo apposuit: Quæ circa collum & humeros graciliora, id est, non complexa.*

*Firmum & immobile collum.*

Collum firmum & immobile, secundum Polemonem, malos; secundum Adamantiũ, ignaros, pertinaces & rudes viros ostēdit. Alibi, propter amentiam immobilia colla facta sunt, ait Adamantius. Sed Polemon, imbecillia, si & alia signa accedant. Rigida, tamquam defixa ceruix, indoctum & insolentem denotat, & aliquādo id signum stultis conuenit. Si autem vis scire, quod magis sit, aduerte an mobilis, an defixa, & rigida sit magis: si mobilis, stultitiam, si defixa, indocilitatem & contumaciam ostendit. Videbis autem quosdam, qui ex studio intendunt & roborant ceruicem, & paulo post ceruicem huc & illuc iactando, detegunt stultitiam. Fabius: Caput rigens, prædurum, feritatē quādam mentis ostendit. Fera, insidiosâ, & voraciâ sunt animalia firmi colli & immobilis. Hyænx collum flecti nequit, nisi circumactũ totius corporis

poris. Lupus contorqueri retroque versari non quit, & si retro velit aspicere, totũ corporis truncum contorqueat necesse est. Leonibus & lupis collum ossē perpetuo riget. Aristoteles: Tigribus natura breuiora creauit colla. Ambrosius: Sues etiã firmo collo sunt, nec se torquere valēt.

*Collum valde fractum.*

Vtriusque textus mancus est, Polemonis & Adamantii, & obscurus; conabimur tamen pro virili restituere. Qui vero artificio quodam valde effractum collum habere se simulant, eo ipso se cinædos ostendunt. dum enim hoc modo se emendare cupiunt, nihil aliud quærunt, quam, vt impudicitiam & impudentiam suam abscondant. Iidem in figura effeminati ei collum fractum adscribunt, & est contrarium prædicti signi. nam si durum collum, & firmum, pertinaces & duros ostendit; fractum molliusculos & effeminatos demonstrare par est. Albertus hic satis importune cum ceruice multa cinædi signa adducit, inquiēs: Cum videris ceruicis fluxum, & labiorum quandam contractionem risui quodammodo similem, & inordinatam oculorum conuersionem, inconstantiam in sedendo & stãdo, & vocem tremulam, constanter affirma talē esse effeminatum. Fabius: Caput, vel ceruix humilis, humilitatem demonstrat. Plutarchus narrat, quod Alcibiades quodammodo ceruicem, frangebat.

*Erectum collum.*

Sursum erectum collum iniuriosi, insipientis & stulti signum est, nisi id ob mollitiem faciat, Albertus: Nimis erecta ceruix, non indocilem solum, sed insolentem, & contumacem, & qui monita non audiat, demonstrat; ex Polemone & Adamantio. Fabius: Supinum caput arrogantiam denotat.

*Ante collum inclinatum.*

Collum incuruum stultum demonstrat: potest quidem etiam curiosum, parcum, peruersum, mollem, & non simplicem, neque rectam animam habentem denotare. Polemon & Adamantius. Inclinata ceruix docilem monstrat, inquit Albertus: sed inclinatum Philosophi vocant, quæ mollis, & non omnino inflexibilis sit, Idem dicit: Defixa ceruix ad pectoris partes, solet ostendere animum cogitationibus occupatum; aliquando parcos ostendit; aliquando malignos: ob id attendendum si alia signa conueniant. Certum est simplex nihil significare. A quo eadem Conciliator. Aratus panda ceruice fuit. Zeussippus curua ceruice, ut Athenis in gymnasiis Prytaneisque olim visebantur; sicut Sidonius Apollinaris ad Faustum tradit.

*Ad dextram inclinatum collum.*

Collum ad dextram declinans, pudentis & studiosi est, ex Polemone & Adamantio. Plutarchus

chus in vita Alexandri Macedonis ait: Referebat ceruicem paulum ad dextram inclinatum,

*Ad sinistram inclinatum collum.*

Collum ad læuam inflexum, adulteros & nullius pudicitia viros patefacit. Polemon & Adamantius. A quo Albertus: Ceruix ad sinistram declinans, stultos & cinædos ostendit, idemque refert ex Aristotele ad Alexandrum, Collum ad dextram inclinatum cinædum ostendere, & caninum: quod apud Aristotelem non reperitur in eo libro, sed in Physiognomonicis. Qui ambulat ad dextram inclinati, cinædi sunt, quo Conciliator deceptus, errauit.

*Collum in neutram partem inclinatum.*

Collum in neutram partem inclinatum, aut in quamlibet aliam, non boni sed læsi animi signum ostendit. Polemon, Adamantius.

*Sanguineis venis refertum collum.*

Quibus autem venæ quæ circa collum & tempora sunt, amplæ sunt, si malæ iræ sunt, & referuntur ad passionem, quia iratis hæc accidunt. Aristoteles in Physiogn. Vbi vero de colore loquuntur Polemon & Adamantius, aiunt; Venæ ceruicis, & quæ circa tempora sunt, cum tumentes apparent, ut sanguineum colorem repræsentent, internæ iræ feruorem testantur.

*De Gutturē, CAP. 26.*

**D**IXIMVS de toto collo; nunc de eius partibus. Guttur, vt superius narratū est, prior est pars colli, Græcis φάρυγξ, id est, vt alii interpretantur. *frumen.*

*Guttur asperum.*

Asperum guttur mentis leuitatem, prolificationem, linguæ proteruitatem, & loquacitatem significat. Adamantius vero non habet *proliferum*. Albertus: Asperum guttur animi leuitatem, & oris loquacitatem notat: & hoc est auis, Eadem Conciliator.

*Prominens viri guttur & auis præsentī figurā indicamus.*



*Nodus gutturis prominens.*

Si vero nodus gutturis extra prominebit, sapientem hominem notat, sed tamen lingua non proter-

proteruum. Si vero nodus intus extiterit solidus sub gutture, difficilem, molestum, & bibacem, hominem significat. Hæc Polemon. Sed Adamantius aliter habet: Si vero prominebit gula nodus, vanæ mentis quidem, sed non audacis linguæ, sublimia meditantem, bibacem, querulum, molestum, caniperam, & male suspicantē indicabit. Albertus: Singularis nodus, velutileuem hominem vertex extra apparens, denotat, non tamen audacem, neque maleficum sed tristem in se, & erga alios suspiciosum. Eadem Conciliator. In Iulii Cæsaris statuis & numismatibus, gutturis vertebra nimium prominet.

*De Claviculis, CAP. 27.*

**C**LAVES, siue claviculæ, nonnullis iuguli dicuntur, quæ Græcis κλάδεις. Ossa sunt, quæ humeros pectori adiungunt clauduntque; ob id claves dictæ, ne ab ordinario motu moueantur, aut suo loco dissiliant. A summo pectore in imam gulam vertices exeunt, collumque à thorace diuidunt.

*Socratis imaginem attulimus, ut in marmoribus habetur, in qua clavicula non apparent, sed pars obstructa & plana.*



*Clavicula male soluta.*

Quibus vero, quæ circa claves sunt, conclusa sunt. insensibiles sunt: difficulter enim solubilibus existentibus his quæ circa clauem, impotentes sunt recipere motum sensuum. Ex Aristotele in Physiognomicis. Obstructæ claves, aut sensus aut actionis vim nullam ostendunt; Polemon, & Adamantius. & in figura stupidi, vel insensitui, ei claves dant complexas. Albertus ex his: Cum inferior pars circa gulam, quam iugulum appellant, ad humeros & pectus conclusa complexaque est, tarditatem sensuum & stoliditatem significat, talesq; ad artes mechanicas minime apti. Idcirco Zopyrus physiognomon,

se hominum mores naturasque ex corporis oculis, vultu, fronte pernoscere profitebatur, stupidum esse Socratem & bardum dixit, quod iugula concaua non haberet, & obstructas eas partes & obturatas dicebat: addidit etiam *mulierosum*, ut Cicero libro De fato scribit.

*Apertæ claves.*

Apertæ claves effeminatum hominem ostendunt. Polemon & Adamantius. Cum iugulum longe ab humeris separatum, fuerit latum, & extensum, animi denotat imbecillitatem. Albertus & Conciliator.

*Claves bene solutæ.*

Quibus autem quæ sunt circa clauem colli, bene solubilia sunt, sensibiles habentur; nam solubilibus bene existentibus his quæ circa clauem, facile motum sensuum recipiunt. Sed Aristoteles in Physiognomicis per motum sensuum, intelligit spirituum sensitiuorum, qui menti seruiunt, ex quibus homines fiunt intelligentes: Et leonem describens, solutas magis quam compactas claves ei tribuit. Polemon & Adamantius. Mensuratæ autem clauium aperturæ, hominem & prudentia & virilitate insignem ostendunt. Polemonis textus interim corrigendus, qui pro *ἀνδρῶν*, habet *ἀνδρογύνων*. Albertus, & Conciliator ab his eadem.


**N**unc de spina sermo habendus, quæ caput excipit, cuius pars postica, *ceruix* Latinis, *κράνιον* Græcis dicitur, & extenditur vsq; ad omoplatas. Aristoteles Animalium libro: Ceruix est locus, vbi caput flectitur; eius vtilitas est, vt ad dextram leuamque, antrorsum vel retrorsum, vertatur. Constat septem ossiculis vertebratis, orbicularibus, vt ad circumspectiones faciliores essemus.

*Crassa ceruix.*

Crassa ceruix supra collum, ignarum facit cū iniuria. Polemon. Sed Adamantius ait: Aspera ceruix, vt collum, &c. Mihi Polemonis textus integrior videtur, qui habet *κράνιον*, quam Adamantii, apud quem est *κράνιον*. Si ad experientiam conuerti licet, Cl. Cæsar optimis fuit ceruicibus, idemq; maxime ignarus. Antonia eius mater dicebat, eum portentum hominum esse, inchoatū à natura, non absolutum, ac si quem secordie argueret, stultiorem dicebat filio suo. Nero etiam obesa fuit ceruice, ex Suetonio,

*Inspice*

*Inspice à dextris obesam Neronis ceruicem.*



*Aspera ceruix, & spatularum vertebra supereminens.*

Quibus ceruicis vertebræ asperæ sunt, præ ceteris eos asperis moribus esse notabis. Vbi Polemonis textus truncus & mendosus est, ex Adamantio sic corrigendus: Quibus ceruicis vertebræ asperæ sunt, & illa spatularum supereminet multum, vbi per coniunctionem oritur collum, contumeliosi sunt. Sed vbi Polemon *επαυξένιον*, Adamantius *επαυξένιον*, id est, *ceruicem*, habet. Sed Adamantius corrigendus. Polemon iterum, in figura iniuriosi, ait: Quibus vertebrum iuxta colli confinium foras eminet, contumeliosifunt, & referuntur ad apros. Albertus: Inter coniunctionem spatularum, & ceruicis originem vertebra quedam eminet, neu cetera fibinet.

conueniunt; si interualla sunt ibi, & sic nodorum superficies aspera, tales superbi & insolentes esse solent.

*Ceruix & collum rotundum.*

In figura fatui improbi Polemon & Adamantius ponunt collum & ceruicem rotundam, sed fatis peruerse. Albertus rotundum collum animi & corporis virtutem notare dixit.

*Leonis caput sepius propositum non adducimus, si collum suis iubis vestitum, & humanam ceruicem ad illud comparatam vis considerare, illud adeas.*

*Ceruix pilosa.*

Qui ceruicem parte posteriori hirsutam habent, liberales sunt, argumento leonum. Aristoteles in Physiognomicis. Sed eius textus corrigendus: nam pro *λευθέριος*, legitur *λευθερός*, quum & alibi de leonis figura scribens, dixerit idem, Adamantius ab eo: Collum circa caput densis pilis obsitum, fortem & magnanimum notat.

*De spatulis, CAP. 29.*

**I**AM superiores partes omnes thōrace tenus, quid de moribus prælagirent, declarauimus; nunc ad tertiam hominis partem deueniemus, scilicet thoracem. Philosophus Animalium libro, thoracem partem illam appellat. quæ à collo ad pudenda vsque procedit. Thorax ipse parte priore posterioreque constat. Nos à posteriori

re incipiemus: à ceruice vero omoplatæ se statim offerunt. Hæc duo lata ossa sunt, & à ceruice vtrimque ad humeros tendunt. Celso *scopula o-perta* dicitur, Græcis *ἀμοκλάται*, hæc ad nonam à ceruice costam finiuntur, humeros latos triangulari forma efficiunt, & à ceruice veluti mollibus iugis demissæ sunt. Ab aliquibus *spatula humeri*, & in animalibus *armi* dicuntur.

*Lata, magna, & distantes spatula.*

In figura animosi, latas spatulas ei tribuit Aristoteles, & magnas. Polemon & Adamantius in figuravirilis, omoplatas in latitudine distentas, adscribunt: quod Polemon in animoso etiam ab Aristotele mutatus est. Virgilio videntur robor significare:

*Talis prima Dares caput altum in prælia tollit,  
Ostenditq; humeros latos. Et alibi:*

*Hæc fatus; latos humeros subiectaq; colla, &c.*

Ab humeris latis Plato fuit appellatus. Primo fuit athleta fortissimus, postea appulit animum ad philosophiam. Refert Plurarchus in illius vita, cognomentum id ei impositum propterea, quod cum apud Aristionem Argiuum pugilum magistrum exercendo corpori operam daret, & robustiori valetudine humerorumque latitudine ceteris suis condiscipulis longe præstaret, eiusmodi inde appellationem sit consecutus. Tiberius Cæsar latus fuit humeris, & pectore cæte-

risque membris vsque ad imos pedes æqualis & congruens.

*Spatula sursum elata.*

In figura inuerecundi Aristoteles tribuit ei spatulas multum eleuatas.

*De dorso, CAP. 30.*

**D**ORSVM ceu carina quædam compactum est, totamque corporis molem firmiter fulcit, & in vtramuis partem agit, & contorquet. Constat ossibus quatuor, & viginti septem à ceruice vsque ad omoplatas, vt diximus; ab his vsq; ad extremas costas numero duodecim. Hæc pars pone pectus est, & metaphrenum dicitur; ab extrema hac costa quinque sunt aliæ vertebræ lumbos constituentes, omnium maxime ac crassissimæ. Philosophus Animalium libro ait: Natura homini dorsum carinæ instar, ac fulcri machinata est. illius enim ope recti consistimus. Græcis, *ὄστρον* est.

*Magnum & robustum dorsum.*

Quibus dorsum ingens ac robustum, anima fortes sunt, & referuntur ad masculos. Aristoteles in Physiognomicis. Dorsum latum & robustum, animo sitatis & generositatis est signum. Polemon, & Adamantius. Sed prior in figura animosi, dorsum ei latum donat. Gemebundus Hercules apud Sophoclem, ait:

*ὄ δόρσα, ὀπείτερα*

*Angustum*

*Angustum & imbecille dorsum.*

Quibuscumque dorsum angustum & imbecille, molles sunt, & referuntur ad feminas. Ex Aristotele in Physiognomicis. Sed Polemon & Adamantius, forma ab hac contraria (id est, antedicta) contrarium iudicabunt, scilicet dorsum angustum & imbecille, timiditatis & imbecillitatis esse signum. Ad Alexandrum vero scribens philosophus ait: Subtilitas tergi, discordantis naturæ (puto malignæ) idque fortasse dixerit, referens ad dorsum simiæ, & felis; nam angustum & imbecille dorsum habent.

*Macilentum dorsum.*

In figura ingeniosi, Aristoteles tribuit ei dorsum non carnosum.

*Dorsum pilosum.*

Qui dorsum pilosum habent, asperi sunt, & referuntur ad bestias. Alii textus inuerecundos habent *ἀναιδέως*. Sed melius *asperis*: nam beluæ potius asperæ & immites, quam inuerecundæ sunt. Aristoteles in Physiognomicis.

*De metaphreno, CAP. 31.*

**G**ALENVS eo libro qui De interioribus inscribitur, ait: Pectoris imum, quod est conterminum stomacho, phrenon à veteribus appellatur. Diaphragma est membrana diuidens (spiritualia à naturalibus, à phreno ad postremas

costas intus iungitur: vnde metaphrenon ea est posteriorum pars, quæ phreno opponitur, Græcis *μετὰ φρενον*, hoc est, *post phrenum*. Aquilibus subscapilium dicitur: quia sub scapulis constituitur. Ea pars constat à cervicis sine vsque ad lumbos, duodecim, vt diximus, vertebriis constans. Pomponius Gauricus inerudite apud Adamantium pro metaphrenum scapulas transfert.

*Hic viri & mulieris figura, primo libro descripta, consulenda est. Illa enim huic muneri deseruit.*

*Bene carnosum, magnum, & articulatnm metaphrenum.*

Quicumque metaphrenū habent magnum, bene carnosum, & articulatnm, animabus fortes sunt, & referuntur ad mares. Sed textus Aristotelis in Physiognomicis corrigendus est. nam habet *ἀσθενος*, cum dicere deberet, *εὐραξ*. *αα*; nam bene carnosum apud ipsum auctorem intelligendum est mediocriter, & quantum debet esse carnosum, vt bonum sit. Polemon, & Adamantius: Metaphrenum quibus est robustum, optimum est signum. Idemque in figura fortis metaphrenum ei robustum adscribunt. Albertus: Dorsum latum, & solidum virile est.

*Macilentum, inarticulatnm, & imbecille metaphrenum.*

Qui habent metaphrenum imbecille, non carnosum; & inarticulatnm, animabus sunt molles,

les, & referuntur ad feminas. Aristoteles in Physiognomicis. Sed Polemon habet: Quibus imbecille, & paruum, Adamantius, & gracile metaphrenū, timidi & pusillanimi sunt. Albertus: Dorsum iam dicto contrarium, muliebri assignatur generi.

*Latum metaphrenum.*

Latum metaphrenum magnanimitatem ostendit. Polemon, & Adamantius, Ego ad leones referrem, quia Aristoteles in figura virilis, leoni, cui magnanimitas adscribitur, metaphrenum latum tribuit, vt eo loco videre est.

*Carnosum metaphrenum.*


Caro multa superaucta metaphreno, sensuum indicat egestatem. Polemon & Adamantius.

*Macilentum metaphrenum.*

Si vero pauca metaphreno excreuerit caro, fatuitatem indicat. Polemon & Adamantius,



*Præfens equi & viri figuris ostendendis, facit proposita tabella, ut supinum metaphrenum oculis subiiciat.*



*Erectum metaphrenum.*

Quicumque metaphrenum erectum habent, gloriosi sunt & insipientes, & referuntur ad equos. Aristoteles in Physiognomicis, Suetianus interpretatur, *metaphrenum supinum & concauum*; & eiusmodi molles esse & dementes dicit, ut equos, qui metaphrenum cauum habent, & coitus tempore insaniant. O indignam tanto philosopho interpretationem, & declarationem! Erectum habet metaphrenum pauo: nam elatam ceruicem etiam habet, & inrer alites tum intellectu, tum gloria excellit. Gemnantes laudatus expandit colores, aduerso maxime sole; quia sic fulgentius radiant. Simul-

mul umbrę quosdam repercussus cęteris, qui in opaco clari micant, conchata quęrit cauda, omnesque in acruum cōtrahit pennarum, quos spectando oculi exhilarantur. Plinius: Pauo erecto pennarū flabello seipsum miratur, ac si quis cum laudauerit de pulchritudine, ambiciosus se geret; si verb reprehenderit, cauda recondita calumniatorem odio sibi esse testabitur. Oppianus.


*Valde curuum metaphrenum, humeri ad pectus contracti, & corpus effractum.*

Si autem ad hæc, quę supradicta sunt, corpus effractum fuerit, & lucricupidus erit, Adamantius. Sed Polemon addit peruersum & inuidum.

*Metaphrenum mediam inter conuexum & curuum.*

Quoniam neque curuum vehementer oportet esse, neque concauum metaphrenum, medium erit bene formatum, Aristoteles in Physiognom. Hanc medietatem inter vehementer curuum & conuexum explicant Polemon & Adamantius. Placide autem teres metaphrenum prudentem, gratiosum & iucundum ostendit.

*Viri dorsum auium pilis obsitum, ut intueri queat quisque, ob oculos ponere libuit.*



*Metaphrenum pilosum,*

Quibuscumq; humeros & metaphrenum pilis densari inspexeris, tales auius similes putabis: nam alta consilia & cogitationes habent. Polemon & Adamantius capite, de pilis.

*De Gibbis, CAP. 32.*

**V**bi deficiunt omoplatæ in dorso, aut metaphreno, fit gibbus, & armi tument; idq; aut defectu naturæ, aut nutricum indiligentia, dum infantes adhuc molles ambulare cogunt, & inepte sustinent, tunc enim os omoplatæ in inferna parte satis debile. facile cedit immoderato motui, & sursum erigitur prominetque, & musculus se attollentibus locum præbet.

*Dorsum*

*Dorsum gibbum.*

Gibbosus homo, nequaquam bonus, nisi id ex mollitie eueniat, cæteraque adfuerint signa; Polemon & Adamantius. Sed Michael Scotus: Gibbositas significat hominem sagacem, ingeniosum, fallacem, maliosum, & multæ memoriæ. Apud me omnes mutili improbi sunt, & pessimi omnium gibbosi; quum Naturæ error sit circa cor, totius corporis principium,

*Pectus gibbum.*

Gibbositas in anteriori tantum parte, duplicis animi hominem, & plus simplicem quam sapientem notat. Scotus.

*De costis, CAP. 33.*

**C**OSTÆ communes partibus inferioribus superioribusque octonæ sunt, ex Aristotele; in Animalium libro. Dictæ sunt costæ, quod interna custodiant, vel quia simul constant. Hæ sunt spiritualium partium munimentum. Comprehendunt anterius quodcumque est à clauibus vsq; ad cartilaginem quæ scuti formam habet; posterius vero totam costarum compositionem, quæ à ceruicis vertebris protenditur.

*Bene costati.*

Qui robustis costis sunt, fortis animi sunt, & referuntur ad masculos. In figura iracundi eum bene costatum facit; & in figura fortis; ossa, &

**T**

costæ, & extrema corporis fortia & magna adscribit Aristot. in Physiog. In figura fortis Polemon & Adamantius: Articuli, & latera fortia & robusta. Sed Polemon in figura iracundi bene costarum posuit. Rotophanis Magnesi (qui eadem die lucta pancratioque victor Olympiis euasit) sub Hadriano rursus detecto cadauere, os vnum perpetuum a iugulo ad illa, costarum loco, inuentum est. Ouidius de Hercule loquens:

*Aut laceros artus, aut grandia detegit ossa.*

*Male costati.*

Qui vero nõ bene costati, molles sunt secundum animam, & referuntur ad feminas. Aristoteles in Physiogn. Latera gracilia imbecilliaq; formidinem & imbecillitatem arguere, inquit Polemon & Adamantius. Costarum gracilitas earumdemque imbecillitas, cordis & animi imbecillitatem innuunt. Rhafes, Albertus, & Conciliator.

*Exiles costæ, & vacuæ.*

Latera valde gracilia, & vacua, pusillanimitatem, malignitatem, & voracitatem arguunt; Polemon, & Adamantius. Sed in Polemone transpositum est, vbi de ventre loquitur; quod ab Adamantio optime animaduersum est, & suo loco insertum.

*Tumida & inflata costæ.*

Quorum latera turgidiora & veluti inflata sunt,

sunt, loquaces & stultiloqui habentur, bouum & ranarum argumento. Polemon & Adamantius: Circumlata latera, & in tumoris speciem plena, nugacitatem & nequitiam arguunt, Conciliator bibaces etiam esse dicit.

*Carnosæ costæ, & duræ.*

Latera carnosæ, & dura, disciplinis inhabilem arguunt. Alibi: Carnosæ costæ ruditatis signum; Ex Polemone, & Adamantio. Rhafes: Costarum latitudo, & in ipsis carniū multitudo, stoliditatem declarant. Albertus latera carnis referta, iis duris; indocilem hominem ostendunt. Qui tamen hoc cum superiori significatione confundens, ranis tribuit.

*Non carnosæ costæ.*

In figura ingeniosi, Aristoteles tribuit ei costas non carnosas, à contrario iam supra narratæ signo.

*De lumbis. CAP. 34*

OMNIVM maximæ & crassissimæ sunt quinque lumborum vertebræ, & angusto foramine magnam medullam continent. Lumbi dicuntur à cinctura vsque ad renes. Hæc est sedes luxuriæ. In sacris literis legitur: Sint lumbi vestri præcincti. Et Ægyptii, vt Orus in Hieroglyphicis testatur, hominis statum conditionemque innuere volentes, lumbum, aut spinæ

dorsi ossa pingunt. Sunt enim qui dicant hinc semen effluere. E regione ventris consistunt, & in concumbendo maxime laborant. Persius:

-- cum carmine lumbum

*Intrant, & tenero scalpuntur vbi intima versu.*

*Validi & ossei lumbi.*

Lumbi ossei validiq; virilitatem significant. Polemon & Adamantius.

*Parui, & imbecilles lumbi.*

In figura timidi, Aristoteles tribuit ei lumbos paruos & imbecilles. Sed Polemon & Adamantius lumbos longos dicunt. vbi notandum Polemonis textum corruptum; habet enim *ὀφθαλμοὶ* pro *ὀσφύς*.

*Carnosi lumbi.*

In figura rudis, Aristoteles tribuit ei carnosos lumbos.

*Carnosi & molles lumbi.*

Carnosi lumbi & molles effeminationem indicant. Polemon, Adamantius, Albertus, spinam vocat. Spinæ pars inferior si latis iacet natibus, & molli carne circumdata, effeminatum ostendit.

*Acuti lumbi.*

Lumbi in acutum tendentes, mulierofus, intemperantes, & timidos ostendunt. Ex Polemone & Adamantio. Albertus: Si hæc pars prolix

lixa definit in acutum, intemperantiam ostendit, timiditatem, & libidinem.

*Tremuli lumbi.*

Duplices ambulationes lumbos tenentes cinnædo adscribit Aristoteles in Physiognomonicis in sua figura. Ego suspicor labem in codice: nam non *κρυπτός*, sed *κροτούχος* id est, *strepitum facientes*, legendum est, vt de genibus dixit. Polemon & Adamantius in eadem figura tremulos dixerunt. Polemon vbi de collo loquitur, dicit: *lumbus clamans*: Adamantius: *lumbus mouetur*. Qui enim lumborum motu vehementer vtuntur, vt etiam qui equitant, fluentiore corpore præparatoque ad concumbendum euadunt, & caloris agitationisque causa eodem afficiuntur modo, quo per coitum, & libidinosiores sunt, vt Aristoteles in Problematis ait. Sic enim textrices, quia frequenter lumbos mouent, etiam lasciuiores euadunt.

*Teretes & graciles lumbi.*

Qui medio ventre mediocriter graciles sunt, venationis studiosi sunt, argumento leonum & canum. videbit enim vtique quis, & canes ferarum amatores lumbis succinctos esse. Sed antiqua translatio huic contraria est, ait enim: Qui lumbosi sunt, ferarum amatores, & potius *ὀϊζυνοί*, quam *οἰζυνοί*, legendum, vt habet Aristoteles in Physiognomonicis, & potius succinctos, & graciles, quam lumbosos interpretandum; & philo-

teri canes lumbos habent oblongos, duros, graciles, nervosos, teretes, & mediocriter magnos, Albertus dorsi & lumborum signa confundens, ait; Qui incurvum habent dorsum, præsertim in molle carne, & quæ iuxta ilia angusta sit, tamquam succincti, in omni opere præcellunt, & præcipue venationis studio.

*De Humeris, CAP. 35.*

**H**UMERI sunt, è quibus brachia pendent, ii & armi dicuntur, pro re dicti. nam eis arma dependent, ait Festus; nunc vsus obualuit, vt brutorum etiam armi dicantur.

*Robusti humeri.*

Robusti humeri robustos mores significant; Adamantius. idemque & Polemon forti tribuerunt robustos humeros, & iracundo latos. Sed corrigatur interim Adamantii textus. ait enim: Venter latus, & humeri vacui, robustæ spatulæ, legendum enim: *Venter latus, & vacuus. humeri robusti, & spatulæ.* Conciliator addit, *carneosos*; quod quidè in Græcis codicibus non reperitur. Cicero de bobus loquens, ait; terga eis esse data, humerorum vires, & latitudines, ad aratra extrahenda. Leo humeros, vt Aristoteles scribit, validos & robustos habet. Leodamas ex forma humerorum Vlyxis, eius fortitudinem arguit, aitque apud Homerum:

*-- quantum suris, humerisque torisque,*

*Colligere est, non segnes, inersque.*

Et

Et Vlyxes increpans Laodamantem ait:

*-- si membra tibi dant grandia Parca;*

*Inarticulati, & imbecilles humeri.*

Quibus humeri imbecilles & inarticulati, animabus fortes sunt, & referuntur ad feminas, ex Aristotele in Physiogn. Sed Polemon & Adamantius inquirunt: Vacui humeri effeminatorum & timidorum sunt. Conciliator: Articuli indiscreti, & nodi, ad stultitiam sunt. Sed huiusmodi humeros ipse habebat, qui adeo stultus est, vt neque ab aliis recte transcribere sciat.

*Male soluti humeri.*

Quibuscumque humeri difficulter soluti, conuulsi sunt, illiberales; & referuntur ad apparentem conuenientiam, & vt dixit Muricenus, ad apparentem morem. nam auari, qui dare nolunt, humeros contrahunt constringuntque. Conciliator ad verbum.

*Humeri laxi.*

A contratio signo, Albertus laxos humeros infirmitatem & timiditatem significare scripsit.

*Soluti humeri.*

Quibuscumque humeri bene soluti sunt, hi secundum animam liberales sunt, & referuntur ad apparentiam; quia conuenit apparet

T 4

formæ liberalitas. Aristoteles in Physiognomicis, & per communem regulam id probauit. Bene constitutæ formæ virtus; male vero ordinatæ vitium: sic apparenti formæ & bene constitutæ liberalitas conuenit; male autem constitutæ, illiberalitas. Potest etiam id signum ad leonem referri, qui humeros, & vniuersum corpus bene solutum habet. Muricenus philosophus ad apparentem morem refert. nam liberales in dando humeros soluunt. Sæpe me vidisse meminisse in turremibus, dum nudi remiges agebant remos, quod qui bene solutos & articulatos humeros habebant, præ cæteris fortiores habebant. Clare id etiam in pistioribus obseruauit, dum triticeam massam pugnis subigunt, qui quanto cæteris solutiores humeros haberent, eò fortiores erant. Sæpius, illustrissime Princeps, tuos solutos humeros admiratum me esse recordor, qui ambulando leniter quatiebantur.

*Ampli, distantes, nec soluti, nec colligati humeri.*

In figura fortis viri Aristoteles in Physiognomicis perfectam describens humerorum formam, ait: Humeri ampli & distantes, non valde colligati, nec omnino soluti, fortium sunt,

*Pingues humeri.*

Pingues humeri nullo modo laudantur, ex Polemone, & Adamantio. Albertus satis crasse ait: Crassi humeri & solidi, virtutem ostendunt.

*Extenuati*

*Extenuati, & acuminati verticis humeri.*

Graciles & acuti humeri pessimorum morum sunt, Polemon, & Adamantius. Conciliator insidiosos dicit. Albertus: Tenuis & in acutum e-  
recti humeri insidiosos ostendunt.

*Graciles & colligati humeri.*

In figura ingeniosi Aristoteles in Physiognomicis tribuit ei, quæ circa collum & humeros graciliora & colligata,

*Eleuati humeri.*

Eleuatio humerorum est signum asperitatis naturæ, & infidelitatis. & in idea rudis ei humeros largitur sursum expansos, Aristoteles in Physiognomicis.

*Humeri pilosi.*

Ad Alexandrum scribens Aristoteles ait: Multitudo pilorum super utroque humero, significat stultitiam & fatuitatem. In Physiognomicis vero: Qui humeros pilosos habent, numquam in eodem perseuerant. Et ad aues refert. Polemon & Adamantius, capite de pilis: Quibuscumque humeros & metaphrenum pilis densari inspexeris, tales a uibus similes putabis. nam alta consilia & cogitationes habent. Socrates pilosis humeris fuit, & ipsemet vxoribus suis de ipso iurgantibus dicebat, se esse fœdum & deformem, simis naribus, recalua fronte, pilosis humeris, repandis cruribus, vt Hieronymus ad Iouinianum refert. Iuuenalis ad id:

*Hispida membra quidem, & dura per brachia feta,  
Promittunt atrocem animum,*

*Auiculari humeros pilis obsitos, require folio 157.*

*De Pectore, CAP. 36.*

**P**ECTVS à collo priorem obtinet situm; in  
mammas utraq; sui parte extuberat. Pectus  
quatuor partibus terminatur, incipiens à iugulo,  
desinit in aluum, & duobus lateribus concluditur.  
Dictum pectus, quod pectus sit inter  
mammas.

*Magnum pectus.*

Quicumque vero pectora magna & articulata  
habent, animo fortes sunt, & referuntur ad  
marem. Et in figura fortis, tribuit ei pectus am-  
plum & carnosum, non vere carnosum, sed ossi-  
bus compactum. & leonem describens ad quem  
refert, ait, pectore valido, & robusto, *περὶ στήθος*, quod  
Suessanus male, *iuvenile* interpretatur. Pole-  
mon, & Adamantius ab eo: Pectora ingentia &  
fortia laudato, quia robustitatem significant. &  
in figura fortis, tribuunt ei pectus & metaphre-  
num robustum. Galenus, esse amplum pectus  
oportet, ait. non latum aut longum, sed amplū  
intelligit, per latum, profundumque diuisione,  
pectus, collum, & vnumquodque membrum.  
Albertus, & Conciliator hanc Galeni pectoris  
diuisionem ignorauit. ait enim: Pectoris latitu-  
do hominis est propria: at pectus latū est, cuius  
ceteræ partes latæ dispositæ existunt. Ait Auicenna

cenna, quod calidam complexionem sequatur  
pectoris amplitudo, & extremitatū, & ipsarum  
complementum in quantitate earum. Vegetius  
tirones lato pectore eligit. Martem robusto pe-  
ctore fuisse figurant Poëtæ, ob eximiam eius for-  
titudinem & ferociam in bello. ideo obsceni  
carminis auctor.

*Nema est forti pectorosior Marte.*

Et gemens Hercules apud Sophoclem ait:

*O pectora, ô terga!*

Et Achillem Græcorum fortissimum pectoro-  
sum fuisse memorant historiæ Daretis Phrygii,  
Lato fuit pectore magnisque la certis Mahome-  
tes Secundus imperator Turcarum, & eximio  
fuit corporis robore præditus, ad omnia prom-  
ptus, audax, & bellator egregius & inuictus.

*Gracile & imbecille pectus.*

Imbecille pectus, ut ait Polemon (sed Ada-  
mantius addit, & gracile) animi pusillanimita-  
tem & timiditatem indicat. Iidem in figura im-  
becillis, imbecille pectus ei adscribunt. Conci-  
liator Auicennæ auctoritate, tale pectus frigidita-  
tem indicare scribit. Albertus tenue pectus,  
imbecille & inualidum notare dixit.

*Latum pectus, & humeri magni.*

Latitudo pectoris, & humerorum grossities,  
& tergi, significat probitatem, audaciam, & re-  
sistentiam intellectus, & sapientiæ. Aristoteles  
ad Alexandrum.

*Angustum pectus, & mediocris venter.*

Mediocritas ventris, & pectoris strictura, significat altitudinem intellectus, & boni consilii. Aristoteles ad Alexandrum.

*Carnosum pectus.*

Valde carnosum pectus Polemon & Adamantius rudem & timidum ostendere scribunt. Cōciliator ait significare ingratos; quod nescio unde excerpfit, nisi ex suis optimis cōciliis. Albertus: Pectus multis carnibus congestum, indociles & ignauos demonstrat.

*Mediocritas pectoris, & tergi æqualitas.*

Mediocritas pectoris, & tergi æqualitas signum est optimum & probatum. Aristoteles ad Alexandrum.

*Erubescens pectus.*

Quibus est flammeus color circa pectus, sunt difficilis iræ: & ad passionē refertur; iratis namque superaccenduntur ea, quæ sunt circa pectus; Adamantius vbi de colore loquitur, ait: Pectora rubra existentia, feruere intus iram ostendunt, quod ab Aristotele, vt prius diximus, excepit. Albertus: Pectus rubore obductum, iracundia inflammatum virum ostendit.

*Pilosum pectus.*

Pectus ipsum secundum seipsum densis pilis confutum; callidi consilii hominem, & magnam notat; Polemon. sed Adamantius non magni, sed duplicis animi dicit: iis enim, qui tempe-

temperamento calido sunt & humido, circa pectus, lacertos, spinam, ac deniq; per totum corpus multi pili generantur: nam pilorum copia, roboris & virilitatis est indicium. Pudēda, quorum partes sunt calidæ & humidæ, multis pilis circumdantur. Item quibus exempti sunt testes; ii glabri fiunt, & si prius erant hirti. ob id *spadomes* appellauit antiquitas.

*Pilosum pectus, & venter.*

Multos habere pilos in ventre & pectore, declarat horribilitatem, & singularitatem naturæ, & diminutionem apprehensionis, & amorem iniuriarum. Aristoteles ad Alexandrum. In Physiognomicis vero: Qui circa pectus & aluum nimium pilositas habent, in eisdem operationibus numquam perseverant, & ad aues referuntur; quæ pectus, & aluum pilosissimam habent. Polemon: Pectus, & aluus, quæ multa pilatura redundat, mente leues, instabiles, & imbecilles notat. Sed Adamantius non imbecilles, sed luxuriosos dicit. ob id labem suspicor in Polemone. Albertus: Venter, & pectus nimio pilo obseptum, leuem & instabilem dicunt, id monstrauere aues, quæ sunt sine religione & pietatē.

*Glabrum pectus.*

Qui pectora valde lenia habent, inuerecundi sunt, & ad mulieres referuntur. Aristoteles in Physiognomicis. Suesiani interpretatio non



*inuerecundos, sed asperos* habet, satis insulse. nati mulieres inuerecundæ; non asperæ sunt. Galenus glabrum pectus frigidam naturam arguere dixit; nã calor est qui pilos creat; ob quã causam etiam eunuchis defunt. Læue autem corpus veluti multo constipatum frigore est; algorem committatur densitas; densitatem vero læuitas. Auerroes depile corpus frigidam cordis notare complexionem; ac timidos dicit. Aristoteles in physiognomoniam iracundi; & Polemon, tribuunt ei leuitatem circa pectus & inguina. Albertus: Nuditas pectoris, & paucitas pilorum cordis notat frigiditatem.

*Mediocriter pilosum pectus.*

Quoniam pectus neque valde pilosum, neque læue esse oportet, medius utique habitus est optimus. Arist. in Physiogn.

*De Mamillis, CAP. 37.*

**M**AMILLIS laxior contextus corporis est; vberum apex papilla est, per quam feminis lac emittitur; supra pectus existunt, ut Aristoteles Animalium libro scribit.

*Mamilla dependentes, pectore amplo & macilento.*

Quibus mamillæ dependent, pectore amplo & carne vacuo, scortatores & ebriosi sunt. Polemon & Adamantius. Sed hi de maribus loquuntur. Conciliator autem de feminis. Quibus ab-

esse

scissæ à pectore sunt mamillæ & magnæ, sunt inertes & vinolætæ. sed suum Albertum sequutus, inquit: Quibus mamillæ dependent molli carne circumdatæ, effeminationem, vinolentiam & intemperantiam designant. Polemonis textus mendosus est. De his Martialis loquitur:

*Aut tibi pannosa dependent pectore mamma.*

*Mamilla parua, & extenuata.*

Mamillæ paruæ & extenuatæ, imbecilles notant. Conciliator.

*Mamille mediocres.*

Mediocriter magnas mamillas, & plenas, & molles, perfectam complexionem ostendere scribit Conciliator, Galeni auctoritate.

*De ventre. CAP. 38.*

**V**ENTER, ut Aristoteles Animalium libro ait, infra pectus est, in parte priore; eius radix umbilicus est. Græci κοιλίαν vocant,

*Amplus & concauus venter.*

Quibus ea quæ sunt circa ventrem, pingua; bene fortes sunt, & referuntur ad maculos. Aristoteles in Physiognomicis. Sed per ea, quæ sunt circa ventrem, latera, pectus & lumbos intelligit; & per pingua, magna; quæ notæ sunt fortitudinis. Idem in figura fortis, tribuit ei ventrem magnum & in se contractum: Polemon & Adamantius in eadem.

figura ventrem latum, & cōcauum. Conciliator carnosus, quæ circa ventrem, conferre ad fortitudinem ait.

*Magnus, carnosus, mollis, & dependens venter.*

Qui habet ventrem magnum, iudicandus est stolidus, superbus, & luxuriosus, Aristoteles ad Alexandrum. Venter concauus & carnosus, si quidem mollis fuerit, & pendeus; sensuum hebetudinem, ebriositatem, & intemperantiam arguit, Polemon. sed Adamantius, venter magnus, non concauus dicit. Idem in figura rudis, cum ventricosum depingunt, & fatuum improbum, vt sit vitiorum vsquequaque plenus, similiter ventricosum. Galenus ad Thrasylbulum: Crassiuenter non erit subtilis intellectus. Albertus: Qui magnum ventrem habet, indiscretus, stolidus, superbus, & luxuriosus est. Rhafes: Ventris nimietas, libidinis declarat nimietatem. eadem ab eo Conciliator. Plinius: Minus solertes quibus obesissimus venter. Albertus: Ventris spatium multa carne & solida vestitum, si quidem nimia sit comparatione quantitatis stature, malitiosum quidem, non autem voracem & luxuriosum notat. Æsopus ventricosus fuit, vt à Maximo Planude describitur. Nero prominulo fuit ventre, cuius fuerat efferata libido, sic etiam Pertinax, vt à Suetonio narratur. Plautus suum lenonem facinorosum, inter alias notas etiam ventri-

ventricosum facit. Sic etiam in sua Asinaria Leonidam aliquantum ventricosum.

*Macilentus venter.*

Quibus autem ea quæ sunt circa ventrem, non sunt pingua, molles; & referuntur ad indecentiam. Nam decentia est, vt sit magnus; ad hoc, vt calor circumstans magnus & fortis sit, qui est roboris fundamentum.

*Durus venter.*

Venter si dura carnē compactus sit, gulositatem & ruditatem demonstrat; Polemon. sed Adamantius non ruditatem, sed versutiā dicit.

*Mollis venter.*

Ventrem molliorem, & depressoerem; animi magnitudinem & virtutem Albertus notare dicit, ex Loxo.

*Mediocris venter.*

Mediocritas ventris, cum strictura pectoris decenti, altitudinem, intellectus & bonum consilium testatur; Aristoteles ad Alexandrum. Ventres vacui animi bonam valetudinem, & mentis altitudinem significant; Polemon & Adamantius. Corrigendus est textus Polemonis, qui pro animi valetudine, agritudinem conuertit. Sfortia fuit ventre adeo restricto, & castigato, auctore Iouio, vt angustissime cingeretur, fuitque dux fortis & animosus. Sed quid pilosus venter significet, supra iam proximo capite declarauimus. Albertus eadem, quæ Aristoteles.

**P**ECTORI subditam ventris planitiem medi-  
am fere umbilicus non indecenti nota signat.  
*Spatium ab umbilico vsque ad pubem, maius, quam  
ab umbilico ad pectoris imum.*

In Problematis Aristoteles ait: Qui partem  
umbilico subiectam habent maiorem, quam su-  
periolem pertinentem ad pectus, vita breui, im-  
becillisque viribus sunt. Ratio est, quod venter  
ob suam breuitatem frigidus est: nam cum par-  
uam obtineat concoquendi vim; ad excremento-  
rum redundantiam aptissimus est. morbis et-  
iam nimium patent, qui tali ventre constiterint.  
Conciliator ab eo: Cum ea, quæ sunt ab umbili-  
co deorsum vsque ad fundamentum, maiora fu-  
erint his quæ sunt ad pectus, hos imbecilles &  
breuis vitæ existimato.

*Ab umbilico vsque ad pectoris imum, maius quam  
ab imo pectore ad iugulum.*

Quicumq; autem maius habent quod ab um-  
bilico vsq; ad extremum pectoris, eo quod est ab  
extremitate pectoris vsq; ad collum; voraces sunt  
& insensibiles; voraces quidem, quia ventrem  
magnum habent, quo appetant cibum; insensi-  
biles autem, quia angustum locum habent sen-  
sus, atque in arctum redactum ab eo, qui recipit  
cibum; ita vt sensus grauati sint, propter com-  
plexionem ciborum, aut indigentias. Et iterum in-  
figura

figura comedonis, ait eos esse, quibus id quod  
est ab umbilico ad pectus, maius est quam quod  
inde est, vsq; ad collum. Polemon, & Adaman-  
tius ab eo hæc habent: Quibuscumque ab um-  
bilico vsq; ad imum pectoris maior commensus,  
quam hinc vsque ad coniunctionem colli; gulo-  
si, & esuriones. Polemonis textus accommodan-  
dus est: nam *μικρὸν* corrigendus, *ἀνευ*, id est, à sum-  
mo, vt habet Adamantius. Albertus, si spatium  
ventris vincit spatium superius, erit fornicator,  
& voluptuosus. Sed has diuisiones ipse non in-  
tellexit; quippe totius corporis duas facit: sed  
spatium ventris intelligendum ab umbilico vsq;  
ad imum pectoris.

*Ab umbilico ad pubem, & ab umbilico ad imum pe-  
ctoris, & hinc ad iugulum æquale.*

His maxime consonum videtur, vt in quibus,  
facta dimensione, æqualis fuerit pars, quæ umbi-  
licum & pudenda interiaret, & pars, quæ umbi-  
licum & imum pectoris, & ea, quæ imum pecto-  
ris & gulam, vt tripartita dimensio sit, id perfe-  
ctam animi virtutem & corporis optimam ha-  
bitudinem denunciet: quod etiam à Conci-  
liatore comprobatur. Albertus ex Philemo-  
ne (sed puto ex Polemone, quod abest.) Me-  
tiendum est spacium, quod est ab umbilico in-  
ferius vsque ad imum pectinis, & spacium, quod  
est ab umbilico vsque ad colli initium in furcu-  
lis; hoc enim in bene exteso homine secundum.

naturam est æquale, & si quidem æquale est, significat laudabilem & animi virtutem, & corporis dispositionem. Sed ignorauit, vt diximus, veram dimensionem.

*De Pudendis, CAP. 40.*

**O**MITTENDA hæc fore iudicaueram, quæ apud castas aures vix vlla eorum mentio fieri honeste possit, sine honoris præfatione; tamen quia ordo rerum conscribendarum hæc nobis obtrudebat, ne manca mutilaque hæc forent, necessaria nobis visa sunt, quæ vel breuiter declaremus. Galenus ex quatuor corporis partibus, quatuor proficisci affectus animi dixit; ex corde iram, ex cerebro ingenium, ex iecore lætitiã, ex verendis luxuriã. Inferior pars viri mulierisue *pecten* dicitur, in qua pili nascuntur. Est enim mutua partium corporis correspondentiã, vt oris scissio, & labiorum crassities vel tenuitas, mulierum naturæ & scissuram, & labiorum crassitiem, vel tenuitatem indicet; vt etiam nasus mutonem. Magnum *pecten* fortes demonstrat, & ad mares referre licet; vt pingue & molle imbecilles; ad feminas. Idem pilis valde densis, iisque vibratis; luxuriosum & fœcundum. Sic raris, gracilibus, & extensis pilis obseptum, neque luxuriosum, neque fœcundum ostendit. Magnum penem, durum & stolidum ingenium ostendere dicunt, ad asinos comparando; nam

inter

inter animalia asinus magno præstat mutone. Commodus Cæsar, vt Lampridius refert, habuit hominem, cuius penis mirum in modum prominebat, quem *asinum* appellabat; vnde viriliores *onobelos* vocant, quasi asini telum profertentes. Sic ad sinistram sui partem vergens masculorum, esse prolificum, quod semen in dextram mulieris vteri partem proiciat; ad dextram vero feminarum, medicorum consensus declarat; quod falsum esse deprehendi. Paruos testes maiorum morum dicit Conciliator, vt magni stolidum & inertem accusant, sed ego robur demonstrare contenderem, cum in testibus virilem vim inesse opinentur Philosophi; argumento, quod in eorum excisione mares effeminari contingat, ac ceu in feminarum naturam conuerti, quum tales & barba careant, & naturæ visobolis procreandæ facultate priuentur, nec virilis vocis vsum habeant, nec prorsus quam plurimis negotiis peragendis à femineo sexu discrepent; & vulgo iactatur: *Qui fortes sunt, magnos testiculos habent.* Præcipuum generationis organum sequitur vmbilici proportionem: vnde postquam ex materno vtero progressus est infans, diligenter præcidendus est illius vmbilicus, iusta longitudine eminentiæ. In feminis vero nimium, religatus, stantis progressu pariædi conatus restringere potest. Sic vulua, quæ intus laxa est, infatiables in coitu demonstrat, vt in ad-

olefcentulis videre est: inæqualiter iacens, libidinofam & loquacem. Et interstitium inter anum & vuluam exterius expositum, in coeundo insanas demonstrare innuit Conciliator.

*De Vlnis, CAP. 41.*

I AM ad quartam & vltimam corporis partem, deuentum est, scilicet ad duplex brachium, & crus. Aristoteles in suis Physiognomonicis de iis non loquitur: nam decoxis, & tibiis loquens, de vlnis intelligi iubet. & animalium libro ait: Crura cum brachiis communem incunt rationem: nam quibus breues cubiti, iis etiam femora breuia; & quibus pedes exigui, iis etiam parua manus.

*Vlnæ, brachia, & cubiti robusti & bene articulati.*

Vlnæ, & brachia robusta, & cubiti bene articulati, optimum hominem significant; Polemon. Sed Adamantius, vlnas, & brachia robusta & cubitos ipsos bene articulatos esse oportere, si probari velint, inquit. Aristoteles de tibiis loquens (quod etiam ad vlnas & brachia referendum admonet) ait: Tibiæ robustæ, articulatæ & neruofæ, anima fortes viros ostendunt, & ad masculinum genus referuntur. Hercules apud Sophoclem lugens ait:

*Opētorā, ô terga, o lacertorum tori!*

Id est, neruis, & eleuatis musculis plena. Laodamas ex Vlyxis corporatura vires præfagiebat, inquit apud Homerum:

*--- non segnis inersque*

*Hostes adest, quantum suris, bumerisq; torisq; &c.*

Cicero libro De senectute Milonis Crotoniatæ verba refert, qui cū iam senex esset, & athletas se curriculo exercentes videret, aspexisse laertos suos dicitur, illachrimansque dixisse: At hi quidem iam mortui sunt. Dares Phrygius depingit Achillem magna vi brachiorum præditum. Cæsar fuit teretibus membris, & fortis. Vespasianus compactis firmisque membris: ad expeditionem Iudææ ob suam strenuitatem fuit electus, vt à Suetonio describitur. Robustis artibus, ac toroso corpore fuit Georgius Scanderbegus, vt prægrandi ponderosoq; acinace, quo vtebatur medios hostes ad vmbilicum proscinderet, transuersos diuideret, & sæpe per ceruices integros cum humeris brachiorum artus facile detruncaret: quorum immanium vulnerum truculentiam audiens Mahometes Turcarum imperator, inusitatæ violentiæ gladium videre concupiuit, impetrauitque ab eo vt Byzantium mitteretur. Cæsar Borgia Dux Valentinus habile corpus habebat, validaque neruorum compage firmissimum, cuius artus reliqui ad decorē egregie correpondebant. Ad cunctas equestris & pedestris armaturæ, ludorumq; omnium exercitationes præstantissimus erat, in palæstra robustissimum quemq; prosternebat, & currētem in arena taurum vno machæræ ictu decollabat.

*Vlnæ, brachia, & cubiti exiles.*

Contraria prædictis erunt, (secundum Polemonem & Adamantium) vlnæ, brachia, & cubiti exiles; quæ imbecillis naturæ argumenta dixeris. Albertus: Tenues cubiti, imbecilles notant, confunditque præfens caput cum inferiori satis perplexe.

*Vlnæ valde carnosæ.*

Carnosiores vero vlnæ, disciplina & sensibus carentem arguunt; Polemon & Adamantius. In figura rudis Aristoteles adscribit ei, quæ sunt circa collum & brachia, carnosiora. Albertus: Cubiti pleni, rudes & indociles ostendunt.

*Vlnæ oblongæ vsq; ad genua.*

Quando vero protenduntur brachia intantum, vt manus perueniant ad genua, significant audaciam cum probitate & liberalitate; Aristoteles ad Alexandrum. Vlnæ si ita fuerint prolixiores, vt protensæ manus vsque ad genua perueniant; fortitudinis & caliditatis est signum; Polemon. sed Adamantius; fortitudinis & felicitatis. Rhafes: Cum brachia adeo fuerint oblonga, vt manus ad genua perueniant, sublimitatem animi, & arrogantiam, & regnandi cupiditatem arguunt: idque à cordis caliditate & humiditate prouenire dixit. Albertus (etsi extremitas medii digiti manus genua nō tangant, & deficiat mensura quatuor digitorum) humilitatem & fortitudinem denotare scripsit. Aristotelem

telem legimus exserto brachio fuisse. Alexander Magnus tales manus habuisse dicitur; & ob id audaciam cum probitate & liberalitate ostendisse. Artaxerxem Longimanum, quod dextram manum sinistra longiorem haberet, cognominatum esse ferunt; vnde Persarum regibus tum facilitate humanitateque, tum animi magnitudine præstitit.

*Vlnæ breuiores, adeo vt comedentes cogantur capite occurrere manibus*

Quando vero decurtantur brachia, signum est amantis discordiam & ignorantiam; Aristoteles ad Alexandrum. Breuiores vlnæ, vt ad genua nō perueniant, sed iis in comedēdo cogatur caput occurrere, maleuolos atque alienis malis gaudentes, & inuidos ostendunt; Adamantius. sed Polemon addit, *Pessimos, & malorū ministros*. In Petrea interpretatione omnia peruersa reperies. Rhafes: Curta brachia timidum hominem ac malitiæ amatorem innuunt. Idque ex superiori adducta ratione, scilicet ex frigiditate & siccitate prouenire dixerunt. Albertus: Cum autem prolixitas hæc ad femur definit, vel parum ante, maleuolos declarat homines, alienis malis gaudentes, qui inuidi vocantur; & quicumque cibos cum desiderio fumentes extendunt os, vt occurrat manibus, iisdem vitij obnoxii sunt. Sed confundit omnia.

*Brachia venosa.*

In figura luxuriosi, Polemon tribuit ei venas in brachio perpicuas.

*De manibus, CAP. 42. •*

**A**NIMALIVM libro summus Peripateticorum princeps, Manus, ait, partes sunt palma, digiti, & nodus: cum quo brachiale coniungitur. Pars interior manus, *vola*; exterior, *neruosa*, & *carnosa* dicitur.

*Manus magna, articulata, & nervosa.*

Vbi de pedibus agit Aristoteles in Physiognomicis, etiam de manibus intelligi voluit, cum communem simul ineant rationem; ob id magnæ manus, articulatæ, & nervosæ, robustos ostendunt, secundum ea, quæ sunt in anima. & refert eos ad masculinum genus. Et in figura fortis & animosi, tribuit utriusque extrema corporis fortia & magna; & per magna extrema non nisi manus, pedes, & similia intelligit. Polemon & Adamantius in figura fortis, etiam pedes & manus bene articulatas tribuunt. Sfortia habuit manum amplam, & prælongam, & digitorum compage adeo firma, ut ferream soleam rumpe- ret, & prælongam equestrem lanceam à calce sublata attolleret. Selimus Baiazetis filius lata manu, & teretibus membris fuit; fuit & bellator fortissimus, nullo vnquam labore aut corpus eius fatigari, aut animus debilitari poterat.

*Manus**Manus parue, graciles, & inarticulate.*

Idem eodem in loco de manibus etiam intelligens, ait: Paruæ manus & graciles, & male articulatæ, potius visu delectabiles quam robustæ, molles notant secundum ea quæ sunt in anima: & refert ad femininum genus. Idemque in figura imbecillis, imbecillia tribuit corporis extrema, & timidi manus describit graciles & longas; easdem quoque ab eo tribuunt ei Polemon & Adamantius.

*Manus delicata, & molles*

Nos, quæ carni Aristoteles & alii tribuunt, manibus tribuimus: quia reliquas corporis partes contectas portare solemus, & quisquis physiognomicam scientiam exercens, honestius manus contrectare poterit. Aristoteles in libro De animalibus ait: Duri carne, inepti mente; qui vero molles, ingeniosi. In Physiognomicis vero hæc habet, secundum Sueffani translationem: Caro dura & habituata naturæ, insensibilem significat; lenis autem & bene nata, & instabilem, nisi in forti corpore & habente extremitates duras hoc accidat. Sed hæc ex varia textus corruptione, tum Sueffani interpretatione, quid significant, vix conici potest; & Sueffanus dum sensum versionis accommodat, proh Dii immortales in quætas labitur ineptias! Verum textus ita accommodandus est: Caro lenis ingeniosum significat; dura quidem & boni habitus, (id est,

superflua) insensibilem, nisi id forti corpore & habente magnas extremitates hoc accidat. Et in figura ingeniosi: Caro humidior & mollior, non superflua, neque pinguis valde, & cutis subtilis, &c. Galenus & Rhases temperati corporis signum dant cutis subtilitatem. Polemon & Adamantius: Manus teneræ & molliores, optimi dicuntur esse ingenii argumentum. Et in figura ingeniosi dant ei carnem mollem & mediâ. Cuius rationem afferre tentabimus. Legitur in naturali historia quamplures fuisse, qui subtilitatem animi constare non sanguinis subtilitate opinati sunt, sed cutis aut corporum operimentis; & ob id magis, minusve bruta esse, ut ostreas, testudines, boum & suum terga. Sed Aristoteles secundo De anima scribit, hominẽ gustum præ cæteris animalibus certiorẽ habere: est enim gustus tactus quidam; & ob id, quia homo tactu præstantior sit, etiam ceterorum animalium prudentissimum esse. Vnde inter homines *σκληρότεροι* (id est, duri carnẽ) hebetes *μαλακότεροι*, (id est, carne molles) ingeniosi, nam qui huiusmodi carne constant, meliorem tactũ & ob id meliorem sensoriam facultatem obtinere, & inde melioris esse intellectus; quia sensuum bonitas dispositio est ad bonitatem intellectus: quia bonitas tactus ex bona sequitur temperatura, & bonam complexionem sequitur nobilitas animæ, ut sæpius diximus. Vnde quibus præstan-

præstantior fuerit tactus, præstantiorem quoque eis inesse animam & perspicaciorem mentem, infertur. Sed pueri & mulieres molles sunt carne, & ab eodem Aristotele consilio, & ingenio inualidi dicti sunt? Quibus respondendum, molliem duplici de causa euenire, siue ex complexionis bonitate, quæ rara sit & bene disposita, siue phlegmatis redundantia, qua constant pueri & mulieres. Ob id Fabius in malaco sanum dixit, quasi in carnis mollietate & raritate summam intelligat sitam esse mentis sanitatem, id est, prudentiam & perspicaciam. Non probat Plinius illos, qui subtilitatem animi constare non tenuitate sanguinis putant, sed cute operimentisque corporum magis aut minus bruta animalia esse. Sic boum tergora, setas suum obtare tenuitati immeantis spiritus, nec purum liquidumque transmitti. Elephantorum quoque tergora impenetrabiles setas habent, cum tamen omnium quadrupedum subtilitas animi præcipua penetrabilis illi, sic & crocodilis tergoris duritia, & solertia tribuitur.

*Manus dura, & plus iusto carnosæ.*

Ex his, quæ supra ex Aristotelis dictis in Physiognomicis adnotauimus, duras manus & maxime carnasas ruditatem notare docuimus. Hinc Plautini sales adnotandi: *Meus herus elephanti corio circumtectus, non suo st; neque plus habet*



*sapientia, quam lapis.* Fatuos & rupes Græci *παραυδῆ*  
*μυς*, quasi *crassipelles* dicunt.

*Manus magnæ, & duræ.*

Duræ magnæque manus, fortem illum quidem significabunt, haud satis tamen disciplinis idoneum, Adamantius.

*Manus valde breues.*

Perbreues manus stultitiam exprimunt, Polemon, Adamantius, & ab eis Conciliator.

*Crassa manus.*

Manus crassæ nequitiam ostendunt, Adamantius. Polemonis textus corrigendus est. nam pro *μακρίας*, habet *μη̄* *εαπαῖαι*.

*Manus pleniores, cum digitis longis.*

Poleniores manus, quæ oblongos habent digitos, furaces notant. Polemon & Adamantius. Crassæ manus cum breuibus vltra mensuram digitis, tergiuerforem, furem, & insidiosum dicunt; Conciliator. Albertus non longos, sed breues dicit.

*Manus angustæ, & graciles*

Angustæ manus gracilesque, Polemon infidissimi, Adamantius rapacissimi hominis esse dicunt. Conciliator satis inepte, iracundi & stolidi.

*Valde parua manus.*

Manus valde parue, versutæ & furto gaudentes. Polemon, Adamantius.

*Graciles, & obtorta manus.*

Graci-

Graciles & obtortæ manus, nugacitatis, voracitatisque indicium; Adamantius. Quod ex Polemonis textu fortasse excidit. Conciliator: Manus intortæ & graciles, voracem & loquacem indicant; ex Alberto.

*Manus longæ cum digitis longis.*

Optimam describens manus qualitatem Aristoteles ad Alexandrum ait: Manus longæ cum digitis longis, dominum suum significant habilem ad multas artes, & præcipue ad mechanicas, sapientem in operibus; & boni regiminis signum. Conciliator, quæ ab eo exceptit, habet.

*Articuli manuum generosi.*

In figura ingeniosi, tribuunt ei Polemon & Adamantius manuum & pedum articulos generosos.

*Articuli manuum longi, crassi, & asperi.*

Stulto fatuo pessimam manus formam tribuens Polemon, ait: Articulos asperos, & crassos & oblongos. Adamantius, extrema crassa & aspera. Ego Polemoni assentior.

*Manuum motus languidi, & dissoluti.*

In schemate cinædi, Aristoteles in Physiognomicis adscribit ei motus manuum languidos & imbecilles. Polemon vbi de collo agitur, solutas manus ei tribuit. Adamantius vero eodem loco non *χεῖρας λυτὰς*, sed *ἀλγίς* dicit.

*Collisio, & fricatio manuum.*

In figura auari, tribuunt ei Polemon & Adamantius spissas manuum collisiones & fricationes.

*Qui corpus & manus mouent, loquentes.*

Qui vero frequenter mouetur, & loquitur motu manuum est immundus, eloquens, & deceptor, Aristoteles ad Alexandrum. eadem habet Albertus ab eo, ego potius loquar eum, quam eloquentem dicerem.

*Loquentes immotis manibus*

Qui vero est abstinens à motu manuum, his vero perfecti intellectus, bonæ dispositionis, & sani consilii, Aristoteles ad Alexandrum. Eadem Albertus.

*Pilose manus.*

Qui manus densis pilis hispidas habet, luxurizæ dat signum. Michael Scotus, quod nos quoque diutina experientia comprobatum hic apposuimus.

*Dextra, vel sinistra manu qui utantur.*

Verum id prætereundum nō duximus, quidnam morum portendat ambidexter vir, non qui consuetudine, sed qui à natura ita nascatur; cum sepius multos videamus vtraque manu vtentes, vel sinistra pro dextra. Vocant Græci ἀμφοτέρω, qui vtraque manu pro dextra vtitur, Homerus ἀστρονομίαν, vtraque manu pariter vtentem, Aristophanes *ambileuum*, siue *ambisariam leuum*, Hipponax *ambidextrum*. Sed prius sciscitemur causam è medicorum scholis, ob quid id fieri contingat, vt certius quid præfagiat, manciscamur.

Ambi-

Ambidextrum fieri hominem illa ratione produnt Physici, quod calor cordis affatim se promat in sinistrum latus, & hepatis ad dextrum. Quod vero sinistra vtatur aliquis pro dextra; causam assignarunt cor, item & hepar, vbi horum viscerum affluentior sese vis in sinistrum latus corriuat; id vero contingere, vbi in sinistris tam cor quam epar situm nanciscantur. Mulierem vero ambidextrā non effici, auctor est Hippocrates. Retulit & septimo libro Plinius. Ratio est ex naturæ debilitate: si enim ambabus manibus ob neruorum robur viri vtuntur, optima ratione nulla mulier vtetur; sed satis habeat si vna dextra vel modice vtitur. Amazonidas dextram amburere mammam solitas dicunt, vt in proximam manum plus commens alimentis, robur adderet ei, quæ per naturā inualida habebatur. Hos ego viros numquam rectos vel optimos existimarem, tum quia quod præter naturæ ordinē nascitur, defectum naturæ arguit, & præcipue circa duo præsignia viscera, cor & hepar; tum ex superabundanti calore, ob id iracundos, calidos, iniuriosos, & deceptores argumentarer; nec meam opinionem fecellit vnumquam experientia, cum eiusmodi viros semper tales conspexerim, & pessimi hominum sint, qui sinistra sola vtantur. Ismael Sophi Persarum Rex, sinistra manu agiliore, & validiore erat; ob id ardens in crudelitate, vel ad breuissimū temporis momentum, & in Venerem pronus.

X

**A**NIMALIVM libro Aristoteles ait : Dignum quinque numero ; digiti pars, qua se flectit, nodus siue articulus ; quæ rigida constat, inter-nodium.

*Digitigrassi & breues.*

Grossities digitorum & breuitas significat insipientiam, & stoliditatem ; Aristoteles ad Alexandrum : Polemō in fine operis hæc habet : Breues & pingues digiti tum manuum, tum pedum, stolidos ostendunt, à quo quidem vitio exemptos eos dicimus, qui corpus neque pingue neque breue habuerint. Albertus : Parui & crassi digiti inuidum, ferum, & audacem indicant.

*Digitigræues & tenues.*

Breues & tenues digitos stultum demonstrare dixit Albertus,

*Longi manus digiti.*

Vt vidimus superiori capite, Aristoteles ad Alexandrum scribens, longos digitos cum manibus longis, mechanicum sapientem & boni regiminis significare dixit, & ubi optimum virum describit, tribuit ei longas palmas longosque digitos, declinantes ad subtilitatem. Plinius ex Aristotele prælongos digitos breuis vitæ signum esse dixit.

*Digitigræui, molles, & inuicem distantes.*

In figura ingeniosi, Polemon & Adamantius tribuunt ei simplices, Adamantius molles, longos

gos, & distantes inuicem, Plinius de picarum genere scribens, facilius discere sermonem illas dixit, quibus quini sunt digiti in pedibus. Inter nobiles, & plebeios discretionem digitorum facit numerus ; qui præstant, quinos in pede habent digitos ; cæteri ternos ; Solinus, & Apuleius. Polyxena, vt à Darete Phrygio describitur, digitis erat polixis, sed animo simplici, larga, & dapfilis.

*Digitigræui retro conuersi.*

Digitigræui qui curuantur sursum, id est, qui retro curui sunt ( est enim inepta & barbara Michaelis Scoti loquutio ) liberalem hominem, optimæ capacitatis, officiosum, & boni intellectus ostendunt. & si minus eius doctrinam approbamus, id ratione & experientia à veritate non abesse sapissime cognouimus. Argumentum à contrario signo rapacium animalium sumi potest. Carniuoræ enim aues, vt astur, aquila, falco, accipiter, & similes, quæ curuos digitos habentes, maxime rapaces sunt. Idque etiam ex apparenti more probatur : Qui enim largi, apertis manibus, & digitigræui retro conuersi sunt, auari & rapaces strictas & incuruas habent. Ita efformati sunt, munificentissime princeps, digiti tui, aperti, & retro conuersi, vt vere liberalitatis simulacrum ostendant.

*Digitigræui in manibus superflui.*

Qui sex digitos in manibus habent, vel quatuor ;

quemadmodum solet euenire, vt etiam claudi, & gibbi, aliquātulum in prauitate suspecti sunt, quia minus in necessariis aberrauit natura: est enim, vt sæpius diximus, præter naturæ normæ. Volcatius Sedigitus in Poëtica illustris habitus fuit. dicunt appellatum fuisse *Sedigitum*, quod in singulis manibus sex digitos haberet. Sic Horatii filia *Sedigitæ* appellatæ sunt.

*Iactare digitos.*

Digitos iactare inter loquendum, vehementis naturæ est. Socrates semper inter loquendum, agēte id orationis vehementia, iactare digitos solebat, & crines vellere, vt recte etiam Zopyrus Physiognomon indicauerat, Erat & molliciei nota apud Ciceronem, vno digito caput scalpere.

*De coxendicibus, CAP. 44.*

**M**AGNA duo ossa, ad os quod sacrum dicitur, apposita, ingentibus processibus, pro diuersa constructione, & partium ad quas pertinent, vicinia, variam denominationem habent. nam ea parte, qua crura in suo sinu recipiūt, coxendices dicuntur, Græcis *ισχία*, sursum, vbi lata sunt, versus ilia, dicuntur *ilium ossa*, vulgus *anchas* vocat, de quibus præfens est sermo; antrorsum ad pudenda, *ossa pubis* dicuntur, rectiora in viris, recurua magis versus exteriora, in feminis, ne partum prohibeant.

*ossa*

*Ossa coxendicum exterius apparentia.*

Ancharum ossa, quum exterius protenduntur, fortitudinem demonstrant & virilitatem, Rhafes, & eadem ab eo Conciliator.

*Coxendicum ossa gracilia.*

Ancharum gracilitas, mulierum amatorem, significat, corporisque debilitatem & timorem. Conciliator ex Rhase.

*De natis, CAP. 45.*

**I**N postrema thoracis parte nates sunt. homini tantum sunt hæc decenter conglobatæ, sedendi muneri peraccommodæ. Aristoteles Animalium libro ait: Subditum, quasi stragulum, excretoriæ parti nates siue clunes sunt. Et in Physiognomonicis *πυγας* vocat; Polemon & Adamantius, *ιγας*, qui eadem eisdem quasi verbis referunt, ideo sub diuersis nominibus de eadem re loquutos existimamus.

*Pingues nates.*

Quicumque carnosas & pingues nates habent, molles sunt, Aristoteles in Physiognomonicis. Nates præpinguidiores mulierum sunt. Polemon & Adamantius. Has Conciliatorilia vocat. Hæc molli carne circumdata muliebrem animum denunciant. Albertus eadem.

*Inspecito primi libri virilem figuram & muliebrem. sic enim qua hic scribimus, facile ibi contemplando intelliges.*

*Ossea nates & acuta.*

Quicumque nates acutas habent & osseas, fortes sunt. Aristoteles in Physiognomicis, Polemon & Adamantius: osseæ nates virorum sunt. Aristoteles in schemate fortis, ei dat nates contractas, idem duras dant. Conciliator: illa dura, solida, & ossibus discreta, ferum & bellatorem indicant, leonibus comparatum. Albertus eadem.

*Graciles nates, siue veluti deficcatae.*

Nates modicè carnosæ, veluti deficcatae, malignos arguunt, à simili simiarum ingenio. Polemon habet graciles, & modicè carnosæ; Adamantius addit rugosæ, veluti eliquatae, versipelles arguunt: tales enim habent & simia. Conciliator: Illa hirsuta, rugosa, & exili carne circumdata, malignitatem testantur, simiis comparati. Albertus eadem.

*Nates neque rugosæ, neque læues.*

In figura fortis, Aristoteles tribuit ei ischia neque læuia, neque omnino rugosa. Id si ad naturalem causam referre licet, læuitas ex humiditate, rugositas ex siccitate prouenit. qui igitur nates inter rugosas & læues medias habuerit, temperatus erit inter humiditatem & siccitatem, quod fortitudinis est indicium.

De

*De femoribus, CAP. 46.*

ANIMALIVM libro Aristoteles ait: Membri inferioris bipartita compactio; crus, & femur, quod biceps est; femoris pars ima tibiis annectitur, superior coxendicibus. Hæc homini carnulenta sunt, cum animantes cæteræ vacua carne habeant, neruosa sunt, ossulenta, & rigida: causa; quod homo solus animalium erectus est, ut facile sustinere superiora posset, parti superiori natura corpulentiam dempsit, inferiori, addidit. Aristoteli pingui dicuntur. Polemon & Adamantius de iis verba non faciunt, cum quæ de tibiis loquantur, de eisdem intelligi iubeant.

*Femora ossea, & neruosa.*

Qui coxas osseas & neruosas habent, fortes sunt, & referuntur ad genus masculinum. Aristoteles in Physiognomicis.

*Femora mollia & inarticulata.*

Qui vero osseas & carnosas habent coxas, molles sunt, & referuntur ad femininum. sed Aristotelis textus in Physiognomicis corruptus est, cum non osseas, sed pingues, vel inarticulatas dicere deberet: nam hæc ad femininam naturam sunt similia, cui refert. Polemon, & Adamantius de tibiis loquentes, & de his intelligi præcipientes: Coxæ, aiunt, inarticulatae & molles, imbecilliores arguunt. Idem, in figura fatui improbi, tribuunt ei crura crassa,

Inferna mulierum magna ex parte crassiora sūt, virorum autem superna, cuius ratio est in frigiditate, & calore; nam frigidiori muliebri naturæ, alimenti, vnde augetur corpus, portio minima suggeritur, quod efficere calor potest; residens vero in imo, id corpulentius efficit & auctius: in maribus vero contrarium euenit, siquidem caloris copiam, sursum defertur alimenti pars magna, vbi effectum ostendit ampliolem.

*Mediocriter carnosæ coxæ.*

In figura ingeniosi, Polemon & Adamantius tribuunt ei crura & femora non admodum carnosæ, id est, bene nutrita,

*Femora, & lumbi pilosi.*

Quorum femora & lumbi, absque aliis corporis partibus, multis pilis inducta sunt, eos luxuriæ obnoxios iudicato. Polemon & Adamantius.

*Breuiâ crura.*

Breuiâ crura maleuolos, alienisque malis gaudentes, & inuidos ostendunt, vt ex doctrina brachiorum habemus: & ex Polemone, pessimos & malorum ministros. Selimus, Baiæzæ filius, Turcarum Tyrannus decimus, procera statura fuit, verum breuioribus cruribus, iniuriarum memor, ingenio perfidus, præceptus in auersam Venerem, raroque cum pellicibus coibat.

De

*De Genu, CAP. 47.*

FEMORI genua annectuntur, ibique vertebra est, quæ sedendo vel ambulando ita se flectit, vt literæ Græcæ figuram habeat; retro poples est, anterius mola siue patella foris adiecta est, cuius munus est iuncturam tueri, curuaturæ & flexui partium præesse, facilioremq; motum efficere.

*Carnosâ genua.*

Multitudo carnis in genibus significat debilitatem virtutis & molliciem; & referri possunt ad mulieres, quæ genu crassæ sunt. Aristoteles ad Alexandrum.

*Genua stridorem facientia*

Qui *γεννηκωτος* fuerint, cinædi sunt; & ad apparentem conuenientiam refert Aristoteles in Physiognomoniciis. Suessanus per *γεννηκωτος*, *genu-crassos* satis inepte interpretatur, cum *κωτος* strepitus sit, non crassities: atque per eos Aristoteles intelligit, quibus deambulando genua stridunt, & rumorem faciunt, vt articuli manum compressi facere solent. Polemon in figura cinædi: *γεννηκωτος*, id est, *genuum stridorem faciens*; & Adamantius *γεννηκωτος* vocat, idem exprimens.

*Genua intus innuentia, & sese collidentia.*

Genua quæ intus vergunt, secundum Polemonem (addit Adamantius, veluti se collidentia) mulierosos effeminatosque innuunt. Con-

ciliator: Genua inter se complexa, vt collidantur, femineam naturam ostendunt. Eadem Albertus.

*De tibiis, CAP. 48.*

**T**IBIA subiaceret genu, à quo initium capit, & ad talos definit. Tibia dicebatur ab Hetruscis, quia ex ossibus tibiærum musica instrumenta conficiebant, quæ tibiis vocauerunt. Tibia per omnia brachio respondet, vt femur vlnæ, adeo vt habitus & decor alterius ex altero dignoscatur. Græcis *κνήμην* dicuntur.

*Articulata, neruosa, & robusta tibia.*

Qui tibiis habent articulatas, neruosas, & robustas, anima fortes sunt, & referuntur ad masculinum genus; Arist. in Physiogn. & ad Alexand. scribens ait, Tibiarum grossities designat audaciam & fortitudinem. intelligēs per grossitiem, ex barbara interpretatione articulatas, robustas & neruosas. Polemon & Adamantius: Qui articulatas, solidas, & magnas tibiis habuerint, egregiam naturæ generositatem (Adamantius addit, & aptitudinem) demonstrabunt. Idemq; fortitribuunt crura carnosâ. Homerus Vlyxem describens, ait:

*Cruribus, & tibiis, & ambabus manibus,*

*Ceruicęq; forti, magnęq; robore.*

Iouius Sfortiam describens, ait eum fuisse torosis, & parum teretibus cruribus, & maxime ad surâ, & erat eximie fortitudinis & generositatis.

*Inar-*

*Inarticulate, & molles tibiæ.*

Quibus contra inarticulatę & molles tibiæ, timiditatem & imbecillitatem arguunt, Polemon & Adamantius. Ab his Conciliator: Crura mollia & effeminati signum. Zeno Citticus, vt ex Diogene habetur, crura turgida, imbecilla, infirmaque habuit.

*Valde exiles tibiæ.*

Prægraciles tibiæ timiditatem & improbitatem notant. Polemon & Adamantius. Aristoteles in Physiognomicis, in figura timidi, crura breuia ei tribuit, exque ipso exceperunt. C. Caligula huiusmodi tibiis fuit, & apprime timidus, vt diximus. Sed ad Alexandrum scribens, tibiærum gracilitatem ignorantiam notare dixit: sed textus ex Arabica translatione male versus est, nam, si crassitiem fortitudinem denotare diximus, à suo contrario exilitas debilitatem & timiditatem indicat.

*Graciles, & neruosa tibiæ.*

Quicumque tibiis graciles & neruosas habent, luxuriosi sunt, & referuntur ad aues, Aristoteles in Physiognomicis. Tibiæ si præter gracilitatem etiam neruosa fuerint, immodestissimam intemperantiam arguunt, Polemon, & Adamantius. Sed Polemon in figura luxuriosi depingit eum imbecillibus cruribus & neruosis, & totus est auitii generis. Conciliator: Crura subtilia & neruosa abundantiam Veneris indicat,

cum eorum humiditas nutrimentalis conuertatur in sperma. Aristoteles Peripateticus gracillimis fuit cruribus, & luxuriosus, vt à Diogene describitur. Caligula maxima fuit ceruicis & crurum gracilitate; vnde nec suę, nec alienę pudicitię pepereit. Domitianus etiam fuit deformis crurum gracilitate, quę tamen ei longa valetudine remanserunt: ex Suetonio. Ego quamplurimos amicos habeo tibiis prægracilibus, vt auium vel locustarum potius, quam humani generis videantur, & sunt immoderatę & inexplebilis luxurię.

*Tibia, & calcanea crassa.*

In figura rudis, Aristoteles in suis Physiognomicis tradit ei crura circa malleolum crassa, carnosa, & rotuuda. A quo illustres sequaces de tibiis loquentes, inquit: Tibię, & calcanea crassa, seruilia sunt, & hominem indocilem arguunt. Has tibiis iuxta talos Polemon in fine etiam tribuit effeminato: sed in figura rudis, iidem crura crassa, sed non vsq; ad talos, tribuunt, ab Aristotele accipientes, & stulto fatuo iidem crassa crura tribuunt. Sed ne decipiantur lectores, vel addendum est, iuxta calcanea, vel intelligendum per crura tibiā crassā à genu vsq; ad calcanea. Conciliator ab his: Crura, & cauilę grossę, incompositęq; existentes, hebetem, & inuerecundum ostendunt.

CRURA

*Crura circa talos carnosa.*

In figura fortis, Polemon & Adamantius tribuunt ei crura circa talos carnosa, non crassa.

*pilosa tibię.*

Qui hirsutas tibiis habent, libidinosi sunt, quemadmodum hirci: Aristoteles in Physiognomicis. Hirci enim propter libidinem efferantur, qui enim superiori tempore socii & iungi concordia pascebantur, coitus tempore dissident, & alter alterum libidinis rabie inuadit: septimo etiam die, à quo natus est, coire incipit. & quamuis semen sterile emittat, omnium tamen maturissime quadrupedum coit; dum adhuc vberius alitur; immodica libidine matrem stupro superuenit. Satyros sinit antiquitas villosos, & hircinis cruribus, ac in libidinem petulosos, immo omnem Veneream virtutem ostendere mutone intento. Aristoteles etiam in Problematibus, hirtos homines & aues Veneris esse audiores tradit: caussam esse, quod naturā humida & calida sint, qua quidem vtraque qualitate opus est in coitu: calor enim excernit, humor excernitur. Sed Polemon & Adamantius non tibiis, sed lumbos & femora pilosa dicit esse luxurię signa. In figura vero luxuriosi, Polemon hirsuta dicit; capite vero de pilis, iidem crura satis admodum densis oblongisque pilis obsita, rudi & agresti naturę adscribenda dicunt, non



luxuriosæ. Sic Albertus hirsutum, ex Loxi sententia, indocilem & ferum dicit virum.

*Cruribus claudi.*

Claudos, salaces dicit Aristoteles Problematum libro. & affert causam: His enim ut parum alimenti deorsum propter crurum vitiationem labitur, sic multum loca petit superiora, atque in semen conuertitur. Antiaura Amazonum Regina, ut ex Theocryti interprete elicitur, in claudos, quia ad venereos usus implendos præpotentes essent, dixit, Optime claudus inquit. Indeque natum dicitur putant in salaces claudos, quod domi tota die desidentes, perpetuo fere venereis intenti, agant, ut Hieronymus ad Iovinianum refert. Socrates repandis fuit cruribus. Hos improbos esse nemo est qui ambigat; quia magno membro vitiiati sunt: & præsigne est apud Medicos dogma: *Non est tam bona complexio, quæ si membro aliquo decurtatur, suum statum in peius non mutet.* Aiunt alii, hos superioris naturæ opere infortunatos esse, ob id maxime præcauendum ab infortunatis & diminutis, quia occultum nocementum ferunt secum agentibus; & tutius se homo ab hoste, quam ab infelici amico tueri potest. Ob id Aristoteles Alexandrum suum, Macedonum Regem, inter præcepta memoriæ commendanda, iubet sibi præcauere ab homine infortunato, & diminuto in aliquo membro, tamquam ab inimico.

mico. Sed qui claudicantem non in lasciuia, sed in virtute, studio, & diligentia commutaverunt, hoc ex historiis colligimus. Androclites Lacon crure debilis, cum bellatoribus se immiscebat, & cum ab aliquibus prohiberetur. quod parum robustus videretur, respondit: In aciem egredie eos oportere, qui de prælio cogitent, non de fuga. Romanus Cocles, principis liberator terrarum populi, cum ei vitium cruris obiectaretur, Per singulos, inquit gradus, admoneor triumphi mei; quippe pertinax occupatio pontis, aduersus Hetruscam vim grauius assultanti, eam illi contraxerat calamitatem.

*De suris, CAP. 49.*

**P**ARS tibiæ sura est. ea enim ex anteriore parte tenuis & carnis experta est; retro carnosa, ut in ventrem turgescens: Græcis *γαστρονυκία*, id est, *cruris venter*, dicitur; Latinis *sura*.

*Valde crassa sura.*

Quicumque tibiae valde superfluas habent, veluti parum disruptas, odibiles & inuerecundi sunt, & referuntur ad apparentem decentiam. A quo duo sequaces: Prægnantes tibiæ, in medio crassescentes, abominabiles, inuerecundos & luxuriosos notant. Conciliator: Crura satis præminentia, tamquam prægrauida, assentatorem, intemperantem & impudicum ostendunt. Albertus fordidum & feruilem morum dicit.

*Sura deorsum contracta.*

Contractę deorsum surę fortem virum innuunt. Aristoteles enim in figura fortis, tribuit ei suras deorsum contractas, Surarum prægnantia ex humiditate prouenit, vt in mulieribus videre est, quæ humidæ cum sint, prægnantes habent suras. Contractę vero, & deorsum ductas, ex caliditate; ob id viriles. Ex huiusmodi signis Laodamas collegit apud Homerum Vlyxis fortitudinem:

— quantum suris, humerisque, torisque  
Colligere est, &c.

*Sura sursum ducta*

A contrariõ signo, suras sursum ductas, timiditatis signum notare; Aristoteles in suis Physiognomicis in schemate timidi dixit, qui tales ei adscribit.

*Molles sura,*

Molles autem surę effeminatis adscribuntur, à sexu muliebri, Albertus.

*Moderatæ magnitudinis sura.*

Moderatæ magnitudinis, & plenitudinis, solidęque & discretę adinuicem optimum ingenium indicabunt.

*De talis pedum, CAP. 50.*

**P**EDES communi quadam appellatione idomne vocamus, quod ab ima tibia ad extre-

mos

mos vsque digitos continetur; Aristoteles Animalium historia. Et multiplici offe constat, cuius posterior pars calx est; de quo præfens erit sermo, in sequenti de priori. Græci *εφεση* dicuntur.

*Neruosi, & articulati tali.*

Quibus ea, quæ circa talos sunt, & neruosa, & articulata fuerint, fortes sunt secundum animam & ad masculinum genus referuntur; Aristoteles in Physiognomicis. Idemque ad Alexandrum scribens, Latitudo, ait, talorum & tibiarum, fortitudinem innuit corporis. Duo interpretes: Tali bene discreti (Polemon addit, & solidi) generosi signa viri præbent. & in figura fortis, dant ei quæ circa talos, robusta; & ingenioso robustos talos.

*Tali inarticulati, & carnos.*

Quibuscumque sunt tali carnos & inarticulati, molles erunt secundum animam, & ad femininum genus referuntur; Aristoteles in Physiognomicis. Adam. paraphrastes: Tali molles lenesque, effeminatum ostendunt. Sic Polemonis textus *λιον*, non *λεία* habet, ex Adamantio corrigendus. Rhafes. Calcaneum gracile timorem significat, eadem eius simia.

*Tali valde graciles.*

Graciliores tali timidum, intemperantemque demonstrant, vt Adamantius scribit; sed Polemon insidiosum & intemperantem habet, lapsus

Y

fuit ex δάλιος, & δάλιος. Talus enim ex extremis est partium; quæ si alicui gracilia fuerint, timidum & imbecillum significabunt, non insidiatorem.

*Tali crassi, calcanea aspera, carnosipedes, curti digiti, & pręgnantes suræ.*

Prępingues tali, aspera calcanea, (Adamantius, crassa) corpulentiores pedes, curti digiti, pręgnantes tibiæ; frequentissime desipientes, furiosos, & ut Polemon addit, dæmoniacos significabunt. Albertus: Pars ima pedum, & calcanea si longa & carnosæ sint, stultum & insanum indicabunt, refertq; sæpius expertum Polemonem efficacius signum esse, si contingat vastos digitos & humiles esse. Sed Polemon nil nisi quod scripsimus, habet.

*De pedibus, CAP. 51.*

**P**EDES, Græcis ποδες dicuntur; quid ii sint, diximus.

*Pedes bene formati, magni, articulati, & nervosi.*

Quibuscumque pedes bene formati, magni & articulis discreti, & nervosi; fortes sunt secundum ea quæ sunt in anima, & reducuntur ad genus masculinum. Aristoteles in Physiognomicis. Sed Polemon & Adamantius: Nervosi pedes & articulati, generis & morum nobilitati insignem præmonstrant virum. addit Polemon, qualis Hercules fuerat. & in figura fortis,

fortis, tribuunt ei pedes articulatos. Conciliator: Pedum ima discreta & articulata, clarum, generosum, & virile notant ingenium. Albertus eadem. Dares Phrygius Polyxenam optimis pedibus fuisse dicit, & animo simplici & dapfili.

*Pedes parui, graciles, & inarticulati.*

Quicumque autem pedes paruos, graciles, & inarticulatos habent, delectabiliores visu, quæ robustiores, molles sunt secundum ea quæ sunt in anima; & referuntur ad femininum genus; Aristot. in Physiognom. Teneri & carnosiores pedes, molliores hominum mores significant; Adamantius. sed addit Polemon, si & alia signa concurrant. Rhafes & Conciliator ab eis: Pedes parui pulchrique fornicatorem & iucundum hominem arguunt. Huiusmodi pedes Homerus dat Telemacho.

*Carnosi & grossi pedes.*

Pedes carnosi & pingues significant fatuitatem, & amorem iniuriæ; Aristoteles ad Alexandrum, Polemon & Adamantius in figura fatui improbi, tribuunt ei manuum & pedum extrema pinguia & dura. Rhafes & Conciliator ab eis: Pedes carnosi & duri, pravi intellectus, fatuum, & incuriosum notant. Camelo & vrsæ pedes carnosi sunt; qua de causa longo itinere sine calceatu fatiscunt: qui stolidi sunt, & fatui perniciosi, ex Aristotele.

*Pedes parui & graciles.*

Pedes vero parui & lenes, significant audaciam & fortitudinem; Aristoteles ad Alexandrum. Sed textus ex Arabica in Latinam translatione corruptus est, Quæ interpretes habent, rectora videntur. Parui pedes (addit Polemon, & graciles) veteratorem arguunt. Albertus: Pretenues & breues pedes malignum produnt hominem.

*Articuli pedum generosi.*

In figura ingeniosi, tribuunt ei Polemon & Adamantius manuum & pedum generosos articulos, id est, bene nutritos; nec nimium eleuatos, nec depressos, sed decenter formatos.

*Curti & pingues pedes.*

Premutili ac pingues pedes sunt immanis naturæ. Polemon & Apamantius. Crassi & breues pedes valde notant firmum hominem, sed *puto ferinum*, non *firmum* scribere voluisse Albertum.

*Oblongi pedes.*

Oblongi pedes multa molientem ac malorum artificem innuunt. Polemon & Adamantius. Pedes plurimum prolixi dolositatis & pernicii indicia præbent, Conciliator & Albertus Suum Pseudolum Plautus, qui multa contra lenonem moliebatúr, vasrumque hominem describens, ait magnis pedibus esse. Cui respondens leno, Perii, inquit, quoniam dixi pedes.

*Curui**Curui, & infra concaui pedes.*

Gibbosi pedes, inferne caui, prauitatis dant signum, Adamantius & Polemon. sed hic in figura effeminati, tribuit ei pedes *σκαφοειδεις*, id est, concauos, in scaphæ modum efformatos. Conciliator, & Albertus: Curui pedes & concaui, reprobis sunt; quia versutam & malignam mentem denunciant.

*Planta pedis plana, vt talis incedat.*

Extat Aristotelis locus Animalium libro, vbi dicit: Quibus pars interior plantæ non concaua, sed ita planiuscula est, vt solum toto attingat vestigio, ii versuti sunt & fraudulentis. Polemon & Adamantius: Similiter autem: & qui adæquatas plantas habuerint, vt quasi talis incedant, fraudulentis sunt. vbi corrigendus est Polemonis textus: nam vbi Adamantius, *κατωμαλα*, ipse *μαλακα* habet, vt ipsemet Polemon in fine sui libri idem recensendo habet. Qui pedis cavitatis carent, vt plana planta incedant, ii fraudulentis sunt, quod hoc modo incedat vulpis. Ab his eadem, Albertus. Plautus similes pedes habebat, & à simili pedum affectione nomen asciuit. nam à pedum planitie Plautus dictus fuit, cum prius *M. Plotus* diceretur, vt in Sexto Pompeio habetur, & in eius comædiis mira eius calliditas apparet.

*Pedes mediocris cavitatis.*

Satis mendose Albertus ad hæc. Sed quan-

tum ego iudicare possum, hæc eius est sententia; Pedum ambitus cavitatis mediocris, honesti et circumspæcti hominis signum esse.

*De digitis pedum, CAP. 52.*

**A**NIMALIVM libro Aristoteles ait: Pars pedis digiti sunt, discriminata in quinque, speciem magis quam usum præbentes.

*Curui pedum digiti.*

Quibus pedum digiti curui, inuerecundi sunt, et referuntur ad aues curuorum vnguium. Nos coruos, sturnos, et similes existimamus, quæ et curuos digitos habent, et impudentes sunt.

*Consepti pedum digiti.*

Quibus pedum digiti consepti; sunt timidi; referuntur ad coturnices, et aues strictorum pedum in lacubus degentes. Sed Græcus textus mendosus est; nam non ὀρνυρας legendum est. nam ortyx auis palustris non est. sed ὀρνυδας reponendum; sunt enim aues palustres multæ digitis pedum angustius iunctis quasi membranosa, quæ et timidæ sunt. A quo Polemon; sed vix extextus corruptione sensus elicitur: Qui, vt palustres, angustis pedibus sunt, fatuos, et pavidos censebis. Et parum superius iuxta finem: Quibus pedum digiti parû fissi, vt aibus angustorû pedû, impudicos existimabis Sed Albertus suæ ingentis doctrinæ magnitudine fretus, concludit:

dit: ita ex his Digiti cohærentes et coniuncti in modum ostendunt. in multis amicis obseruavi digitos, in quibus intersepiens membrana fere vsque ad primos articulos extendebatur, et timidissimos deprehendi.

*Compacti digiti.*

Digitos quicumque copulatos habuerint, luxuriæ obnoxios iudicabis, instar suis; Polemon; suillos et fædos mores Adamantius dicit. Conciliator: Digiti cohærentes coniuncti immundum notant. Sus enim, vt ex Aristotele habetur Animalium libro, inter solipedes et bisulcos ambiguus est. à quo Plinius; Sues ex vtroque genere (scilicet solipedorum, et bisulcorum) existimantur; ob id fædi eorum tali.

*Contracti digiti.*

Qui contractos digitos habuerint, vafri, et perditissimorum morum sunt; Polemon. addit Adamantius, et auari. Conciliator et Albertus: Digiti collecti et conglobati, auarum et malignum ostendunt.

*Mediocriter distantes digiti.*

Qui moderato spatio à se distant, leues et loquaces demonstrant. Albertus.

*Breues & valde exiles digiti.*

Digiti plus nimio breues exilesque, paucissimi intellectus hominem monstrant; Adamantius. sed Polemon longos dicit; sed male: facilesque fuit lapsus ex μικροί, et μικροί, cum longitudo

digitorum, vt videbimus paulo post, aliud significet. Conciliator: Parui, & tenues digiti Itul-tum monstrant.

*Breues crassique digiti.*

Præmutili crassique digiti, temerarium, improuidum, & ferinum indicant; Polemon & Adamantius insipientem & stolidum significare dixit Aristoteles ad Alexandrum.

*Longi & graciles digiti.*

Digiti oblongi gracilesque, rudioris mentis virum figurant; Adamantius. addit Polemon, nugatorem & ostentatorem. Conciliator: Nimum prolixi & tenues, valde a sapientia alienum indicant. Eadem Albertus, Sed *vicinos* male addit.

*Digiti moderate magni, & commensurati.*

Si vero moderate magnitudinis, & commensu constiterint suo, omnium optimi erunt digiti, Adamantius. addit Polemon, & concinnæ formæ. Conciliator: Digiti, qui condecens fuerint speciei, & magnitudinis temperatæ, optimos mores testantur. Albertus eadem.

*De vnguibus, CAP. 53.*

VNGVIVM formateres, concauis tegminibus digitorum fastigia comprehendens, partim ad ornatum, partim ad digitorum munimentum confert: quorum substantia carne est durior, osse mollior. Polemon & Adamantius dicunt

dicunt ipsos per se infirmam habere rationem, id est, minimam ex humani corporis partibus: sed Polemonis textus corrigendus est, nam vbi *μοι, ibi με* accommodandum, alioqui enim contrarium innueret.

*Curui vngens.*

Quibus pedum digiti & vngues curui, impudentes sunt, & referuntur ad aues curuorum vnguium, vt diximus ex Aristotele in Physiognomonicis. Corui natura procliuus sunt ad furtum: cicures enim, nummos & quæcumque possunt ex domibus in hortulis vel latebrosis locis abducunt. Polemon & Adamantius: Valde torti vngues notant rapaces. sed Adamantius impudentes addit ex Aristotele; & quam optime. Albertus: Vngues inflexi & curui, rapaces & impudentes ostendunt; & si sunt macilenti, futuram phthisin præmonstrant.

*Angusti, longi, & curui vngues.*

Angusti, prolixiores, curuique vngues, male sensatum & ferinum ostendunt; Polemon & Adamantius. Cuius rationem in suis Problematis affert Georgius Valla. Naturam vnguium nouere omnes e superfluitatibus esse. Naturæ enim progressum esse de calore procreatum; angustiam vero vnguium hebetudo & ruditas sequi consuevit, quod in ipsis caliditas infirma est, nec latum efficit progressum, quo superfluitates explicentur dilatenturque: propterea qui parum

caloris habent, hebetes & stolidi sunt: omnis si-  
quidem frigiditas stuporem efficit, & hebetudi-  
nem. ob id angustos habentes vngues; hebetes &  
minime ingeniosos esse contingit.

*Rotundi vngues.*

Valde rotundi vngues libidinositatis indicium.  
Pol. Adam. Rotundi vngues in venerem pronos  
declarant. Albertus.

*Carnosi vngues.*

Vngues qui carni inhæserint, sensibus hebetè,  
& ferinum ostendunt. Adamantius.

*Breues, pallidi, nigri, & asperi vngues.*

Breues admodum, & nigri vngues, veterato-  
rem ostendunt; Polemon. sed Adamantius valde  
breues vngues veteratorem monstrare ait, & si-  
militer, si pallidi, nigri, vel imbricati fuerint. Al-  
bertus inuolute fatis: Breues nimium vngues,  
pallidi, nigri, & asperi, malignum ostendunt. Ego  
ad simias referrem. Satis enim simiis vngues im-  
bricati, ex Plinio.

*Lati, albi, & subflaui vngues.*

Optimam vnguium formam exprimentes  
Polemon & Adamantius; aiunt; Vngues lati,  
albo subflauique colore, bene compositi viri  
sunt signa. Cuius ratio naturalis esse potest.  
Quia vngues lucidi, & diaphani sunt, & optime  
cutis colorem repræsentant: si enim album,  
subflauiumque colorem repræsentabunt, opti-  
mam

nam hominis temperiem demonstrabunt, vt di-  
ximus, cum de eiusmodi colore differuimus. Al-  
bertus: Vngues albi, plani, molles, tenues, sub-  
rubentes, & bene perlucidi, optimi hominis in-  
genium indicant; & hoc est vnum ex signis, quod  
valde raro fallit: tales enim vngues ab optima  
complexione fiunt. Huiusmodi forma & colore  
sunt vngues tui, diligentissime Princeps; vnde o-  
ptimam tui ingenii præstantiam patefaciunt.

*De incessu, CAP. 55.*

**P**OST pedes ambulatio consequitur. In ambu-  
latione duo considerantur, motus et tempus;  
vt longi gressus efficaciam in agendo, et tarditas  
consilium; breuitas inefficaciam, et festinatio  
inconsiderationem significant. Ambas has qua-  
litates iungendo, quatuor consurgunt coniuga-  
tiones. Tarditas et festinatio incessus, qualitatè  
indicant mentis: ob id commonet M. Tullius  
primo De offic. ne incessu molliores simus, ne si-  
miles pomparum ferculis videamur, Id tamen,  
quod de crurum motu dicimus, de cubiti etiam  
et brachii motu intelligendum, vt in Physiogno-  
monicis iubet Philosophus.

*Longo gressu ambulantes.*

Longo gressu progredi, efficaciam ostendit.  
Adamantius ab Aristotele in Physiognom. Longo  
gressu ambulantes, negotiorum sunt perfecti-  
ui, & magnanimi. Eadem Albertus.

*Ambulantes tarde.*

Tarde ambulantes cogitabundi sunt. Aristoteles in Physiognomicis, idemque in Morali-  
bus ad Nicomachum magnanimo viro tardum  
gressum conuenire ait. Et in figuris iucundo &  
modesto, tardum tribuit motum; quod à Pole-  
mone, & Adamantio eisdem confirmatur. Tar-  
dus enim & cunctabundus incessus matronam  
debet: ob id Apuleius Venerem incedentem de-  
scribens, ait: Cunctanti lenta vestigio, & leniter  
incedebat. Sed valde tarde motui, mollem sub-  
esse animam dicunt, vt Aristoteles in Physiogno-  
monicis, quod ex frigida complexione euenire  
credimus. Iulius Firmicus ait: Molliter ambu-  
lantes, & suspendentes vestigia, eo dolere se ostē-  
dunt, quod viri nati sint. Targigradus, & suspen-  
so vestigio incessus feminarum est; vnde Seneca  
morum castigator seuerissimus, vltimo Quæsti-  
onum naturalium ait: Molli & tenero gressu in-  
cedimus; non ambulamus. Albertus: Tardus  
naturaliter incessus animum indicat pigrum, ni-  
si potentiora alia signa dissentiant.

*Longo & tardo gressu ambulantes.*

Cuius passus sunt lati, et tardi, prosperabuntur  
in omnibus factis suis, Aristoteles ad Alexan-  
drum. in Physiognomicis vero: Qui longi et  
tardi gressus (sit utiq; tarditate molestus) perfe-  
ctius est. nam, vt diximus, longe progredi, effi-  
cace

cacem; tarde, cogitabundum demonstrat. Has  
copulando qualitates ea quæ superius diximus,  
eueniunt.

*Celeri gressu ambulantes.*

Acuti motus, calidam animam ostendunt  
Aristoteles in Physiognomicis. Velocitas e-  
nim motus ex caliditate spirituum animalium,  
prouenit. & capite de incessu: Celeritas expedi-  
tium facit. In figura inuerecundi, celerem  
eum in motibus facit.

*Breui gressu ambulantes.*

Breuis gressus legnes ostendit: nam si longus  
gressus efficaciam præstabat, breuis inefficiam  
ostendet. Aristoteles in Physiognomicis. Ab  
eo Adamantius: Qui breui passu incedunt, in-  
efficaces & tristes. Alii, rapaces, & auari, & oc-  
cultia consilia facientes. Diximus enim primo,  
largum gressum consultationem efficere. Sed  
Aristoteles ad Alexandrum scribens: Cui passus  
sunt breues, impetuosis, suspiciosus, impotens  
in operibus, & malæ voluntatis. Albertus addit,  
& si sint artifices, obscuræ mentis.

*Breui & celeri gressu ambulantes.*

Qui breuis & celeris gressus est, molestus &  
non perfectius; Aristoteles in Physiogn. Dixi-  
mus enim tarditatem gressuum consultationem  
præstare in operibus; longitudinem vero effica-  
ciam. has duas qualitates nunc combinando, ce-



leris & breuis gressus, qui contrarius est prædictis, non perfectiūm, segnem, & molestum efficit. Adamantius ab eo: Qui velociter & breuiter incedit, lucri cupidus, maledicus, & ad summum timiditatis veniens. Albertus male transferens, malignos dicit, imbecilles, & timidos habendos. Ambrosius clericum suum, ne sibi vniquam præiret, commonefecit: quia velut quodam insolentis incessus verbere oculos sanctissimi hominis feriebat, qui mox ab ecclesia recessit, in cuius incessu lucebat imago quædam leuitatis, scurrilisque discursus.

*Modo citus, modo tardus incessus.*

Sallustius inter cætera Catilinæ hoc probro dedit, quod eius incessus modo citus, modo tardus foret; ex quo animus coniciebatur varius, simulator, atque omnium facinorum plenus. Polemon & Adamantius simulatori versatilem incessum tribuunt, & se concinnæ formæ adaptantem.

*Breui & tardo gressu ambulantes.*

Qui breui, & tardi gressus sunt; non perfectiui & segnitie molesti. Aristot. in Physiogn.

*Longo, & celeri gressu ambulantes.*

Qui longi & celeris gressus, minime molestus & perfectiūm est; quoniam celeritas expeditionem; longitudo vero inefficaciam affert. Adamantius ad hanc incessus qualitatem inueniens, ait: velocitas in motu, simul cum rectitudine & or-

namen-

namento, formam perfecti consilii ostendit, & qui opera incipit, & perficit. Gressus autem probabilis, vt Ambrosius refert in primo De offic. in quo sit species auctoritatis, grauitatis pondus, & tranquillitatis vestigium. Apuleius suum incessum describens, ait: Quoquo versum floridus incessus speciosus, & immeditatus, id est non infractus affectatione, suspensusque, quamcumque in partem vestigia moueantur. In decretis canonicis: Moneantur sacerdotes, vt in incessu ornati sint, & grauitate itineris, mentis maturitatem ostendant. Incompositio corporis, vt Augustinus ait, qualitatem indicat mentis. Heraclides erat incessu motuque venerando, vir maximo ingenio & disciplina. Ordinatus incessus signum ostendit optimæ complexionis cerebri, scilicet siccæ. Asymbeyus Vssumcassanus in motu magnam grauitatem non seueram, sed comitate conditam ostendebat; clemens, gloriæ cupidus, bellator, & in dâdis beneficiis mirâ serenitatem præferebat. *Celeri gressu ambulantes, si qui deprehendantur, formidant, & totam effigiem deorsum trahunt, & contrahunt seipsos.*

Multas incessus qualitates Adamantius innuit pernecessarias. Si velociter incedens deprehendatur, formidet, & totam effigiem deorsum trahat, & contrahat seipsum; avaritiæ: pusillanimitatis, mali consilii, & illiberalitatis signa præbet fidelia. Albertus peruertendo

textum, inquit: Si qui celeriter mouetur, submittat oculos, & se comprimatur, vultum deducat, totumque complicit corpus; timidum, parcum, auarum, & versutum ostendit.

*Celeri gressu ambulantes cum oculis perturbatis, & capitis in constantia, & anhelatione.*

Si simul cum veloci motu sit in oculis perturbatio, capitis in constantia, & anhelatio magna; mala operantis, & fugiendi hominis signa præbet. Albertus audacem, immanem, & magnarum cladium autorem dicit.

*Tardo gressu incedentes, sponte morantes & manentes in viis, & circumcirca aspicientes.*

Qui tarde graditur, & sponte moratur, & manet in viis, & circumcirca aspicit; gloriosum scias & iniurium existere, superbum, & adulterum. Adamantius. Satis inepte Albertus ab eo: In motu tardus, qui interdum resistat, & ceruicem reflectat, & circumspiciat, superbiam signum.

*Pedibus & cruribus conuersis ambulantes.*

• Qui pedibus & cruribus conuersis ambulant, effeminati sunt, & ad mulieres referuntur, quæ hoc modo incedunt. Aristoteles in Physiognomonis.

*Corporibus se circumtorquentes, & inclinantes.*

Qui vero corporibus circumtorquent se & fricant, adulatores sunt, & referuntur ad passionem

nem. Aristot. in Physiogn. ab eo Adamantius. Qui distorquent se ipsos, & inclinant, adulatores sunt. ita enim facit canis, dum blanditur & adulatur. Albertus: Qui se submittunt, ac corpore inhoneste infringunt, blandi sunt; quod blandientes canes referant.

*Corpore toto se mouentes, humeris & singulis membris.*

Qui toto tempore se mouent, humeris, singulisque membris, effeminati sunt, id enim manifeste mulierum est. Adamantius.

*Corpore erecto incedentes.*

In figura fortis & iracundi, Aristoteles tribuit ei corpus erectum, Polemon & Adamantius in eisdem & ingenioso eandem figuram adscribunt. Scotus: Corpore erecti, ut hasta, audaces sunt. Bartholomæus Coleonus corporis erat statura erecta atque habili, fuitque egregius bellator & fortis, ut iactu ferrei pali, saltu, cursu & palæstrâ cunctos superaret, audacis etiam vir ingenii.

*Corpore inclinati.*

In figura timidi, verecundi, & mansueti tribuit eis Aristoteles figuram inclinatam. Duo eius sequaces idem in figura timidi & fatui, improbi dicunt.

*Inclinati ad dextram ambulando.*

Qui ambulant inclinati ad dextram, ii cinedi sunt, & referuntur ad apparentem decentiam: Aristoteles in Physiogn. Ab eo Adamantius:

Qui se in motu ad dextram inclinant, effeminati sunt. Si ad naturalem causam referre licet, Homo est calidus præ cæteris animalibus, ideo rectus incedit. est enim calidi natura sursum eleuare, vt Aristoteles libro De partibus tradidit. Latus dextrum calidius est sinistro; vnde qui virilitatem præsefert, latus dextrum rectum effert, qui vero ad dextram inclinatus ambulat, signum frigidæ & humidæ naturæ præbet. Idem etiam alibi tradidit: Ambulatio duplex, vna recta, altera inclinata: qui ambulando sese inclinant, cinædi sunt, quod ob mollitiem erecti incedere non possint.

*Inclinati ad sinistram.*


Ambulantes inclinati ad sinistram, insipientes sunt. Adamantius: Qui omni tempore mouentur, & ad sinistram inclinant partem, quæ mollior est, stulti sunt iudicandi. Albertus.

*Suspensio corpore, & sublimi vultu  
ambulantes.*

Alexander Aphrodiseus in suis Problematis ait: Qui minus prudentes sunt, suspensio corpore, ac vultu sublimi incedunt. affertq; nauicularii similitudinem, qui cum non admodum robustus est, nauim recta non agit; sic nec corpus animus imbecillis.

*Erecta*

*Erecta cernicis equus & vir se insinuant hac tabellula.*



*Rectus & alta cervice ambulans, & humeris sese  
commouens.*

Vetus Aristotelis translatio sic se habet: Qui humeris sese rectis extensisq; agitant, *γαλαγκῶνες*, referuntur ad equos. Sed quid per *galeancones* Aristoteles sibi velit; diu Sueffani animum torfit, exponentis per *galeancones* brachio minores, & pusillos; quod probat; quia referuntur ad equos, qui pusilli sunt, & rectis humeris incedunt. Galenus dum Hippocratis tabellula declarat, per *galeancones* eos intelligit, qui minime nutritum brachium habent, & ea quæ circa brachium sunt, inflatiore, vt feles: ex Hesichii interpretatione. Cornarius vero *cubiti gibbum* vertit, quod minime quadrat. Plutarchus in libro De Isî & Osiride, Mercurium.

καλαγχάρων esse corpore dicit. Cælius Calcagninus opusculo De rebus Ægyptiacis nescio, quæ ratione *albicubitum* exponit. Grammatici ab Erymologo. *galeancônâ* exponunt, *qui iusto breuiorem habeat cubitum*: καλαγχάρων is dicitur etiam, qui prælongo & gracili collo est, & Cratini Poëtæ filios Aristophanes *gyliauchenâs* appellauit, quod colla & ceruices longas & angustas haberent. Sed nos locum explebimus emendabimusque ex Adamantio, qui fere, vt cætera, hunc locum in suis Physiognomicis transcribit: Qui vero in humeris submouetur, rectus & elata ceruicis existens, ὑψαυχεῖν, sibi placens, & iniuriosus est; ita enim graditur equus. Et sic τῷ καλαγχάρων, quod est apud Aristotelem, τὸ ὑψαυχεῖν, Adamantii respondet. Equus gloriosus & ambitiosus est. de eo hæc habet Ælianus: Inter cæteras animantes equus magno elatoque est animo, enim uero magnitudine, & ceruicis eminentia, audacius exultat, gestit, & insolentia effertur. Equæ comata superbiens, ab asinis se iniri iniquissime fert, cuiusmodi affectus gnari, qui sibi multos gigni volunt, equæ iubam sine artificio tondent, posteaq; asinos admittunt; ea vero mariti ignobilitatem, cuius antea pudebat, facilius patitur. Sophocles eius rei etiam videtur meminisse. Albertus: Qui humeros commouendo incedit, superbus & insolens iudicatur. Tiberius Cæsar incedebat ceruice rigida & obstipa, adducto fere vultu

vultu & plerumq; tacito, nullo aut rarissimo etiam cum proximis sermone, eoq; tardissimo, & non sine molli quadam digitorum gesticulatio-  
ne, quæ omnia ingrata & arrogantia plena animaduersa Augustus in eo, excusans apud Senatum & populum, professus est, Naturæ vitia, non animi esse.

*Humeri curui ad singulos passus se submouentes.*

Qui humeris mouetur incuruati, animo sunt elato, & referuntur ad leones. vbi vero leonis figuram Aristoteles designat, ait: Ambulâs tarde, & magnifice, atque seipsum in humeris, dū ambulat, quatiens, hoc est, (vt coniicio) humeris ad singulos passus commotis. Alibi leonis incessum gradatum esse scribit, idq; fit cum pes sinister nō transit dextrum, sed subsequitur. quod incedēdi genus Græci τὸ σκίλα vocant. incedit enim tarde, & passibus multum distantibus. Adamantius ab eo hæc habet: Qui humeris submouetur, adducto capite, magnanimitatem & fortitudinem innuit; ita enim incedit leo. Reliqua ab his iam inspicere poterit. Albertus optimam incessus rationem describens, ait: Cum pedum & manuum motus, cum totius corporis consentit, & cum moderate & tranquille inferatur, cum inclinatione aliqua capitis & ceruicis decenti, magnanimum hominem, & fortem notat, qualis est leonis incessus. Sed Plinius humeris incuruos longæuos dicit.

*De magnitudine & paruitate corporum.* CAP. 56.

**D**IXIMVS de singulis hominum partibus; nunc de toto simul corpore verba sunt facienda.

*Corpore valde parui.*

Valde parui, præcipites sunt, Aristoteles in Physiogn. ratione enim sanguinis paruum locum continente, motiones quoque valde velociter accedunt ad sapere; Causa est, quia in corpore paruo pauca est intercapedo à corde ad cerebrum, vnde fit spirituum ascensio, ex quibus ingenii vbertas: vnde sunt ingenio & actionibus valde celeres. Alexander Aphrodiseus asserit corpore breues plerumque esse iis qui longi sunt, prudētiores, cum coarctata sit in toto corpore anima. Innati enim spiritus vis ipsa collectior, parua compaginis membra aptissime regit, & quod mentis est, ad excogitandum validius illustrat. Præterea animalia parui corporis ingeniosa sunt, vt apes, formicæ, & aranæ. Et Auicenna dicit, quod natura supplet ingenio, vbi defecit corpore. Aristoteles ad Alexandrum præcipit, non debere contemnere paruam staturam in hominibus, quia plerumq; hi sapiētia, consilio, & optimis moribus sunt præditi. Viri fortitudine & consilio præsignes in historiis hi leguntur. Agesilaum parua fuisse statura ferunt, & forma despicabili; sed animo imperiosum, & ingenio sublimem, iustitiæ obseruantem, natura

& ar.

& arte his popularitate humanitateq; cōiunctis, sed hilaritas viri, & illa quotiescumq; locum tulisset, vrbalitas effecit, vt eadem ad extremam, vsq; senectam gratia, præsignes forma, pulcritudineq; viros æquaret. Alexander Magnus non magna fuit statura, & Orientē subegit, omnesq; Reges præiuit. Vlysses modica fuit statura præditus, procerus & maximus Ajax, vt ab Homero describitur Iliados tertio; ille iudicio & virtute præpotens; hic stolidus & furiosus. Homero etiam teste, Tydeus minor quidem corpore, sed fortior animo fuit. Antoninus Caracalla breuis fuit statura; & tamen dicacitatem Alexandrinorum vltus est ingenti cæde; Persas item dolo & virtute fudit. Et si à Mario tironum proceritas probatur, eamque exactam esse intra senos pedes, vel certe quinos, & denas vncias inter alares equites, vel in primis legionum cohortibus; à Vegetio tamen inferitur, vbi necessitas exegerit, non tam staturæ rationem, quam virium habere cōuenit: Paulo ante nostra tempora Nicolaus fuit Piccinus dictus à parua corporis statura, in Italia, magnus fuit virtute bellica, & præclaris facinorum gestis. Erat vir ingenio apprimè sagaci, & feruido, & mirabiliter solerti ad præcauendos hostiū dolos, tentandasq; insidias, & si homines ingenio, & facundia præsignes referre licet, qui modica fuerūt statura; Cor. Licinius Calu' breuis fuit staturæ, & exiguo corpore

Z 4

quocirca à Catullo *Calopichius* est appellatus, hic poëmaticis scribendis p̄elegans habitus est, & apud veteres inter optimos poëtas relatus. Anius statura fuit admodum breui, vt à C. Plinio refertur, & inter principes tragœdiarum scriptores relatus est à veterib. : fuit enim acri ingenio. Horatius idē statura fuit breui, & corpore obeso, & oculis lippis. Marfilius Ficinus pusillo corpore fuit, vt vix semihominem æquaret; sed tantam vim inusitati spiritus, & tantas vtriusque linguæ facultates habuit, vt in admiratione haberetur. Iacobus Faber Stapulensis statura perhumili homuncio, sed magnis ingeniis haud dubie conferendus. Aurelius Augurellus Poëta in pusillo corpore præclarum habuit ingenium.

*Parui corpore siccis carnibus, & colore qui caliditatem indicet.*

Quicumque autem paruorum siccis carnibus sunt, aut coloribus, aut quæ per caliditatem corpori superfluunt, nihil proficiunt. existente enim latione in paruo corpore & veloci propter ignem, numquam secundum idem est sapere, sed aliud in alio, priusquam excedens perficiat. In corpore paruo aliquam adhiberi considerationem iubet Aristoteles: nam potest esse paruum corpus, & non ita malum; vnde ex qualitate carnis & coloris, potest qualitas effectus augeri vel minui. Vnde perficcis carnibus vtentes, intel-

intelligit, in sui corporis cōstitutione, quod maris sint, vnde cum corpore duæ causæ coniunguntur, altera ex parte loci, videlicet cum corpore parui sint, altera ex parte complexionis, quæ sicca, & ignea est: sic ex breuitate corporis, spirituum breuis est motus: ex complexione calida celeris, sic animum reddunt mutabilem; nam spiritus prius mutantur, quam animus opinione firmetur.

*Corpore parui humidis carnibus, & colore humidum innuente.*

Quicumque vero paruorum humidis carnibus & colore humidum innuente præditi sunt, propter frigiditatem, perfectiui sunt: existente enim motu in paruo, idque cum difficultate, mobile temperatur commensuratione, & motum potest optime perficere. Aristoteles in Physiognomicis.

*Corpore incommensurati.*

Incommensurati, astuti sunt, & referuntur ad passionem, & ad feminas. relationem autē commensurationis corporum, ad bonā motionem, & bonam natiuitatem ducere oportet, sed non ad formā maris, sicut initio dictum est. Idem in Physiognomicis.

*Valde magni corpore.*

Qui autem sunt valde magni, tardi. Latione enim sanguinis magnum locum continentis,

tarde accedunt ad sapere. Idem in Physiognomonicis. Ait Alexander Aphrodisiensis, in magnis corporibus anima extremum soluitur in spatium. Grus magna avis est, & timida; Eustathius. Homerus Aiace[m] describit, ut diximus, enormi proceritate staturorum, *πίλωρ τεῖρος Αχαιῶν*, id est, *excelsus Ajax Græcorum murus*, & *ἄριστος Ἀργείων κεφαλῶν*, *capite supereminens Græcos Vlyxes* contra Eurialum ait, qui esset magnus, & insipiens, apud eundem:

-- *si membra tibi dant grandia Parcæ;*

*Mentis eges.*

C. Caligula statura fuit eminenti, corpore enormi, gracilitate maxima crurum & cervicis.

*Corpore magni, carne humida, & colore humidum innuente.*

Quicumque vero magnorum humidis carnibus utuntur, & coloribus, qui propter frigiditatem innascuntur, nihil perficiunt. Existente enim latione in magno loco, & humido propter frigiditatem, non permittit aliquid accedere ad sapere. Aristoteles in Physiognomonicis. Sunt homines grandiores timidiore[s], ut struthiocameli. Ludouicum Pannoniæ Regem & Boemię ferunt cum utero matris excluderetur, in formam prope, & sine certis oris lineamentis vrsini foetus speciem pretulisse, & creuisse ad iusto maiorem hominis staturam; nec eius molis artus decenter viuus & illustris spiritus regebat, ore etiam

etiam obeso erat, nec poterat à nutricijs ita excitari, ut literarum pariter & armorum disciplinam exerceret. Ita grande corpus sine pectore & mente fortitus est.

*Corpore magni, & duris carnibus, & colore calidum innuente.*

Quicumque autem magnorum ficcis carnibus utuntur, & colore propter humiditatem, sunt perfectiui, & sensitiui: existente enim latione in loco magno, & tarda propter frigiditatem, nil conducit accedens ad sapere: magnitudinis enim excessum, & carniū, & coloris caliditas acquisiuit, ut commensurata sit ad perficiendum. Aristoteles in Physiognomonicis. & in Problematis, homines, & aues, & genus quodque animalium forte, esse dixit corpore duriori. Ratio: quia animositas cum calore est; metus enim refrigeratio est. quorum igitur sanguis magis feruet. hæc & robustiora, & animosiora sunt. Sanguis autem alimenti loco corporibus est. Multi sunt homines viribus & ingenio præfignes, qui procera statura, sed temperata membris & complexione fuerunt. Legitur apud Græcos Titormum bubsequā corpore staturorum, & viribus præcellentem fuisse; in eum cum incidisset Milo Crotoniates, illius proceritatem ac robor periclitari cupiens, nil magnū posse dicebat. Is permagnū arripuit lapidē, quem primo ad se protraxit, inde propulit, ter

idem efficit, postea sustulit ad genua, demum humero impositum ad quinquaginta tulit vlnas, proiecitque, at lapidem vix emouebat Milo: inde perrexit ad armentorum gregem, stansque maximi & ferocissimi omnium tauri pedem corripuit, furentemque, ac inde se proripere adnitentem frustra, retinuit constantissime. Magno corpore fuit Theseus, cum Cimon eius sepulcrum inuenisset; forma præstanti, & digna maxima animi magnitudine, vt ex Plutarcho habetur. Palamedes longus & gracilis fuit; animo sapiens, magnanimus, & blandus. Antenor longus & gracilis, & velocibus membris; sed verus & cautus. Agamemnon corpore magno, membrisque teretibus, fuitque prudens, & nobilis. Nestor magnus, longus & latus; consiliarius prudens. Neoptolemus magnus, diducto corpore, sic castor, Pollux, & Helena. Polyxena alta, animo simplici, larga, & dapifilis. Sic Priamus & Machaon, qui fortes, prudentes, & misericordes fuere. Troilus magnus, & pulcherrimus forma, militiæ cupidus, vt ex Darere Phrygio habetur. Romulus fuit magnitudine & formæ præstantia insignis, vt ex Plutarcho habetur. Flavius Domitianus statura fuit excelsa, præterea pulcher & decens, maximeque in iuuentute, & quidem toto corpore, maximo valuit ingenio, facundia, sagittandi arte, & militia. Claudius Cæsar prolixo, nec exili corpore fuit. C. Cæsar

lar excelsa statura, sed teretibus membris, ore paulo pleniore, fuit animo, ingenii magnitudine, & virtute insigni. Tiberi<sup>o</sup> Cæsar corpore fuit amplo, & robusto, statura, quæ iustum excederet, latus ab humeris, & pectore, cæteris membris vsque ad imos pedes æqualis & congruens; vnde fortis erat, vt ex Suetonio colligitur. Mausolus procero corpore, & prudens fuit. Georgius Scanderbegus excelsa fuit statura, toroso corpore, vt magni Herois effigiem repræsentaret, fuit admirabili robore ac bellica virtute præditus, vt historis testatum est: vt supra duo milia barbarorum diuersis prælijs sua manu interfecerit, cum singulis ictibus singulos per mediū scinderet. Georgius Fronspergius Suetius, vasto corporis pondere, sed artuum robore adeo valido fuit, vt extento tantum medio dextræ manus digito, validissimum quemque firmo innixum vestigio facile dimoueret, prætercurrentem equum arrepto freno sisteret, tormentumque murale solo innixus humero, propelleret quo vellet. Gottofretus Bulionius, sacri belli aduersus Turcas dux, statura fuit sublimes, & eximia corporis specie, militaris artis peritissimus, & religione insignis, sermone breui, sed sententiis admirabili. Carolus Rex Francorum statura eminenti, corpore amplo, membris congruentibus, facie pulcherrima, à rerum gestarum magnitudine cognomento dictus fuit Magnus,



uniuersa specie augusta. Otho excelsa fuit statura, & strenuus bellator. Sic Magnus Sfortia, sic etiam Consalvus Cordubensis, vt ex Iouio habetur. Mahometes secundus Turcarum imperator, statura fuit grandi, pectore & lacertis magnis; fuit natura pugna, & strenuus, & prudentia mirificus, solers machinarum bellicarum inuentor, difficilimarū & abstrusarum rerum peritus. Ioannes Assumbeius Vssumeafanus eximia corporis magnitudine, bellicosus, & appetens gloriæ fuit. Zenyal Persa Cassani filius excelsa statura, & grandibus oculis, manu strenuus, audax in proeliis, equitando & iaculando excellens. Tamerlanes Scytharum imperator, corpore fuit ingenti, validis neruis ad eō firmo lacertosoq; vt Scythici ingentis arcus cordam, quod paucissimis præstare licebat, ultra aurem extenderet, cupreumque mortarium pro scopo sagittariis in ludo propositum, emissæ harundinis spiculo perfoderet; maxima præditus bellica virtute extitit, & animo indomito. Non deerunt Philpsophi. Zeno procera fuit statura, vt Plato in Parmenide indicat, fuitque magni ingenii, dialecticæ inuentor, & in Philosophia, & in Rep, vir sane nobilissimus, vt indicant ipsius volumina sapientiæ plenissima. Zeno Cittieus procera statura & gracili corpore fuit, vt ex Apollonio Tyaneo Diogenes refert.

*Corpore.*

*Corpore mediocri, carne, & colore.*

Excedentia igitur corpora magnitudinibus, & paruitatibus deficientia, quomodo imperfecta sint & quomodo perfecta, dictum est; mediam autem horum naturam ad sensus optimam & perfectissimam esse, ab omnibus conceditur. Motus enim non multi existentes, facilius ad mentem accedunt; nec etiam pauci existentes, supergrediuntur. quare perfectissimam, & ad perficiendū quæ fuerint proposita, & ad sentendum, oportet moderatam esse magnitudinem. Mediocri statura fuit Ruellius Gallus, & in scribendo felicissimus. Iusto humilior, vel quadrata statura fuit Iacobus Triuultus, sed ingenti spiritu, & vigore plenus, Italorum ducum celeberrimus.

*Corpore commensurati.*

Si enim incommensurati astuti sunt, commensurati vtique erunt iusti & fortes. Aristoteles in Physiognomicis. Sed hic vsus est loco à contrario. Et ad Alexandrum scribens, ait: Homo bonæ staturæ sit; nec nimis longus, nec nimis breuis. Polemon & Adamantius in idea ingeniosorum, tribuunt ei corpus mediocri magnitudinis. Quadratum virum appellare solitus est Simonides apud Platonem & Aristotelem, qui esset omnibus numeris absolutus; & quadratæ staturæ sine manibus, & pedibus, cuiusmodi Hermes, qui *πρωτογενής* apud Græcos fingi solebāt, cum

quadratis literis & illustribus notis dicatas ab antiquis fuisse non aliam ob causam, ut conicio, quam quod ea forma, quæ sola perfecta esset, absoluta sit, illorum virtutem, & sapientiam minimè fluxam, & mutabilem indicare vellent. Celsus Medicinæ secundo, corpus stature mediæ quadratum vocat, atque habilissimum esse inquit; præcipue si neq; gracile, neque obesum sit. nam gracile corpus, infirmum; obesum, hebes est. Columella de canibus loquens, quadratum probat potius, quam longum, aut breuem; sic & gallinæ quadratas. Homerus Vlysem mediocri staturæ, dicit ingeniosissimū, & fortem: sic etiam Dares Phrygius eum fuisse scribit; corpore medio, & firmo, sed eloquentem, sapientem & fortem. Ajax Oileus corpore quadrato, valentibus membris, aquilino corpore, fuit iucundus, fortis, & sagax. Sic Diomedes corpore quadrato, fortis, & in bello acerrimus, crebro callidus, impatiens, & audax. Menelaus mediocri corpore, & statura fuit, & formosus, valens ingenio, & viribus. Briseis non alta statura, corpore æquali fuit, blanda, verecunda, simplex, & pia. Æneas quadratus, fortis, pius, & prudens, ut ex Dærete Phrygio habetur. Iustinus narrat Ninum Semiramidis filium fuisse statura mediocri. Augustus statura fuit breui, quinū pedum, & dodrante, quæ cōpositione & æquitate membrorum occuleretur, & non nisi ex comparatio-

ne ali-

nealicuius procerioris intelligi posset. Galbæ tiam statura fuit iusta, vnde maxima eius liberalitas, & iustitia. Sic Vespasianus quadrata statura compactis firmisq; membris: fuit liberalis, magnificus, & validus, ut in Suetonio legitur. Plautus in Asinaria suum Leonidam commoda statura, & intelligentem fuisse scribit.

*Pilosæ corpore.*

In quibus totum corpus asperis densisque pilis oblitum inspexeris, illud tarditati inertiaque adscribendum putabis; Polemon. sed Adamantius bouinum esse dicit, Aristoteles Problematum libro quartit, cur aues & pilosi homines libidine vehementer angantur? & rationem affert, quod multum humoris contineant, & genus illud vtrunque multi humoris concoquere propter caloris copiam, est indicio pilus, ac penna, neque si non à calore vinceretur, pennæ auibus, pili hominibus possint vniquam oriri; semen autem vel loci, vel temporis portione, vel ratione creati plurimū potest, ut in aere, ut in vere: nam eius natura calida & humida est, Et in natura luxuriosi facit eum pilosum. Lepori vni pili in bucca intus sunt, & sub pedibus, ut Aristoteles ait. & Plinius: Villosissimus animalium lepus. Quæ Trogus considerans in lepore, hoc exemplo libidinosiores hominum quoque hirtos esse dixit. Scotus ait: Cum videbis hominem pilosum in carne & cruribus, & in ventre, & non lu-

xuriosum, redde gratias Deo. Caligula fuit capillo raro, & circa verticem nullo, hirsutus caetera; luxuriosus maxime fuit, multosq; dilexit commertio mutui stupri; insuper sororum incestu abominabilis, nullaque illustri femina abstinent, vt à Suetonio habetur. Marsias vultu ferino, trux, hispidis, multibarbus, spinis & pilis obfitus, veluti belua, stultitię maximum specimen, Apollini se præfert, laudans sese, quod erat & coma relicinus, & barba squallidus, & pectore hirsutus; contra Apollinem aduersis virtutibus culpabat, quod esset coma intonsus, corpore glabellus; tandem cum eo certans, suę temeritatis belluinę pœnas dedit.

*Glabri corpore.*

Querit aphrodiseus in suis Problematis, cur mulieres & spadones pilis careant. mulieres quidem, quia frigide sunt, foramina sui corporis spissiora habent atque coarctatiora; vis enim frigoris coarctare, constipareque aptissima est; itaque exitus pilis denegatur. Spadones vero, quia iusto humidiores sunt, excrementisque admodum retundant. Hęc enim ratio est, cur loca neque præhumida, neque præsicca saxosaq; pilo, generare valeant. Plinius: Pubescit homo solus; quod nisi contingat, sterilis in gignendo est, vnde glabri ad femineos mores accedere iudicantur.

SECYNDI LIBRI FINIS.

IOAN.



IOAN. BAPTISTÆ

PORTÆ NEAPOLITANI

DE HVMANA

Physiognomonia,

LIBER III.

PROE M I V M.

**S**VPERIVS post superciliorum tractationem, constitutus erat oculis sermo; sed quia ipsi nobilissima sunt corporis partes, & in eis præcipua Physiognomonia vis consistit, in præsentem librum delcgimus. Aprudentissimis quibusq; dictum est, Vt vultus animi imago, sic oculi vultus indices sunt. Alii oculos animi fores vocarunt; quia ex eis foras emicat. Ait Polemon: Oculi arcana cordis manifesta reddunt; quoniam signa, quæ in oculis cernuntur, idola sunt affectionum cordis. Loxus, referente Alberto, scribit, omnem physiognomonia perfectionem in oculis consistere, & oculorum signa potentiora esse caeteris, quæ in vultu conspiciantur,

& si oculorum indicia confirmant ceterorum membrorum, tunc firma, rataq; esse dixit; si contraria fuerint, praualent signa oculorum, cetera vero infirmantur, Plinius inquit: Nulla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus, vel homini maxime, id est, moderationis, clementiae, misericordiae, odii, amoris, tristitiae, & letitiae. Profecto in oculis animus inhabitat, hinc illa misericordiae lacrimae; hos cum osculamur, animum ipsum videmus attingere, animo videmus, animo cernimus; oculi, ceu vasa quadam visibilem eius partem accipiunt atq; transmittunt; sic magna cogitatio obcaecat, abducto intus visu; sic in morbo comitiali aperti nihil cernunt, animo caligante. Aphrodisius in suis Problematis ait. Ob id nos, cum puduit, oculos deorsum vertimus; quia Natura oculos animi speculum construxit; quippe cum ceteras quoq; affectiones animi per oculos intelligimus, videlicet cum angimur, cum irascimur, & cum verecundamur, quod cum animus personam quampiam reuerendam adspicere, libere atque alloqui audentius temperet, palpebras trahi deorsum a musculis cogit, quasi occultans partem, qua facultas conspiciendi administrari solida est. Galenus diuinum membrum vocat, & caput a natura propter oculos formatum putat, cum in illis totus conspiciatur animus, & cerebro, in quo est praecipua animi facultas coniunxit, in sinuosa recondit valle, prominentibus superciliis, ut fierent, quasi vallo obsepiente ad propugnacula partium toto corpore preciosissimarum. Hic lucis vsu vitam a tenebris & morte discernunt.

De

## De oculorum quantitate, CAP. I.

Q VIA multifaria est oculorum consideratio, quippe de quantitate, situ, colore, motu, forma, & contuitu quoq;, multiformes, truces, torui, flagrantes, graues, transfuersi, limi, submissi, blandi dicuntur, & similes. A quantitate incipimus: Oculi, vt Aristoteles Animalium libro ait, subiacent superciliis quorum partes inferius & superius tegentes palpebrae appellantur. Pilos, qui in extremo palpebrarum ambitui adherent, cilium nominamus, Dicuntur oculi, quasi capite occulti, vel quia animae occulta releuant, Tabulam bouinos oculos offerentem adducimus, vt horum exemplo humani opportunius coniectarentur.



Valde magni oculi.

Grandiores oculos improbat Aristoteles Ani-

malium libro, similiter ab eo Galenus libro eod. Quoad animi mores corporis temperaturam sequantur. In suis vero Physiognomicis oculos magnos habentes pigros dicit, & ad boues refert. Galenus ad id refert. Si magnitudini oculorum concinnitas desit & operationum virtus, multam quidem substantiam, non tamen bene temperatam ostendit. Eadem Rhases & Conciliator ab Aristotele. Piscis Melanurus, *oculata* vulgo dictus, oculos habet, secundum suam magnitudinis proportionem maximos, Oppianus eum imbecillum, & timidum dicit, immo piscium omnium timidissimum. Heperus segnis est, nec à suis speciebus oberrat ob timorē, oculis est maioribus, quam corporis proportio requirat. Sed videamus ecquid Philologi doctissimi de magnitudinis oculorum causa dixerint. Democritus Abderita propter superfluam humiditatem magnos oculos oriri ait, eiusque amplificationis causam humidum esse, atque eiusmodi magnitudine præditos talem fortiri naturam. Herophilus autem de calido oriri asserit. nam magis esse humidum, quam calidum amplificare, & caloris vehementia, qui in prima formatione sursum confertim magis copiosusque efferebatur, non oculos modo, sed os ipsum, reliquosque meatus ampliores factos ait. Galenus autem in libro De temperamentis, ambos à veritate aberrare dixit: vno, quod vnius particulæ occasione de toto corpore pronūciare sint ausi;

altero, quod formatricis in natura virtutis, quæ artifex facultas est, & particulas secundum animi mores effingit, parum meminerunt. De hac Aristotel. dubitauit, num diuinius originis sit. Domitianus, vt Suetonius refert, prægrandibus oculis fuit. verum acie hebetiore, ob id minor ingenij suis & disciplina,

*Oculi magni, & liuidi.*

Ad Alexandrum scribens Aristoteles ait; Qui oculos magnos habet, inuidus, inuerecundus, piger, & inobediens est, & præcipue si sint liuidi.


*Oculi magni, & concinni.*

Idem ad eundem scribens, optimos oculos & laudabilis naturæ magnos dicit, ad rotunditatem declinantes. Galenus in libro De arte medicinali oculorum magnitudinem, sicut de capite dixit, aliquid boni, aliquid mali indicare: nam si magnitudini concinnitas oculorum adsit, & operationum virtus, multitudinem bene temperate substantiæ ostendit, ex qua sunt conformati. Homero *ὄπις* dicitur, quod oculos magnos, nō bouinos habeat, & ob id decoris sint, frequensque ei est Dearū epitheton. Ceruus oculos magnos habet & cōcinnos, & ingeniosus inter animalia. Grandibus oculis, & sublimibus, & fulgētibus. Socratē fuisse narrat Polemō. Sed Plato in Theæteto prominentibus dicit: ob id iustū, prudentē, studiosum, & amoris plenū fuisse, quæ a pollo omnium sapientissimum appellauit. Neoptolemus

oculis fuit rotundis, & maximus bellator, vt ex Darete Phrygio apparet. Tiberius Cæsar prae grandibus oculis fuit, qui etiam (quod mirum est, nec cuiquam mortalium contigit) experfactus noctu paulisper, haud alio modo, quam luce clara contuitus est omnia, paulatim tenebris sese obducentibus: erat enim corpore amplo & robusto; fuit & in eo vis acerrima ingenii in disciplinis, & militia. Huiusmodi ipse etiam oculos à natura fortitus sum, quod Plinius nulli genitorum mortalium, nisi Tiberio contigisse dixit, nam experfactus, in tenebris clare omnia contueor aliquantisper, paulatim in lumine euanescente. Tales sunt oculi tui, Princeps dignissime, magni, fulgentes, & concinni, & cum maxima operationum virtute, vt longinqua omnia contuearis, & propinqua. Vnde misericordia, iustitia, prudentia, iudicium, præstantissimi que tui mores præfulgent.

*Veritus*

*Veritus ne eiusdem tabula copia, ne utiquam ludo mulierum, aut puerorum ioco parata, vel librum oneraret, vel lectoris animo fastidium ingereret, hanc, vt repetitam, obliteratam reiecisset, ni præseni exemplo necessariam cognouisset.*



*Valde parui oculi.*

Oculos valde paruos, Aristoteles Animalium libro improbat, vt extremos; & similiter à Galeno eodem loco idem probatur. Sed in Physiognomicis ait: Quibus parui oculi, vt simiis, pusillanimi sunt, & referuntur etiam ad apparentiam. Sed Galenus: Si oculi cum paruitate sociam habuerint inconcinnitatem quandam, ac operationum vitium, tunc paucam simul & vitiosam materiam ostendunt. Polemon & Adamantius in figura auari, ascribunt ei modicos oculos. Torpedo oculos paruos habet, & vafra est,

*Parui & concinni oculi.*

Vt nec magnos oculos Galenus improbat, ita nec paruos, quibus concinnitas & operationum virtus adsit: nam paucam quidem, sed benè-peratam substantiã ostendunt, ex quo sunt conformati. Aristoteles ipse; vt Diogenes testatur, paruis fuit oculis, auctoritate Timothei Atheniensis in libro De vitis.

*Oculi mediocres.*

Animalium libro Aristoteles nec magnos, nec paruos ait esse oportere oculos, qui probentur; & similiter ab eo Galenus. In Physiognomonicis vero: Medius est igitur oculorum status, qui probetur, qui mediocritatem quandam magnitudinis habeant castigatam. Ad Alexandrum item scribens: Cuius oculi sunt mediocres, declinantes ad cœlestem colorem, vel nigredinem; talis est penetrabilis intellectus, curialis, & fidelis. Et Polemon in figura virilis, tribuit ei aciem humidam, oculos neque magnos, neque paruos.

*De angulis oculorum, CAP. 2.*

**N**unc ad oculorum partes deueniendum, & primo de angulis. Sunt enim anguli, vt Aristoteles Animalium libro ait, pars inferioris superiorisque palpebræ. horum duplicem vterque oculus habet, alterum iuxta nasum, alterum iuxta tempora.

*Oculi**Oculorum anguli longi.*

Si oculorum anguli iusto sint longiores, maleficorum morum notam præbent, Aristoteles Animalium libro, quod à Galeno recitatur, & Plinius ex Trogo refert idem. Quibuscumque oculi sunt longi, maleficos esse indicant. Sed quæ de angulis oculorum Aristoteles, Plinius cum irridens, satis ipse irridendus, perperam de oculis protulit.

*Oculorum breues anguli.*

Galenus ex his infert, breues angulos, velut inter hos medios, laudabilis esse naturæ. Sed Albertus perperam malitiam dispositricis naturæ innuere dicit.

*Carnosi oculorum anguli.*

Oculares anguli, qui iuxta nasum coniunguntur, carnosi, more pettunculorum, malitiã præferunt, Aristoteles etiam notato loco subdit. Quod à Galeno, & Plinio est transcriptum. Claudio Cæsari oculos fuere, in quorum anguli candore carnofo, & sanguineis venis subinde suffusos. A Suetonio cibus, luxuriæ, & ludis deditus, sæuus, & timidus describitur. Albertus non more pettunculorum, sed vt videretur in oculis milui, dicit, & astutiam & calliditatem innuere.

*De genis oculorum, CAP. 3.*

**G**ENAS dicimus palpebras superius & inferius tegentes, quasi à genis contineantur.

Hæ namque vesicularum instar tumentes, somnolentiæ & vinositatis testes sunt. Albertus barbare, cilia vocat.

*A dextris figuram inspicias, qua supra & infra oculos vesiculas tumidas habet.*



*Vesicula oculorum infra.*

Quibus autem, quod ab oculis, veluti vesiculæ dependent, ebriosis sunt, & referuntur ad passionem; Aristoteles in Physiognomonicis: id est, inferior gena facile vesicarum instar, intumescit. Vinum enim, vt Medici dicunt, cerebrum debilitat; vnde iis, qui largius merum ingurgitant, ex cerebri debilitate inferiores palpebræ prægnantes visuntur. Suesanus male putat Aristotelem de lippitudinibus & superfluitatibus, veluti vesiculis ex oculis exeuntibus locutum fuisse

fuisse. Polemon, & Adamantius; Sub oculis vesiculæ, vinolentiæ nota. Albertus inferius ciliû grossum, vinolentiam significare dixit.

*Vesicula oculorum supra.*

Adhuc eodem loco Aristoteles; Et vehementer cadentibus, quæ supra oculos, veluti vesiculæ, somniculosos arguit, & referuntur ad passionem: nam somno surgentibus dependent, quæ sunt in oculis. Et si ex Polemonis textu pauca ad rem accommodata leges, ex Adamantio tamen restituta. Superne vesiculæ tumentes, somnolentos indicant. Albertus superius supercilium quasi inflatum aliquantulum cadens, super oculum somnolentos significare ait. Medici ex humoris superfluitate id euenire autumant, vel per se, vel e somno surgentibus; vtroque argumento nobis insinuant somni esse amatores: quod Galenus in Arte medicinali non tacuit: frigida enim, & humida cerebri temperies somnolentos, & capitis destillationibus obnoxios reddit. Ouidius somnum describens;

*--tarda que deus grauitate iacentes,*

*Vix oculos tollens, iterumque iterumque relabens,*

*Summaque percutiens nutanti pectora mento.*

*Vesicula oculorum infra & supra.*

Ex supradictis Adamantius infert; vtraque oculorum vesicula, superior inferiorque tumens, vtrumque significat. Polemonis textus vix sententiæ vestigia seruat.



*Sanguinea gena, & crassa.*

In figura inuerecundi Aristoteles adscribit ei palpebras crassas, & sanguineas; Polemon, & Adamantius apertas, & crassas. Rhafes: Cuius palpebræ grossæ, inuerecundi. Sanguinolentiâ palpebrarum prouenire dicit ex sanguine indigesto, grosso, ut in senibus & ganeonibus.

*Inferior gena breuis.*

Inferior gena, inquit Albertus, retracta, quæ oculum non cooperiat, significat interituum, ex nimia siccitate; & si est ex infirmitate, immineere mortem.

*De pupillis oculorum, CAP. 4.*


**S**VNT etiam pupillæ oculorum partes, Aristoteles Animalium libro ait: Oculorum humor, quo videmus, pupilla est, circulus qui circumdat, orbis est; albugo vero orbem circumdat. Plinius inquit, Mediam oculorum pupillam fenestruit pupilla; esseque, ait, gentes in Triballis, & Illyriis ex Ifigoni sententia, qui pupillas binas singulis in oculis habeant, qui visa effascinent, interminantque quos diutius intuentur, iratis præcipue oculis, & eorum malum facilius sentire puberes. Dicitur pupilla, Isidoro teste, quia ibi parvæ imagines à nobis videntur, & paruuli, *pupilli* dicuntur; vel quia pura & impolluta est, ut puella.

*Quis figuram adducimus, in qua latas pupillas contemplari licet.*



Qui latas oculorum pupillas habent, eos prauiis moribus obnoxios dixeris. Sed Adamantius, laxitatem foraminum pupillarum, stultos (& rectius) notare dixit; nam oves, & boues, & quæcunque animalia stulta sunt, eadem ad spectus acie latam habent. Idque mihi frequenti experientia compertum est.

*Ecce ichneumonem ad viuum effigiatum adducimus, qui ad huc sedula cura diligentissimi nostri Ferdinandi Imperatoris viuus adseruatur, in quo parua pupilla deteguntur.*



*Pupilla oculorum parue.*

At qui paruas pupillas habuerit, cum & huiusmodi serpentes, ichneumones, simiæ, vulpes, cæteraque quæ angustiis sunt pupillis, & improbe astuta sunt, habeant, tales ad eorum similitudinem maligne machinantes iudicare queas; Polemon. eadem cõfirmat Adamantius. Albertus quidem: Serpentes, hyænæ, simiæ, vulpes & vniones, siue testudines quæ margaritas ferunt, pupillas habent paruas; & qualis beluarû harum animus, talis erit hominis, qui eas habebit. Sed pro ichneumone satis imperite vniones habet, & rudior expositio est, siue testudines. Sed occurrit turpi

turpi Veneri obnoxios me obseruasse paruas pupillas habere; argumento fortasse Ichneumonum, hyænarum, perdicum, coturnicum, gallorumque: hæc namque animalia malefica, insidiosa; maculaque vtuntur Venerè ex Aristotele, & Aphrodiseo. Ichneumoni, inquit Ælianus, vtriusque sexus participi, à natura tributum est, vt & suo semine grauiditatem, & parum aliis afferat, & ipse quoque nomen ferat. quod de hyæna item scripserunt; qui in pugna, quam inter se pugnant, victi fuerint, ea bellicæ offensionis nota inuruntur, vt & in viliorem sexum censeantur, & muliebria patiantur; contra ii, qui superiores in bello euaserunt, victos subigunt, & simul suo semine implent: at victi ex ea male à se pugnata pugna, hoc præmio afficiuntur, vt ex patribus, qui iam ante fuissent, matres reddantur. Libido perdicum maxima, dum incubat femina, cælibes mares pugnam inter se conferunt, victus in pugna victoris venerem patitur, ex Aristotele, Athenæo. & Trogus idem de gallis prodidit, qui omnes angustas pupillas habent.

*Mediocris oculorum pupilla.*

Optimam describens pupillarum qualitatem Adamantius, Qui bene, ait, sunt animis affecti, secundum oculorum rationem, decentes pupillas habent. Albertus: Quibus moderati sunt pupillæ orbes, fortes sunt.

*Pupillarum orbes inæquales.*

Qui impares habent pupillarum orbes, stolidos dixeris; Polemon. Adamantius vero nefarios dicit; & rectius. Albertus iniquos.

*Æquales pupillarum orbes.*

Optime Adamantius addit, quæ Polemon omiserat: Qui vero æquales habuerint pupillarum rotationes, amici erunt iustitiæ.

*Circumuoluentes se pupillarum orbes.*

Adamantius habet, quæ Polemoni exciderunt, vel ipse studio omisit: pupillarum orbes circumuoluentes, tamquam infrequentes habuerint, nefarii.

*Inæquales pupillarum orbes, & si nubis cærulea, viridis, discolor, tenebricosa eorum fronti super supercilia insideat.*

Si præter id signum (id est, inæquales pupillarum rotationes) nubis cærulea, viridis, vel discolor eorum fronti insederit, scito eos à dæmone omnis generis nocuentis lædi; Polemon. Sed Adamantius: Si hoc signum eorum fronti insederit, tamquam nobis cærulea viridis, discolor, vel tenebricosa super supercilia apparens, hos dæmon in domestica irruens bona, variis erumnis vexat.

*Inæquales pupillarum orbes, & circumcurrentes.*

Si autem nubis ipsa superciliis insederit, & orbes pupillam eodem modo comitentur iniusti sunt,

sunt, & iniusta opera patrabunt, utpote cognatorum cædes, aut coitus, aut nefarios cibos, vel qui idolis offeruntur, qualia Mycænis Pelops, & Oedipus Lai filius Thebis fecisse à Tragico memorantur, & præsertim si ipsi oculorum orbes semper eodem modo vagi circumcurrant; Polemon. Sed Adamantius fere aliter: Si superciliis nubes non insideat, sed circum pupillas orbes circumcurrant, oportet considerare, an eodem modo semper currant: quod est indicium eos nefaria opera moliri, aut cognatorum cædes, aut coitus, vel nefarios cibos, & veneficia.

*Orbes pupillarum conuersi, coniunctim se mouentes.*

Qui conuersos orbes circa pupillam haberint, coniunctim se mouentes, iniusta molientur. eaque mala consilia perficiunt, ad quæ animi furor concitat, quasi à peruerso quodam dæmone exagitari, omnibus odio habentur, ac propterea alia atque alia cogitantes, nihil perficiunt, sed cuncta peruertunt: horum oculi arcana manifesta reddunt, quoniam signa, quæ in oculis cernuntur, idola sunt cordis affectionum; Polemon. Sic habet Adamantius: Si in motu circuli conuertuntur, interim statum aliquem vel motum accipiant, ab his certe nil agitur, sed tamen illis sunt iucunda opera nefaria, & modo facere cupiunt, motu metu, & pigritia prohibentur.

*Prominens pupilla.*

Qui pupillam foris prominentem habet, cum totius substantiæ latitudine, demens est Rhases.

*De oculorum situ. CAP. 5*

**N**VNC de oculorum positione, scilicet prominentia & cauitate. nam nonnullis ipsos natura ad interiora impegit; quidam quasi à sua sede prominuli visuntur: hæc malitiam vel bonitatem reliquarum qualitatem oculi augent, vel minuunt.

*Asinos oculos extra prominentes, quare fol. 173.*

*Oculi multum prominentes.*

Oculos, qui sese extra mittant, Aristoteles Animalium libro improbat, & similiter ab eo Galenus. In Physiognomicis autem, ubi ex aliqua hominis & eius partium similitudine ad asinum, de ingenio pronunciat, ait, fatuitatem innuere; & ad asinos refert, quorum oculi plurimum foras eminent. Refert etiam ad apparentiam. Ad Alexandrum scribens ait: Qui habet oculos similes asinis, insipiens est, & duræ cervicis. Polemon & Adamantius non omnes turgidulis oculis præditos laude dignos censent. Rhases inuerecundos, loquaces, & stolidos facit. Plinius hos hebetiores putat; ratio, quod quanto oculus eminentior, eo plus distat à cerebro, scilicet ab eius principio, & ob id ab eius decenti dispo-

dispositione. Oculorum prominentiam ex anteriorum ventriculorū cerebri humiditate provenire autumant Medici, vel debilitate, ob id fatuitatem innuere,

*Prominentes oculi, tumidi, foveatig.*

Prominentes oculi, quibus in circuli speciem tumor circumducitur, aut contra veluti castrorum fossa circumdatur, dolosi hominis signa interpretantur Polemon & Adamantius.

*Prominentes sursum oculi.*

Omnes erecti oculi, leonis ferociam, vanitatem, & insaniam denotant; Polemon, Adamantius vero ingluuiem arguere dicit. Conciliator, Insaniam.

*Deorsum prominentes oculi.*

Versi tamen deorsum, tamquam concidentibus, immites & implacabiles denunciant.

*Sanguinei oculi, prominentes.*

Petulosos & sanguinolentos oculos, ebriosos gulonesque indicare dicunt. Conciliator timidos & instabiles satis inepte transfert, ex Polemone et Adamantio. Cocles hanc descriptionem cum superiori confundit.

*Oculi prominentes cæsi.*

Prominentes cæsi oculos in quoquo perspexeris, iniquum, & incompositæ mentis virum censeas. Polemon et Adamantius.

*Prominentes oculi cum grauedinosis superciliis.*

In profiliētibz oculis, si supercilia grauarint, certior erit dementia. Pol. Adam.

*Prominentes sicci oculi.*

Si tumentes oculi ad aridiorem naturam vergant, **atricidas, homicidas, puericidas.** & venenorum propinatores existimabis: Polemon, turgidulos; & paruos Adamantius dicit. Ego Polemoni assentirer, quum inferius de prominentibus paruis scribat; & quotquot huiusmodi facinorosos homines videre contigit, omnes prominentibus, siccis oculis præditos inspexi. Oritur huiusmodi oculorum siccitas ex cerebri siccitate, & ex melancholia adusta, quæ horum causa est facinorum; Conciliator. Aristoteles Animalium libro optime cernere censet in genere brutorum animalium, qui cavitatis recessu oculos habent. Aquilæ oculos valde profundos habent & acutissime vident. Quod acutissimi omnium intuendo sint, ratio est; quia visibiles spiritus in profundo magis aggregantur, & hinc virtus visiva fortior, & lux à maiori quãtitate recipitur. Suetonius concauis oculis Caligulam fuisse scribit, vnde maleficum ac perueriæ admodum mentis extitisse meminit.

*Concaui, & parui oculi.*

Concaui oculi & exigui dolosos hominum mores testantur; Polemon & Adamantius; hominibus insidiosos, inuidia & æmulatione tabescentes.

scentes. Rhales idem cõfirmat. Oculorum profunditas ex caliditate & siccitate prouenit, quæ humores desiccât musculorum, ita etiam ex adusta melancholia; vnde homines calidi sicciq; sunt melacholici; ratione humorũ & spirituum, sunt proditores, quia ex caliditate siccitate & cholericâ adustione procedit; ex melancholia vero timiditas & stultitia. Intraorsum recedentes oculos, & atroci vipereoq; obtutu scintillâtes & igneos habebant Cæsar Borgia Dux Valentinus, quos nec amici quidẽ contuendo ferre possent, quamquam festiuus, & iocundus erat: sed fratrem iugulauit, & in Tiberim proiecit; metuebatq; pater Pontifex vim sibi afferri ab effrato filio: multos dolo & veneno sustulit, vt sui seculi pestis haberetur. Erat Tamerlanes ore recedentibus oculis, semper minaci, qui propter inauditam animi feritatem atq; sæuitiã, portentosasq; vires, *orbis terror, & Oriendis clades* appellatur.

*Concaui, parui, & sicci oculi.*

Sicciores oculi propter supradicta mala, infidelitatem & sacrilegium notant; Polemon. Adamantius vero non sacrilegium, sed perfidiã notare. Polemonis interpretis hæc omisit. Idemque in figura stulti fatui pessimas omnes oculorũ notas collegerunt, tribueruntq; ei cauos oculos, exiguos, siccos, caliginosos, & intentos.

*Magni, & concaui oculi.*

Oculos vtique, qui concaui sunt, vt à turpi-

tudine absint, magnos esse oportere dixerunt Polemon & Adamantius. Vetus Aristotelis interpretres ita transfert: Quibus vero plus concaui oculi, mansueti: referuntur ad boues. Sed si aperte contradiceret Aristoteles: nam dixit alibi; Quibus valde concaui, malignos esse, ut simiæ, qui parum concaui: sed oportere esse oculos neque concauos, neque eminentes; oculi ergo plus concaui, quomodo erunt? Gesnerus de literis Græcis bene meritus, interpretatur: Quibus admodum caui, mites, ad boues referuntur, etiam male. Præterea si bouis oculos inspiciamus, hæc non quadrabunt. Textus Græcus οἱ δ' ἐπιπλεῖον, πρὸς ἀναφέρεται ἐπὶ βῆς. sed illud, ἐπιπλεῖον non plus, sed pleniores significare; ac si diceret; Oculos cauos, qui maiores sunt, mites esse, ut si quis bouum oculos inspiciat, id videat.

*Concaui, & ut aqua in vase sese mouentes oculi.*

Quos autem concauos, & ut aqua in vase, se mouentes inspexeris, si magni sint, haud prauæ naturæ virum, nisi alia intercesserint signa, iudicatio, Polemon & Adamantius,

*Concaui, intenti oculi.*

Oculi defixo obtutu in vno hærentes, probos mores indicabunt, Polemon. in Adamantio nusquam hæc adsunt.

CONCAUI

*Concaui, intenti, & fluidi oculi.*

Prædicti oculi si subterfuentes, dolosiores ostendunt; Polemon & Adamantius.

*Concaui, intenti, & fluidi cum mollitie oculi.*

Si prædicti oculi cum mollitie quadam fluidi fuerint: dementem indicabunt; Polemon. cum humiditate fluidos dicit Adamantius.

*Neque prominentes, neque caui oculi.*

Quibuscumque oculi parum concaui sunt, ii magnanimi sunt, & ad leones referuntur. Aristoteles in Physiognomicis. Nos per parum concauos, medios inter prominentes & concauos iudicamus. Alibi enim: Quoniam neque eminentiam oculorum, neque concauitatem laudamus, medius utique habitus præstabit. Hos etiam Animalium historia laudat, & notam optimorum morum præbere, ut medios status inter tumetes & concauos. Meletius Philosophus. Oculi vero qui ad neutrum horum declinant, sed medium, quoddam inter extrema tenent, optimi usqueputantur, talesque eorum in quibus visuntur, præclaros mores notant.

*In longitudine vultus oculi positi.*

Qui habet oculos extensos, cum extensione vultus, est malitiosus & nequam. Aristoteles ad Alexandrum, ex quo Rhases. Quando oculi in corporis longitudine positi fuerint, callidum &

deceptorem denotant. Ratio est, quia naturaliter in humana specie oculi secundum corporis latitudinem situati sunt, & si in longum acciderit, monstrum præferunt, & monstrum in corpore, monstrum est in anima. Sunt qui dicant ex nimia cerebri caliditate prouenire.

*De coloribus oculorum.* CAP. 7.

**D**E oculorum coloribus loquēmur. Sed ut intelligatur de qua colorata parte loquamur, repetendum ex Aristotele primo De historia animalium, quod tres sunt oculi partes, pupilla, quam Græci *σκληρα* dicunt, orbita illa nigra, quam videmus, quam *nigrum* etiam vocamus. Album, siue albugo in duabus oculis extremitatibus, & tertia, orbiculus in horum medio locatus. Pupilla in omnibus animalibus nigra est, vel ad nigritiem tendit, quod in omnibus simile; nisi quod in aliquibus purior vel impurior videtur. Sed orbiculus ille in omnibus animalibus (homine, & equo exceptis) in sua cuiusque specie unicolor est. Nam boues hunc nigrum habent, capræ medium, oues aquilum vel aquilinum, at in hominibus, & equis magna est varietas. Sunt enim albi, nigri, caprini, cærulei, fului, & subfului, immo omnium animalium solus homo omnes colores in oculis habet. Nec solum in omnibus hominibus variat color, sed etiam diuersis aetatibus: nam in libro Generationis ait Aristoteles:

Pucro-

Puerorum oculi omnes sunt cæsi, at deinde in eum colorem mutantur, quem retenturi sunt, quod in reliquis animantibus non videtur. solus equus homini in hoc similis, ut demonstrat in Problematum libro. Cuius ratio est, quia in utroque maior morum variatio, quam in cæteris. Sed cum hominis cerebri complexio ab equina differat, oculi etiam inter se differunt. Nos de colorum multiplicitate tabellam more nostro proponemus, quo sermo noster dilucidior fiat. Oculorum colores sunt vel simplices, vel mixti; de mixtis loquēmur, ubi de simplicibus loquuti fuimus. Simples vel splendentes, vel clari vel obscuri: nunc de simplicibus. Aristoteles in Problematis tres esse colorum varietates dixit; nigrum, cæsum, & caprinum. In Historiis autem quatuor, nigrum, cæsum, charopum, & caprinum; sed quia Græca oculorum colorum nomina non paruum difficultatem perperere, de singulis clare & particulariter scribemus.

*Cæsi oculi albicantes.*

Nos reiecta illa Galeni glauci coloris diuisione, utpote à nostro proposito aliena, glaucum colorem in tres partiemur. Primus multum luminosus est, ob id inter splendentes colores à Gellio numeratur. Latini cæsum dicunt à claritate cæli, vel aëris cum splendet, non à cæruleo colore, ut aliqui putant. Itali *beanchiccio* vocant, quasi albicans. Is color in oculis infantium,

quum nascuntur, visitur, vt diximus ex Aristotele. Altera species glauci est, quæ quasi ad croceum colorem declinat, is potissimum in nocturnis oculis cernitur, quas Græci γλαυκός dicunt, & ab huius animalis nomine sibi nomen comparauit. Virgilius *glaucæ salictæ* dixit. Tertius magis ad viriditatem herbarum accedit. Sed si nos recte animi prognostica noscere velimus, oportet causas, vnde oriatur, cognoscere. Empedocles horum colorum causas ad elementa referebat, & glaucum colorem ex multo calore nasci, nigrum ex intemperata humiditate, quæ dominatur, dixit; ob id cæsi noctu vident, ex ignis multitudine oculos clarificante, nigri oculi ex ignis priuatione & aquæ multitudine interdium vident, noctu visu priuantur, medius color ex horum mediis. Huic Aristoteles astipulari videtur in libro Problematum, quum dicit, quod qui versus Meridiem habitant, nigris oculis sunt; & qui Aquilonem cæsi. Cæsius enim color ex calore proficiscitur, inquit, interius abundante. nam iis, qui arcton colunt, calor interior ab exteriori frigore coercetur; qui vero Meridiem, propter aëris circumfusi teporem obuium, calorem continere nequeunt; sic qui relinquitur humor nigrescit. Inquit præterea, oculorum colorem corporis colorem sequi. nam qui Aquilonem habitant, cum colore sint albi, oculos quoque cæsi habent; qui vero ad Meridiem vergunt, cum & ipsi

ipsi nigri sint, etiam oculos nigros seruiuntur. A Galeno in Arte medicinali quatuor enumerantur huiusmodi colorum causæ: Magnitudo crystallini humoris, eiusdem splendor & claritas; tertio situs, id est, maior vel minor prominentia; quarto tenuitas vel paucitas humoris aquei, qui in pupilla consistit. Quod hæc opinio paucis arrideat, discutiemus. In oculi dissectione videtur crystallinus humor purus, & magnus, non tamen oculus glaucus perspicitur, sed niger; idque facile experiri poteris. Præterea magnitudo, & splendor Aristoteli vnica causa est. nam crystallinus nulla, vt opinor, ratione claritatem, & colorem glaucum generat, nisi quia modice splendet, & multum illuminat; vitanda est ergo multiplicitas: - Aristoteles Empedocli obiicit, quod visorium ex aqua fit, & quia rationi consentaneum est, vt ex humore sint oculi, ex quo proficiscuntur: ergo colorum causa erit ex aqueis humoribus, ex quibus constat. Vnde quinto Animalium, glauci coloris has docet causas: nam humoris paucitas glaucum colorem causat; copia nigrum. Conducit præterea pelliculæ corneæ læuitas & splendor, quæ si plus iusto excesserint, ad glaucedinem commutat, sed præcipua causa humoris copia vel paucitas est, sed quis humor sit ille, ab eo non explicatur: putamus autem humorem intra vitrum contentum, qui aqueus est,



(idque etiam à Galeno assumitur) à cuius paucitate & arefactione proficiscitur effectus ille, *glauco* dictus. confirmatur ideo, quod glaucos oculos habentes de die minus vident, cum lumen interdiu multum sit, & oculi cæsi motum illum à multo lumine factum non sustineant; contra qui oculos nigros habent, interdiu magis vident cum humorem multum habeant, multo indigent lumine, vt clarescant. Mare etiam cum modica aqua est, clarescit, & fundus perspicitur; sed vbi multa est, nigrescit, & lumen ad fundum non penetrat. Sed huic opinioni recentiores anatomici non assentiunt: aiunt enim colores illos à tunicæ vixæ coloribus nasci, quæ in anteriori parte semper varie tingitur. Auerroes in suis Colliget, ex cerebri complexione prouenire dixit, & cæcitatem illam ex cerebri frigiditate & propterea paucitatem digestionis. & est similis color aquæ. Aristoteles enim huiusmodi colorem quinto De generatione ex imbecillitate prouenire dixit, quia partes nuper natorum imbecilliores sunt; ob id cæsitatis imbecillitas est: igitur color hic cæsius alibicans timiditatem arguit, vt Aristoteles in suis Physicgnomon. Quibus oculi glauci, albi, timidi sunt, quia videtur color albus timiditatem significare. A quo Polemon: Ex cæsis color, qui ad albedinem vergit, timoris est. Nero oculis fuit cæsis & hebetioribus, quod peius erat, ob id præ cæteris timidi-

dissi-

diffimus, vt ex Suetonio habetur. Diuo Augusto equorū modo glaucos oculos fuisse Plinius scribit, supera que hominis albicantis magnitudinis, quam ob causam diligētius spectari eos iracunde ferebat. Sed hæc falsa esse facile existimo, tum quod Augusti mores optimi spectatique fuerē, cuius notæ morem contrarium indicant, tum quod à Suetonio clarissimo historico aliter eius oculi describuntur. immo cōtrarie. Inquit enim: Oculos habuit claros, ac nitidos, quibus etiā existimari volebat inesse quiddam diuini vigoris, gaudebatq; si quis sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem solis, vultum submitteret.

*Cæsi crocei oculi.*

Secunda species cæsiolorum oculorum, quam describemus, ea est, quæ ad croceum colorem inclinat, vt in noctuæ oculis videmus. Hi oculi siluestres & ferinos mores ostendunt. Polemon: Oculorum cæsitatis agrestem hominem testatur, sed ea, quæ ad bilem vergit: plura enim animalium siluestrium rationis expertium cæsis oculis sunt. nam cicura fere omnia nigricantibus oculis inuenies. A quo Adamantius: Glaucio oculi & sicci, agrestes & iniquos accusant, bile quidem tincti sunt, sed non cærulea. Polemon, & Adamantius capite de oculorum cenchris, *νερο*, dolosos homines notare dixerunt. Ptolemæus Philosophus cæsiolos oculos crudelem hominem, & deceptorē notare dixit: nam hic color

dominium cholere arguit, cum maxima adustione. Rhales: Oculi, qui habent citrinitatem, vt croco tincti esse videantur, pessimos significant mores. Glaucos oculos habebat Sylla, sæuos & acerbissimos, quibus terribilem reddebat aspectum, vnde agrestis & sæuus à Plutarcho describitur. Cæsiis oculis fuit Sfortia, vnde sæpius in agrestem iram & sæuitiam incidebat, vt à Iouio scribitur.

*Cæsi oculi, cum paruis pupillis.*

Quorum oculi glauci minimas acies habuerint, illiberales, versipelles, auari potius, quam alii reperiuntur, Adamantius. Vbi Polemonis textus non integer ait enim: Parui oculi paruas pupillas habentes, illiberales, versipelles, & auros significant.

*Cæsi oculi sicciore.*

Oculi glauci sicciore, iniustos homines arguunt, à bile enim ipsi exagitantur, Polemon. sed Adamantius; Oculi glauci sicciore. iniustos homines arguunt, à bile exagitados, sed non cærulea. Conciliator: Glauci, sicci, feroces mores pariunt, nam si cæsius color perse agrestes parit mores, & siccus insuper fuerit, ex adusta siccitate peiores euadunt.

*Cæsi oculi viridantes.*

Est species cæsitatis illa, quæ ad viriditatem accedebat, scilicet oleorum. Polemon: Qui autem oculos habent, similes viriditati olearum, fortes

fortes viri sunt. Huiusmodi oculorum cæsitatem præditus erat Patroclus, vt Daretis Phrigii testantur monumenta, qui fuit robustissimus.

*Cærulei oculi.*

Ex iis, quæ Aristoteles primo De generatione dixit, cognoscimus cæruleum colorem ex humorum multitudine prouenire, cum à nigro parum differat; & vt mihi videtur etiam species est glauci coloris. Equus Neptuni glaucus erat, idque ob colorem maris; & epitheton est maris color glaucus, & marini Dei quoque. Polemon. Cærulei oculi, cum humidiores sunt, præstantiores sunt quam cæteri communes, & dolosum hominem significant. Adamantius aliter: Cærulei. oculi humidi valde sunt, & præstantiores aliis. Galba cæruleis oculis fuit, ob id sæuitis, aaurus, & dolosus.

*Cærulei oculi, magni, stantes, & splendentes.*

Cærulei oculi, Polemon inquit, humidi, stantes, virum optimis moribus præditum indicant, & animosum; ab eo optime Adamantius: Oculi cærulei, humidi existentes, stantes, splendentes, magni, optimam hominis naturam & animositatem præferunt. Sed in textu ἀλαμπεῖς, littera tollenda est, vt pote addititia. Hæc eadem Aristoteles ad Alexandrum scribit. Cuius vero oculi sunt declinantes ad cælestem colorem, vel nigredinem, talis est penetrabilis intellectus, &

fidelis. Cæruleus hic color est medius inter albi & nigrum; & temperatam mōstrat cerebri complexionem, & sic bonum ingenium & hominis naturam: & est priuatus aduſtione cholera, & melancholia. Hos oculos Homerus caterique Poëtæ Mineræ fortitudine & prudētia insigni tribuunt, & ob id *Glaucopis* dicta, id est, cæſios oculos habēs. Diodorus scribit aëra nominatum esse Pallada; aër autem coloris est glauci, vel cærulei. Alii Mineruam *Glaucopim* dictam διὰ τὸ λαμπρὸν, ὃ περιέλασκον τῆς ἀρετῆς quod virtus illustris sit, & conspicua. Alii *Glaucopim* dictam, non quod oculos glaucos habuerit, sed formidolosos, cum glauci dicantur leones regii. Traditur à Pausania, fuisse Athenis Palladis statuam glaucis oculis ex Libyca fabula: siquidem ex Neptuno, & Tridonide palude natam Deam fuisse, atque eo argumento glaucos eis oculos fuisse, cæruleos Neptuno. Cicero de natura Deorum primo, Mineræ confingit oculos cæſios, Neptuno cæruleos. Philibertus Aurantius cæruleis oculis fuit, belli cupidus, strenuus & acer bellator, adeoque ardenti feruidoq; ingenio in hostes irruerat, vt ægerrime periculo elaberetur. Inuſitata, & prodiga liberalitate fuit, vt regna non sibi sed militibus acquireret. Hic est tuorum oculorum color, Princeps illustrissime; sunt enim cærulei, magni, humidi, stabiles, & splendentes; tu viroptimus, laudabilibus moribus, animosus, acris intellectus, officiosus, & fidelis.

N

*Nigri oculi.*

Dixerant prius Polemon & Adamantius, cura animalia nigrorum esse oculorum, & mansuetiora esse; siluestria esse glaucorum; ob id hæc agrestium morum, illa mansueta, & timida. simplex enim nigredo timidos facit.

*Valde nigri oculi.*

Oculi valde nigri, timidi sunt; color enim valde niger videtur timiditatem significare. Aristoteles in Physiognomicis. Sed melior eo Polemon: Valde niger in oculis color, callidos & dolosos arguit, Adamantius, timidos, & dolosos. Hos ego ad Æthiops referrem, qui nigri oculis sunt, timidi, & deceptores. Auerroes quarto Colliget, oculi nigredinem ex cerebri caliditate prouenire scripsit, quæ fit per excessum decoctionis, significatque aduſtionem terrestrium partiū, ex quibus doli proficiſcuntur.

*Aquilus oculorum color.*

Aquilus color, Græcis ὀφθαλμῶδες dicitur. Gaza *aquinum* vertit, medici *aquaticum*: dictus est aquilus non ab aquila, sed ab aqua. Hic color maiorem humoris copiam arguit, quam caprinus & cæsius; discedit à claritate cæſſi & caprini, & accedit ad colorem illius aquæ, quæ media est inter claram & atram. Nos Neapolitani brunum dicimus, alii fuscū, siue subnigrum. Huiusmodi colore fuit Augustus. Hic color

Cc 2

maxime in ouium oculis cernitur, & ob id ouinus ea ratione dici posset, qua caprinum antiqui dixerunt, qui in caprarum oculis cernitur; quia hic color in ouium oculis reperitur. Ego stoliditatem arguere dicerem.

*Flauis oculi.*

Altera nigredinis species ad flauum colorem declinat, est enim flauus color, qui virginum & puerorum capita sæpe ornat, atque in maturis frugibus elucet: vnde flaua Ceres. Galenus in libro De methodo medendi, de vino loquens: Vinum, inquit, quod non admodum splendet, sed pallefcit, fuluum est; sed si vini flauities claritatem habet, flauum est. Aristoteles in Physiognomicis: Quibus oculi valde nigri declinat ad flauum colorem, animosi sunt, idque ad decentiam refert. Polemon & Adamantius: Oculorum color subflauus, robustum & magnanimum notat. Huiusmodi colorem Græci *ξανθὸν* vocant, vel *ὑπόξανθον* appellant. Fuit Cæsar, vt ex Suetonio habetur, nigris vegetisque oculis, quasi ad flauum accedentibus, vigilantibus, micantibus, & veluti exilientibus, elatque animi signa præbentibus.

*Fuluis oculi.*

Cum flauus color ad nigredinem vergit cum splendore, dicitur fuluus; nam vnus color non est, sed ex vtroque constat; & quoniam niger color

color & flauus splendens pulcherrimum reddunt oculum, Græci colorem hunc *χαρπὸν*, quasi *gratiosum* dicunt; Latini *rauum*; licet Horatius rauam lupam dixerit, cum sit lupa nigri coloris, cineritio commixti. Gaza apud Aristotelem fuluum traduxit. Hic color in oculis leonum & aquilarum & vulturum clare cernitur. Aristoteles pro splendenti sub flauo accepisse videtur. Rauum colorem in arietum & canum oculis laudat M. Varro. Porphyrius rauum fuluum esse dicit, Aristoteles Physiognomicis. Quibus non glauci oculi, sed charopi, animosi, referuntur ad leonem & aquilam. Aueroses in suis Colliget, ait: Varius color medius est, & intelligit per varium, charopum, & demonstrat vltimam temperiem decoctionis, quæ est minor quam illa quæ fert nigredinem, & maior quam illa quæ fert subalbedinẽ. Rhases. Oculi omnium optimi sunt varii, medii inter nigrum & albũ, præsertim si non sint multum radiosi, neque rubedo neque citrinitas appareat. Polemon & Adamantius, optimam describentes ingeniosi qualitatem, tribuunt ei charopos oculos, lucidos, & humentes, & modestos; qui color etiam temperiẽ præfert. Fronto canes pastorales laudat, fuluos oculos habentes, vt leones.

*Caprini oculi.*

Ex extremorum oculorum temperatura etiam caprinus color nascitur, vt Aristoteles Ani-

malum libro, caprinum & fuluum medios colores ponit; & in Problematis caprinum solum. Hic claritate glauci coloris cadens in squaliditatem se recipit, est sane color sordidiusculus; & aliquo modo vinosus, & flauescens, sic dictus, quod in caprarum oculis cernatur. hic ad cernendi claritatem primatum obtinet, & optimorum morum indicium, esse affirmat Aristoteles primo Animalium libro. Sed in suis Physiognomicis οἰνωπί id est, *vinosi coloris* oculi, stultos indicant, & ad capras referuntur. Sed ego non οἰνωπί, sed ἀγρωπί legerem, nam ego pos oculos subglaucos intelligerem, & caprinos. Præterea idem Aristoteles libro De generatione quinto, ait: Quorundam Animalium oculi rufi, casti, nonnullique caprini, vt Gaza Latine reddidit. Sed quæ Aristoteles Animalium libro dixit, ad uerfantur iis, quæ in Physiognomicis dixit, & ob id hunc librum Aristoteli false adscriptum putant: Sed animaduertendum, quod Aristoteles de capris dixit, puto ouibus adscribendum: nam oues oculos aquilo colore habent, & ab eodem genus ouile amens habetur, & moribus stultissimis, & omnium quadrupedum maxime ineptum. Repit in deserta sine causa, hieme obstare egreditur è stabulo occupatum à niue, nisi pastor compulerit abire, non vult sed perit desistens, nisi mares à pastoribus educantur, ita reliquus grex insequitur. Quibus ~~verbis~~ videmus fatui-

fatuitatem ouibus adscribere, & capris prudentiam, cum ipsemet sexto historiæ dicat: Capræ prudentes sibi opitulari videntur, nam & in Creta insula capræ siluestres transfixæ sagitta, herbæ dictamnum querunt; hæc enim spicula è corpore eiciunt. animalia itaque, quæ secundum vniuersum genus fatua dicuntur, nulla prudentia commendantur. Adamantius splendentes oculos capræ tribuit, & ob id stupiditatem. Rhases eiusmodi colore oculos stupiditatem significare dixit.

☉ *Subrubri oculi.*

Quibus oculi supererubescunt, stupidi fiunt ob iram, idque ad passionem referas, quia iis quæ ira exacerbantur, erubescunt oculi: idemque in Problematis rationem affert, quare irati oculis maxime erubescunt, quia præsidium natura in eam partem tanquam violatam transmittit, quæ & sensu & motu facilius est: nam & in metuendo calor eam partem maxime deferit. Alexander Aphrodisæus hæc ait: Quoniam ira sanguinis cordi suffusi & calidi spiritus feruor est; hic agitur, vt tenuis ad caput effertur, atque ad oculos, quoniam pellucidi sunt, se ostendit, & vapores ascendunt sanguinei, vnde facies quoque rubicunda existit. Homerus ira excandescentem Antinoum ita describit:

-- *olli flammantibus anxia curis*

*Corda tument, rutilus ardescunt lumina flammis.*

Et alibi:

Cc 4

-- *ardentes candebant lumina flamma.*

Auerroes in suis Colliget, ait: Oculi rubei cum venis rubeis significant complexionem cerebri calidam, Vidimus sæpe homines adeo effrenatæ iræ vt stupeant, & à se alienentur; quibus non solum oculi, sed totum oculi album sanguineis venis erat referatū. Vnde prouerbio fertur: Hic habet sanguinem in oculis, id est, iniurias non fert quin viciscatur ob iram. Aristoteles & Polemon hunc colorem *ῥοδίνου* dicunt. Polemon etiam & Adamantius in capite De oculorum cenchris, sanguineos oculos, *ἀμαρτάνους*, inconsultos & feruidos in operibus demonstrare dixerunt. Ægyptii hominem impudentem designare volentes, ranam pingunt; hæc enim non alibi sanguinem habet, quam in oculis. Porro qui illos sanguine resperfos habent, impudentes dicunt. Muscam etiam impudentiæ signum faciunt, quam constat in capite tantum circa oculos sanguinem habere,

*Subrubri, sicci oculi.*

Addunt Polemon & Adamantius siccitatem vnde quos subrubros & siccos oculos habere noueris, securius iudicare poteris valde esse iracundos. Albertus: Oculi cum rubore sicci, iracundorum sunt.

*Subrubri, humidi oculi.*

Iidem inquit, si humidos videris & rubeos ad

ad vina propesum hominem iudicabis. Albertus, si rubent oculi cum humore, ebriosos notant,

*Igniti oculi.*

Quibus ignei oculi (*ἰσχυροὶ*) inuerecundi sunt, & ad canes referuntur. A quo Adamantius: Igniti oculi & canini, impudentiam demonstrant. Introducit Homerus Achillem Agamemnoni oculos caninos & ceruinum cor exprobrantem, quo impudentiam & timiditatem eius notat:

*Ebrie luminibus canis, effrons, pectore cerui.*

Sed in figura impudentis procacis, intuitus oculos dixit. Apud Hesichium & Varinum impudentissimus & inuerecundus animus, *caninus* dicitur, ob fixum & impudentem aspectum. Aristogiton Cydimachi filius canis vocabatur propter audaciam; & Cynici philosophi dicti sunt ab ingenio canino, impudente, audace, & contumace; vt qui publice, non priuate, quem vellent tamquam adlatrantes, reprehendebant.

*De variis oculis, & primo de Granitis, CAP. 8.*

**D**I X I M V S hucusque de simplicibus oculorum coloribus, nunc de mixtis; seu variis: Portio igitur illa oculi, quæ interiacet pupillam, & album, si vnicolor est, duobus modis erit. nam, vel orbiculus ille variis punctulis variegatus est, albis, nigris, rubidis, pallescentibus, vel diuersicoloribus circulis distinctus. Dicemus primo de iis quibus inspersa tamquam mileacea grana,

quæ Græci *cenchros* dicunt; mox de aliis. Sed dicit fortasse quispiam, vnde tam varii colores in oculis? quibus respondendum, quod oculi diaphani sunt, raræque substantiæ, ideo per eos visui spiritus transparent, vt in menstruata muliere videre licet, quæ speculum bene tersum visui suo sanguineis maculis inficit.

*Maculosi oculi.*

Deteriores oculi sunt, ait Aristoteles ad Alexandrum, qui habent maculosos orbiculos, nigros, vel rubicâtes circumquaq; ; quia talis homo deterior est omnibus aliis, etiam reprobis. Rhafes ab eo: Pupillæ in quarum circuitu similitudo margaritarum apparet, inuidum, verbum & pessimum ostendunt, & si oculus varius fuerit, pessimi erit ingenii. Quotquot ad huc nobis videre licuit homines huiusmodi oculos sortitos, fœdis maculis inspersos, omnes proditores, homicidas, infidos, & irreligiosos fuisse memini. Aristoteles scripsit, hyæna & vitulus marinus mille colores in oculis habent, & hyæna omnium fraudum plena est & insidiarum.

*Parui & varii oculi.*

Quibus sunt varii (sed Polemon imbecilles) & parui oculi; quæstuosiores sunt, serviles, & adulatores, & avari, alia dicentes, & alia facientes. & in his occulte gaudent, quamuis ipsis nil emolumenti eueniat; & in summa, omnia lucri gratia agere

agere neutiquam abstinere, nisi quatenus præformidine deterrentur. huiusmodi homines sunt imbecilles, sicut lepores, cum & ipsi similem oculorum speciem retineant.

*Calculi æquales in fuluis oculis.*

Si huiusmodi calculi æquales in fuluis oculis extiterint, agrestitatis, iracundiæ, iniuriæ, & adulterii nota est. Adamantius.

*Calculi inæquales in fuluis oculis.*

In eisdem oculis calculi maiores vel minores, mitiores mores demonstrant. Polemon aliter habet: In fuluis oculis calculi maiores, sæuiiores; minores vero, mitiores mores ostentant.

*Calculi sanguinei in nigris oculis.*

Sanguinei calculi in nigris oculis, venenorum ministrum indicant; Adamantius. sed in Polemone defunt.

*Calculi pallidi in nigris oculis.*

Pallidi calculi in eisdem oculis, mangones & venenorum propinatores ostentant; Adamantius. nec in Polemone hæc adsunt.

*Calculi carulei & flauis, æquidistantes, circa pupillam ordinatim currentes in oculis variis.*

Oculi varii, Adamantius, imbecilles Polemon, magis in fuluis, quam in cæsiis fiunt. & adhuc de variis cæsiis loquor oculis, cum circa horum oculorum pupillam cærulea grana

mili magnitudine, & alia flaua ordinatim inter se æquidistantia, sicut monile, circa pupillam currant. eiusmodi oculi dolosum & furtiuum ingenium maxime inter omnes oculorum species significant. Addit Adamantius, Solertiæ, intelligentiæ satis illis est, sed sunt mendaces.

*Calculi ignei, albi, subalbicantes, pallidi, igneis admisti, sanguinei in nigris oculis; vel extra rotæ circumferentiam nigredo igni admista, subalbicans, non valde ignea, ut eminus nigrum representet.*

Vtriusque, scilicet Polemonis & Adamantii, textus mihi non videtur integer; sed quod ex utroque percipere potuimus, scribemus. Fului oculi nigrorum species sunt: nam nigredo eos decorat, si in oculis nigris ipsis calculi visuntur, ignei, albi, subalbicantes, vel pallidi, vel aurei igneis admixti, vel sanguinei, vel sunt, qui in eiusmodi nigra oculorum specie calculos non habent, sed extra circuli circumferentiam habent nigredinem igni admistam, vel calculos subalbidiore, non valde igneos, ut à longe nigros representet, tales generosos hominis mores, prudentes, taciturnos (Adamantius, iustos) bonæ indolis, & magnanimos indicabunt.

*Calculi pallidi, igneis admisti, & cæsi, & oculi magni commoti micantes, & aspicientes, ut irati solent, & quasi palpebras referent, & subluceant velut ignis.*

Magni oculi, & commoti micantes, aspicien-

tesq;

tesque, ut irati homines solent, & quasi palpebras referent, omnes hi incommodi sunt. hæc enim, luporum siluestrium, & aprorum species est, & si subalbicantes fuerint, ut ignis, & circa hos calculi crocei igneis admisti, cum aliis cæsiis, omnino, ut superius dixi (cum ad luporum siluestrium aprorumque naturam accedant) crudeliores, agrestiores, & rapaciores habendi sunt. Adamantii textus defectuosus est, vel studio decurtatus, cum calculorum nō meminerit. ita enim habet: Magni oculi, & commoti micantes, iracundis similes, & palpebris apertis patuli, quales in lupis & apris apparent, omnium pessimi. crudelissimi namque, & maxime siluestres, & rapacissimi sunt.

*Calculi quadrangulari forma ignei, instar ignis sublucentes, & præter hos alii pallidi, igneis permixti, & si circuli cæsi, & cærulei pupillam ambient.*

Reficiemus Polemonis textum ex Adamantio dilaniatum. Quibus vero non ignei calculi rotundi, sed valde ignea quadrangulari forma grana, instar ignis sublucentia, fuerint, præter hæc calculi pallidi, igneis permixti, & alii cæsi, & circuli sanguinei & cærulei pupillam ambient, pessimi sunt. Conciliator ab his: in quibus guttæ vehementer rubidæ, non omnino rotundæ, sed ad quadratam formam accedentes, & sublucentes, velut ignis, & intus post ipsas, guttulæ pallentes vel glaucæ circuli pupillam foris ambient,



sæuus oculis animus occultitur, qui ferarum omnium atrocitatem excellit: hi sunt patratōrum nefandorum, qui non à domesticorum sanguinis effusione, non ab impietate vlla, dolo, versuriave abstinēt. Hos oculos puto Ezellinum de Romano habuisse, humani sanguinis inexplibilis. Vnde Iouius eum vipereis oculis, atrocipallore, & ferali fronte fuisse scribit: qui plusquam barbaro more, ferro & flammis vrbes & multa corporum millia excidit. Ioannes Maria Vicecomes vipereis oculis & venenum spirantibus fuit; sæuus princeps, in suos ciues inauditæ crudelitatis carnificinam exercuit, prægrandibus & voracibus molossis humana carne nutritis, tera immanitate quos odisset obiciebat vt ab eis discerperentur, incredibili horrore populi,

*Mediocrates oculi.*

Rectus igitur oculorum status probi viri indicium affert. Polemon, Adamantius.

*De oculis cum versicoloribus circulis, CAP. 9.*

Altera est species versicolorum oculorum, non qui variis distinctus est punctulis, sed orbiculus, qui pupillam & albuginem interiacet, variis circulis discolor est, vt qui pupillam ambit subniger, qui vero in extima parte album contingit, subalbicans sit, viridis, vel alterius coloris.

*Circuli in oculis candidi, imbecilles,*

Qui imbecilles oculorum circulos habent paulo

paulo candidiores, eorum omnium, quos dixi, maxime sunt imbecilles, & pauori obnoxii. Polemon & Adamantius.

*Circuli varii coloris.*

Quibuscumque non fului calculi sunt, sed orbita variegata in oculis, fraudulentiores sunt; Adamantius. textus Polemonis hiat, quia desunt signa.

*Circulus sanguineus, angustus, niger, alter supra igneus in humidis oculis.*

Si sanguinei circuli fuerint, considera colorem & circuli magnitudinem; si circulus angustus, & niger, alter vero supra igneus in humidis oculis sit, præterea si nihil in ipsis apparet alienum, magnanimum virum, prudentem, iustum, bonæ naturæ, & supra modum filios amantem iudicatio; Adamantius. Ex Polemonis textu vix quidquam intelligi potest.

*Circulus inferior viridis, superior niger.*

Si autem viridis inferior ambitus, superior vero niger fuerit; dolosum, iniustum, pecuniæ furentem, & turpiter cum mulieribus conuersantem, exstimabis. Polemon & Adamantius.

*Circuli coloris iridis in siccis oculis.*

Si autem varii coloris oculi fuerint, similes colorum mali punici, & aridiores, vanum hominem, indicant, Polemon. Aliter Adamantius: Circuli varii coloris, iridis colores referentes in aridioribus oculis, luxuriosum manifestant.

*Circuli iridis coloris in humidis oculis.*

Varii coloris circuli iridem referentes in humidis oculis, fortitudinem, animi magnitudinem, integrum eloquium, & rectum consilium indicant; iidem.

*Circuli coloris iridis in asperioribus oculis.*

Si oculi truces fuerint. & in eis circuli iridis coloris reperientur, ad iram & ad venerea opera propensum iudicabis; iidem.

*De oculis obscuris, vel claris, CAP. IO.*

**S**EQVITVR vt dicamus de splendore oculorum. nam sicut claritas & splendor optimam præfagiunt morum qualitatem; ita obscuritas iniquam. Hæ demum qualitates in aliis se permiscentes, scilicet paruitate, squalliditate, & firmilibus, malitiam eorum adaugent.

*Tenebricosi oculi*

Tenebricosos habentes oculos omnes impudentes iudicat Polemon; sed incommodos Adamantius esse dicit.

*Tenebricosi, & aridi oculi,*

Aridos obscuros oculos, superbos Polemon, inuidos notare Adamantius dicit.

*Tenebricosi oculi parui.*

Si parui, & obscuri fuerint oculi, dolosos, malorum artifices, mutabiles, & multiplicis animi homines indicabunt. Conciliator ait: Ad eorum augen-

augendam nocentiam nil refert magnitudo vel paruitas, sed minores maiorem augēt malitiam.

*Tenebricosi, & caliginosi oculi.*

Qui squallidos, Polemon, caliginosos, Adamantius, habuerint oculos, dolosos, perfidos, & intemperantes iudicato.

*Discolorati oculi.*

Qui oculos discoloratos habent, timidi sunt, & ad passionem referuntur, quia qui timet pallidus fit. ego per oculos discoloratos, vti conualescentes habent, intelligerem, qui inæqualiter colorati sunt: Aristoteles in Physiognomicis. In libro Problematum reddit rationem. In metuendo color deserit partes externas, & maxime oculos. Polemon & Adamantius in figura timidi oculos ei adscribunt turbulentos.

*Truces oculi.*

Mahometes Secundus Turcarum Imperator profundis ac trucibus oculis fuit, iisque minacibus; crudelis, & naturæ immanis, octingenta mortalium millia accidisse creditur, sed remota illa sæua atrocitate, æquus fuit. Selimus decimus Turcarum Imperator prægrandibus ac truculentis oculis, & intuentibus mortem prope spirantibus, sæuus fuit, armorum crepitu gaudens, ingenio perfidus, asper, immitis, atrox. Solimanus Solimani filius trucibus oculis, sæuus in victoria, fractus in aduersis, fœderum raptor;

subdolos. Selimus novus Turcarum imperator ferocibus oculis, & ore truci fuit, insitam suam animo diram sævitiæ ostendit, qui in sanguinem gentilium suorum immaniter desævuit, ut etiam de extinguendo filio cogitavit, adeo ut immanitate feras antiret, monstro quam homini similior, qui animo plusquam Tartarico nemini suorum pepercerit.

*Fædi oculi.*

Est & oculorum species veluti obscura, turbata, squalis, nebulosa, subliuida, & ut ita dicam, cadauerosa, læva, immanis, & mortem minitans, qualem sicarii & carnifices perferunt: hi semper insidias, cædes, & facinora minitantur. Salustius insignis historicus Catilinam fædis oculis fuisse scribit; & animo fuit impuro, scortator, adulter, sacrilega, ganeo, infidus, scelestus, & occisor. Eiusmodi fædos oculos habuit Nero, ut à Suetonio describitur, quod tyrannicæ crudelitatis & impiorum morum non leue fuit argumentum.

*Oculi obscuri, humidi, & iuste magnitudinis.*

Oculi obscuri, humidi, & iustæ magnitudinis, constantem, disciplinis habilem, ingeniosum, verecundum, timidum, & fere parcum hominem testantur. Pol. Adam:

*Lucidi oculi.*

Contrarii supradictis tenebricosis oculis sunt clari luminis oculi, quibus si contradixerit aliud nihil

nihil, optimos mores præferunt, Polemon, Adam. Eadem Conciliator. Aristoteles libro De partibus, Oculorum claritas, ait, ex humorum claritate procedit, & animalia, quæ subtilè habent sanguinem, prudētiora sunt. Augustum oculos habuisse claros & nitidos diximus, fuit & optimis moribus, ingenio, & militari disciplina percellens. In Bartholomæo Liuviano viuidi & peracres oculi erāt, innatę virtutis indices: quantum enim excelsio, efficacique ingenio valeret, facile ostēdit. nam pertinaci industria, singulari labore, maximaque vigilantia ad summos militiæ honores ascēdit. Clari nitidique fulgoris oculi tui sunt, dignissime Princeps Estensis, nec sine vi aliqua diuini fulgoris cuiusdam; ut si aliquem enixe cōtuearis, vultum submittere cogas; unde optimis diuinisq; morib. & disciplina præpolles.

*De oculis splendidibus, CAP. II.*

DE oculorum coloribus dum verba faciunt Polemon & Adamantius, de quodam splendore loquuntur, quem vocant *μαγνησιον*, id est, incertum & discurrentem splendorem quendam, non qui in politis gemmis, sed per politis lapidibus marmoreis, ut in iaspide, porphyrite, & huiusmodi lapidibus, conspicitur. Adamantius huiusmodi splendorem in capræ oculis reperiri scribit, & ob id stoliditatem quandā significare. Plinius: Oculi capræ lupivæ splendent, ignemque ei aculantur.

*Splendentes oculi.*

Oculi splendentes & magnum lumē habentes, hominem furtis se oblectantem indicant; Polemon. At Adamantius aliter: Oculi splendentes stupiditatem arguunt; ita enim aspicit capra.

*Splendentes, cæsi, & sanguinei oculi.*

Quoscumque splendentes & luminosos inspexeris oculos, cæsi, & sanguineos, in negotiis feruorem ac vesaniæ proximiorē audaciam inde colliges; Polemon. Aliter Adamantius: Splendentes oculos, etiam si ipsis lux aderit, nō bonos iudicatio; huiusmodi enim splendor in cæsiis & sanguinolentis oculis, feruidum in negotiis peragendis, & ad quæuis audentem, vt prope furori proximus sit, denotant.

*Oculi splendentes fului, cum lumine.*

Si in fuluis oculis etiam splendor inerat, tales pauciori obnoxios dicas; quippe omne negotium pertimescentes, cuncta suspecta habent. Polemon & Adamantius.

*Splendentes nigri oculi.*

Oculi splendentes nigri, paucos & meticulosos, & valde malignos astutos homines testantur; Ex eisdem.

*Splendentes, nigri subridentes oculi.*

Qui huiusmodi oculos magnos & subridentes habuerint, ad omnes turpitudines venient. Ex eisdem.

Splen-

*Splendentes, toruē aspicientes oculi.*

Oculi humidi, si toruum contueantur, animosos, fortes, furiosos, iracundos, in actionibus properos, temerarios, timidos ad dicendum, & in summa, nequissimos homines iudicandos censemus; Polemon. rectius Adamantius loquitur: Oculi si toruum contueantur, molesti; si quidem humide aspiciant, animosos, fortes, furiosos, recte loquentes, actionibus properos, temerarios, inelegantes, & secortes ostendunt.

*Splendentes, sicci oculi.*

Aridi oculi, prauos & scelestos notat. Idem.

*Splendentes concaui, parui oculi.*

Si huiusmodi oculi concaui & exigui fuerint, peiores sunt. tamen si enim prudentes existant; sunt tamen insidiatores, dissimulantes propositum, & omnia simulantes, & omnia cupientes; Polemon. Aliter Adamantius: Si exigui & concaui fuerint oculi, peiores, crudeles, insidiatores, simulatores, & omnia cupientes significabunt. Textus Polemonis corrigendus, vbi ὀφθαλμοὶ φερόμενα legendum ὀφθαλμοφρονες, ex Adamantio.

*Splendentes oculi, quibus funiculus imminet, supercilia aspera, & palpebræ erectæ.*

Et si huiusmodi oculis funiculus imminet, & supercilia aspera, & palpebræ erectæ sint, fortitudinem absq; consilio & malitiā, & audaciam significabit; Polemon. Ex Adamantio ita textus corrigi potest: Et si huiusmodi oculis funiculus

immineat, supercilia aspera, & palpebræ erectæ fortitudinem cum consilio significabit.

*Splendentes oculi, quibus funiculus supereminet, aspera supercilia, & palpebræ erecta, & aspectus trux, & amarus.*

At quibus tum funiculus, tum palpebræ, & supercilia deposita fuerint, & aspectus asper, & amarus, peiora hæc quam quæ diximus, signauerunt; Polemon. Aliter Adamantius: Quibus autem tum funiculus, tum palpebræ, & supercilia, non, vt diximus, erunt, aspectus autem asper & amarus, omnium pessimi.

*Splendidi oculi.*

Qui splendidos oculos habent, luxuriosi, ceu qui gallos, & coruos hæc parte referant, Aristoteles in Physiognomicis. Ego autem ad passionem referrem. nam per coitum oculi splendent. Polemon fornicationem, tum in maribus, tum in feminis ex sublimibus corporis partibus deprehendi posse dixit, scilicet in oculis, & superciliis; qui si lucentes fuerint, ita vt voluptate repleti videantur, libidinosos arguunt. Adamantius autem: Oculi splendentes, quales habent aues, venereos ostendunt.

*Fulgentes humidi oculi.*

Oculi humidi splendentes, vt aqua, hominem bonis moribus præditum denotant; Polem. Adamantius. Oculi tamquã guttæ splendidi nitoris relucens, compositos mores & graues indicat; Albertus.

*De*

*De motu oculorum, & primo de stantibus,*

CAP. 12.

**N**VNC de oculorum motu agetur, vt qui fixi, mobiles, rigidi, trementes, & coniuuentis, aliusque speciebus distincti recensentur. Auerroes Colliget quarto, Motus, ait, velociores oculorum, ex cerebri caliditate; tardiores vero ex frigiditate proueniunt.

*Stantes oculi.*

Cohærentes oculi omnes incommodi; Polemon, & Adamantius.

*Stantes oculi, humidi.*

Homines stantibus præditi oculis & humentibus, pauidi sunt; Polemon & Adam. & in figura mansueti, eum constantis intuitus faciunt.

*Stantes & seci oculi.*

Si rigidi & aridioris oculi fuerint, perturbationum plenum hominem ostendunt; Polemon. stolidum dicit Adamantius.

*Stantes oculi, & pallidi.*

Oculos stantes & pallidos, insanos Polemon, bardos & stupidos Adamant. ostendere dicunt.

*Stantes, cæsi, & obscuri oculi.*

Eum qui cæsi, stantes, et citra perspicuitatē oculos habebit, nec tibi amicitia arcta coniungito, nec vicinum exoptato, et itineris comitem habere vitato, vt qui dolosus sit. et semper alterius calamitati inuigilans: Polem, Adamantius.

Dd. 4

*Stantes oculi, & supercilia eleuantes, & suspirantes.*

Quoscumque supercilia sursum eleuare, & spiritū ab intimis trahere inspexeris, prauiconsilii homines, sæuos, iniquos censeo. Polemon prauiconsilii; Adamantius imprudentes, insipientes, & iracundos dicit. Idque etiam ex apparenti more mihi tractum videtur: qui enim facinus aliquod patrare intendit, supercilia erigit, ex imo suspirat, & fixis oculis contuetur. Fixus intuitus ex nimia cogitatione & decipiendi desiderio prouenit, In sacra paginæ prouerbis extat: Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua, perficiet malum.

*Subintuitus.*

Nunc amoris feruentiæ signa dabimus, etiam ex Physiognomonia; cum facile ex signis cognosci possint, quæ tum continua & diutina experientia, tum ex repetita historiarum lectione animaduertere licuit. Plutarchus de Antiocho, Stratonices suæ noueræ amore excandescente, hæc recitat: Cum enim ipse eam deperiret, reuerentia patris detentus, cum nullum remedium huic malo reperiri posse speraret, simulās se corporis morbo vrgeri, ex cibi abstinentia, uoluntaria morte ab amore, quo excedebatur, se vendicare statuerat. Erasistratus medicus, qui curam eius habebat, cum eum amore deperire cognosceret certo, sed cuius amore, penitus igno-

ignoraret, ex vultu, qui mutari facile solet, indicia colligebat; cum puellæ multæ & formosissimæ ad eum accederent, nullum in vultu mutationis signum obseruabat, sed accedente Stratonice, tam repente perturbatio Antiochum occupabat, ut facile deprehenderit, cuius amore langueret, ex vultus rubore, subintuitu oculorum, acutis sudoribus, motu incredibili venæ, ac post deficiente sensu, ingens pallor toto corpore diffundebantur. Sed apud Apuleium nouercam sui priuigni amore exardescens ita descriptam, leges: Deformis pallor in ore, marcentes oculi, lassæ genua, quies turbida, suspiritus, cruciatus tarditate, vehementior, & fletus. Ouidius de Byblide:

*Et color, & macies, & vultus, & humida sæpe  
Lumina.*

*Stantes, subruffi, & ingentes oculi.*

Oculi subrubicundi, grandiores, ingluuiei & salacitatis testes sunt. Polemon & Adamantius.

*Stantes, subrubri, ingentes, & infra spectantes oculi.*

Si qui tales sortiti fuerint oculos, & infra spectabunt; impudentiæ signum, iniustitiæ, cogitationis, & inanitatis, Polemon. Si oculorum partes inferius rimas agent, eadem significant, & impudentem, iniustum, consilii inopem, & iucundum. Adamantius.

*Stantes parui oculi.*

Quemcumq; paruis oculis & stantibus præditum inspexeris, auarum iudicato, & quoquo modo quoduis lucellum aucupantem. Polemon, Adamantius.

*Stantes parui, prominentes oculi, qui frontem & supercilia contrahant.*

Si frontem etiam vna cum superciliis in medium contrahat, homo est ad rem intentus. Idem, *Stantes, parui, prominentes oculi, & qui frontem & supercilia contrahant, & corpus sursum trahant.*

Si cum his oculorum indiciis totum corpus sursum trahatur, secundum Polemonem (sed Adamantius deorsum dicit) iracundum & violentum iudicabis.

*Stantes, parui oculi, frons exporrecta, & palpebræ mobiles.*

Hanc optimam oculorum constitutionem stantium censet Adamantius, quam Polemon omiserat. Oculi immobiles parui, humidi, frons exporrecta, palpebræ mobiles, virum indicant curiosum, disciplinarum amantem, & discendi cupidum; & hæc sola facies fixorum optima est oculorum.

*De oculis se mouentibus, CAP. 13.*

**D**IXIMVS de cohærentibus; nunc de sese mouentibus oculis, scilicet de oppositis. Græcis huiusmodi oculi dicuntur ὀφθαλμοὶ κινητῶν id est, se mouentes.

*Se frequenter mouentes oculi, quasi stantes cum tinctura albuginis.*

Qui oculos frequenti tempore se mouentes, quasi stantes, & tincturam albuginis in oculo habent, intellectiui sunt, & referuntur ad apparentiam. Si enim in aliquo vehemens intellectio fiat in anima, stat & visus, Aristoteles in Physiogn. Tincturam albuginis in oculo Sueffanus ad naturalem causam refert, quia ex humore melancholico, ex quo fit ingenium, tinctura albuginis in oculo fiat.

*Se mouentes, sicut turbati oculi.*

Oculi se mouentes sicut turbati, suspiciosum, & fidei expertem hominem arguunt; Polemon. Oculi velociter se mouentes, turbati, suspiciosum, fidei expertem, ostentatorem magis quam effectorem indicant.

*Se mouentes oculi cum palpebris.*

Qui autem oculos (Polemon addit magnos) cum palpebris mobiles habuerint, impotentes homines sunt quo ad animum. Idem.

*Se mouentes cum palpebris oculi parui.*

Oculi parui, veloces, & palpebræ quæ semper moueantur, pessimi omnium iudicandi. Rhafes.

*Se mouentes cum palpebris immotis oculi.*

Qui oculos dumtaxat, non palpebras satis mobiles habuerint, confidentes & in arduis rebus audaces erunt. Polemon, Adamantius.

*Circum se mouentes, obscuro oculi.*

Oculi omnia spectantes obscuro, vefanos & libidinosos arguunt. Polemon. Oculi omnes circumuolubiles obscuro, ganeones denotant. Adamantius.

*Se mouentes tarde oculi.*

Tarde autem mobiles oculi, segnes, tardos, inertes, & male sensatos homines arguunt; Polemon. addit Adamantius; Et qui difficulter incipiunt, & tarde desinunt. Alexandrinus ait: Mobiles oculi iracundiam ex calida complexionem, tardi ex frigida, timiditatem ex contraria causa notant.

*Se mouentes mediocriter oculi.*

Etiam dictis optimam motus qualitatem inquit Adamantius. Motus mediocritas oculorum, omnium quæ dixi, mediocritatem significat. Auerroes quarto Colliget, Mediocritatem motus oculorum ex mediocritate calidi & frigidi, ait prouenire, velut ex optima temperatura.

*De Vibrantibus oculis, CAP. 15.*

**T**OTUM hoc caput in Polemone deest, ab Adamantio solum appositum, hos oculos ita se mouentes *παλαμίνους* vocant Græci: alia à iam dicta mobilitas species est, nos vibrantes dicimus.

*Oculi vibrantes, parui.*

Vibrant-

Vibrantes paruique oculi dolosum hominem arguunt. Adamantius.

*Vibrantes magni oculi.*

Vibrantes, si magni, stolidum, & libidinosum dicunt, Adamantius.

*Vibrantes, tamquam salientes.*

Vibrantes, tamquam exilientes, mali & hi sunt oculi. Idem.

*Vibrantes, tamquam salientes, grandes, splendidi, & lucidi oculi.*

Vibrantes vero, tamquam exilientes, grandiusculi, splendidi, & humidius contuentes, ingentem commonstrant spiritum, & excelsum, ut maximorum operum effectricem, animam; iracundos tamen, ebriosos, celeres, epilepsiæ vicinos, & supra homines gloriabundos, qualis fuit Alexander Macedo.

*Vibrantes, circumturgentes oculi.*

Circumturgentes oculi, inamabiles, crudos, gulones, salaces, cithara, fistula musicaque gaudentes viros demonstrant. alia ex aliis signa coniecta. Idem.

*Vibrantes turbidi oculi.*

Oculi turbidi, si alia signa consentiant, infidi, iniusti & audacissimi sunt. Idem.

*De oculis se claudentibus, CAP. 16.*

**E**ST etiam motus species clausura & refectionis oculorum: diuersimode hæc fit actio, &



variè animi passiones portendit. & primo de sese claudentibus agemus.

*Clausi, sursum abeuntes oculi, & stantes.*

Oculi, qui quum se claudunt sursum abeunt, ipsiq; stantes & subfluidi sunt, intemperantem, vanum, insanientem hominem arguunt; Polemon. Ingluuiem vero Adamantius, & libidinem significare vult. Vltima particula deest in Polemone, quæ mihi pernecessaria videtur: coeuntes enim & insanientes oculos claudendo sursum vergunt. Aristoteles libro Problematum rationem addit, Cur coeuntes oculos sursum vertant: quia ex superiore parte veniens calor, eo oculos inuertit, quo defluerit. Torquatus Tassus acuti ingenii vir, & de poësi optime meritus, oculos habet subfluidos, eosque claudendo vergit sursum, est & Veneri, & mentis alienationi obnoxius.

*Clausi, recti, humidi, iustæ magnitudinis, splendentes, cum læui fronte oculi.*

Si autem recti oculi clauduntur, & humidi, castigatæ magnitudinis, resplendentes, cum læuigata fronte extiterint, verecundos, optimi consilii, studiosos, dulces & amabilis ingenii homines indicant. Polemon, Adamantius.

*Claudentes recti, iustæ magnitudinis, cum læuo fronte sicci oculi.*

Si autem sicci fuerint, temerarios, malignos & iniustos significabunt. Iidem.

*Cla-*

*Claudentes sese oculi cum fronte aspera, superciliis obliquis, palpebris duris & concretis.*

Si autem frontem asperam, supercilia obliqua palpebras duras & concretas habuerint, siluestriori animo præfidentes, ad temeritatem propèsi, & qui laudibus inflentur, & muneribus corrumpantur, erunt. Polemon, Adamantius.

*Claudentes sese oculi cum palpebris non rectis, nec superciliis immotis sed trementibus, & quando oculi & aspectus submouentur,*

Qui vero palpebras non habent rectas, nec supercilia immota, sed tremantia, & simul oculi & aspectus submouentur; tales effeminati sunt, & viri videri cupiunt. Iidem.

*De oculis frequenter se aperiuntibus, CAP. 17.*

**D**IXIMVS de sese claudentibus oculis; nunc de oppositis, scilicet, se aperiuntibus.

*Aperti semper, & valde stabiles oculi, vt aliquid meditantés.*

Oculi qui valde frequenter se aperiunt, & persistent, vt aliquid meditantés, eorum animi conceptum vel significationem commonstrabunt; quæ res ex superiorum omnium ratione captabitur, si sicci, vdi, lucidi, tenebrosi, magni, parui, prominentes, absconditi, mobiles, &c. fuerint. Quod si ergo supra à nobis dicta recte percepisti, facile cuiusmodi mores portendant, pronunciaré poteris.

*Aperti semper oculi, obscuri, humidi.*

Oculi semper aperti, tenebrosi, & humidi, ac curatum hominem indicant, iidem.

*Aperti semper oculi, obscuri, humidi, & mitis aspectus.*

Si ad hæc mitis eorum aspectus fuerit, probi hominis indicia testantur. Iidem.

*Aperti oculi, sicci, splendentes, puro lumine relucentes.*

Oculi aperti, sicci, splendentes, (*μαρμαρινος*) & puro lumine relucentes, impudentes & audacissimos indicant. Iidem. Aristoteles in Physiognomicis in figura impudentis tribuit ei oculos apertos & splendidos; sic in ea etiam Polemon & Adamantrus. Oculi quidem, inquit Rhales, patentes, & acute intuentes, inuerecundi sunt; cuius causa est multitudo spirituum cum igne effundentium se ad musculos. & vulgo iactari solet, Apertos oculos & fixe intuentes, inuerecundi esse.

*Apertis oculis dormientes.*

Multos noui homines, qui oculis apertis dormitant; quid de eorū moribus præfagiendum? Ego timidos existimarem, & quamplures hoc modo dormientes timidissimos cognoui, & ad lepores referrem. Xenophon leporem apertis & immotis palpebris dormire scribit. Vnde Ægyptii patens aliquod significare volentes, leporem

rem pingebant, cum id animal oculos semper apertos habet, vt scripsit Horus. Græci hos homines *λαγωφθαλμοι*, vocant, id est, leporinos oculos habentes. *Κορυβαντία* morbus est, à pupillis oculorum, quas *κόρας* appellant, dictus; cum qui custodes Iouis essent, non modo excubare, sed etiam apertis oculis dormire cogebantur. Plinius: Dormiunt lepores oculis apertis, multique hominum, quos *corybantes* Græci dixerunt. Dorcas etiam dormiens oculos habet apertos, & saxa & rupes altissimas habitat propter timiditatem.

*De claudentibus sese & aperientibus oculis.*

CAP. 18.

**D**IXIMVS de simplici aperitione & reseratione oculorum; nunc de mixta, scilicet, qui clauduntur & reserantur.

*Claudentes sese, & aperientes oculi.*

Oculi sese claudentes, & rursus aperientes, insidiosos, inconsultos, & deceptores notant. Polemon, Adamantius.

*Claudentes sese, & aperientes oculi humidi.*

Si humidi fuerint, prudentes & artium amatores. Polemon, Adamantius.

*Claudentes sese, & aperientes oculi pallidi, & trementes.*

Si autem tremor ipsis inerit, & pallidi fuerint, infantiã & mentis alienatione designant, iidem.

E c

**N**ICTANTES oculos dicimus, qui frequenter aperiuntur & clauduntur, alii palpebrizare dicunt; Græcis est *νεκταίνω*.

*Conniuentes oculi.*

Qui palpebrizant, timidi; quia in oculis primum mouentur. Et in figura timidi ait: Qui palpebrizant, imbecilles. Et in figura ornati, ait: Oculorum, qui velociter palpebrizant, hi quidem timidum, hi autem calidum significant. Aristoteles in Physiognomonicis. Tribuit enim ornato tardam nictationem. Polemon, & Adamantius. Oculi nictantes formidolositatem arguent, iidem in figura timidi, tribuunt ei palpebras velociter mobiles, sed ornato oculorum vel palpebrarum motum neque tardum, neque velocem tribuunt. Vnde corrigendus venit Aristotelicus textus, cum ornatus intra timidum & fortem versetur. Plinius: Plerisque veronaturale, vt nictare non cessent, nos pauidiores accepimus. Ego nictationem ex cerebri humiditate & debilitate prouenire dicerem: debiles enim oculi, qui se continere non valent, contremiscunt, & nictant. Alexander Aphrodiseus post Venereum coitum oculos paulisper conniuere dixit, idq; propterea fieri, quia in concumbendo ita nos voluptati damus, totique dilabimur, vt erigere oculos, animumq; & sensum in sublime euehere nequeamus, quo fit, vt animus mi-

nus

nus corporeas sentiat affectiones; debilitatur & cerebrum post coitum, ideo & oculi nictant.

*Conniuentes siccī oculi.*

Quod si conniuentes oculi cum siccitate fuerint, insidias, fraudes, & occultum aliquod malum ordiri arguunt; Adamantius. in Polemone deest principium.

*Conniuentes, distorti, & subpallidi oculi.*

Si tales distorti & subpallidi fuerint, fatuitatem testantur. iidem,

*De non conniuentibus oculis,* CAP. 20.

**R**ESTAT de supradictis contrariis oculis nō nictantibus dicamus.

*Non conniuentes oculi.*

At contra, qui non conniuent, robustiores & inuicti sunt. Aristoteles in figura ornati, nō conniuentes oculos calidos dicit, id est, audaces, & fortes; cum eius contrarium sæpe conniuentes timidos innueret. Plinius narrat, viginti gladiatorū paria in Caii Principis ludo fuisse, in iis duos omnino, qui contra comminationem aliquā non conniuerent, & ob id intinctos fuisse. tantæ hoc difficultatis est homini.

*Non conniuentes, & grauiter intuentes oculi.*

Oculi non conniuentes grauiter contuentes nihil vnquam boni moluntur. Polemon & Adamantius,

*Non conuiuentes, placide intuentes, & humidi oculi.*

Non conuiuentes oculi, qui placide intuentur, humidique fuerint, curiosos, multa animo spectantes, amori deditos, & faciles arguunt. iidem. Constantes & sine nictatione oculos Celerinus Turcarum Imperator habuit, qui compositi animi indices fuere.

*Non conuiuentes, pallidi, subrubri & sicci oculi.*

Oculi non conuiuentes, pallidi, & subrubri apparentes, & sicci, malitiam, iniquitatē, iram, dēmoniacam nequitiam, & stoliditatem testantur; Polemon. sed Adamantius, Calamitatem dicit, & improbissimarum rerum memoriam, iracundiam, inuidentiam, & quamuis aliam extremam malitiam denotabunt, Christiernus Dacie Rex infidiosos & vipereos oculos habuit, id est, igneos, & non conuiuentes, vel fixi obtutus, qui feras omnes nimia sœuitia superauit.

*Non conuiuentes, in se ipsos circumuoluti.*

Si autem & ipsi in se ipsos circumuoluantur, magna amentia laborare scias, iidem.

*De mobilitate oculorum, CAP. 21.*

**H**UNC oculi motum Aristoteles, Polemon & Adamantius <sup>22</sup>, vocant; nos velociter mobiles, siue præcipites dicimus, alii acutos interpretantur, cum <sup>23</sup>, vtrumque significet. sed à veritate

titate maxime aberrant, quum Physiognomones hos oculos ascribant accipitribus, aquilis, & reliquis rapacium animalium.

*Mobiles oculi.*

Qui oculos fatis mobiles habent, raptos iudicantur, argumento accipitrum; Aristoteles in Physiognomonicis, à quo Polemon & Adamantius. Oculorum motus præceps, rapaces indicat. Peracris iudicii vir Lucianus suum describens pseudomantem, Alexandrum maximum latronem (quippe qui non in siluis & montibus, sed in ipsa ciuitate sit latrocinatus) oculos dixit habere vehementer acres, & versatiles.

*Mobiles, & acuti visus oculi.*

Cuius oculi velociter mouentur, & visus est acutus, talis homo est latro, fraudulentus, & infidelis; Aristot. ad Alexandrum, ex quo Rhases: Oculi acute cernētes, & fatis mobiles, latrones, deceptores, & callidos ostendunt. Conciliator: Oculi vehementer se mouentes, & acute cernentes; callidi, latrones, & infideles. Motus oculorum, vt diximus, ex cerebri caliditate procedit, quæ quando magna est, oculorum velocitas præceps est; ex caliditate complexionis procedit horum subtilitas, ex quo ingenium; ex ingenii subtilitate procedit alterius deceptio, & furtum.

*Mobiles rubei oculi.*

Si vero oculi sunt rubei, (& mobiles, subin-

telligendum ille, cuius sunt, est animosus, fortis, & potens. idem ad Alexandrum. Hos oculos, ut diximus, Aristoteles rapacibus aibus assignavit. astutes enim, & accipitres, qui mobilibus & sanguineis oculis præditi sunt, pugnatiores alius sunt, & de pertica in astantis faciem semper volant, & pugnā appetunt.

*Lusciosi oculi.*

Oculi subcæcutientes (*αυλιμαώνητοι*) Aristoteles in Physiognomonicis, sed Polemon imbecilles (*λαργοί*) palpebras coniungentes (*επιβόλονες*), Adamantius cæcutientes (*ιδάποντες*) androgynos notant. nos textus omnes subdimus, ut mutua ope corrigantur, & videant lectores monstrosas interpretum translationes, ut omne aliud potius, quam de oculorum physiognomoniam tractare videantur. Luscios vero oculos habentes, qui ad lucernam minus vident, semper improbi habitus sunt, naturæ defectum ostentantes in principali bus membris; ob id luscis moribus & operibus iudicandi. Angelus Politianus subluscus fuit, peracris vir iudicii, ingeniiq; sed astuti, aculeati occulteq; liuidi, quum aliena irrideret, & suam probo iudicio expungi non pateretur.

*Alteram palpebram iuxta medium visum stantem congruentem, sursum attollens, placide & molliter intuens.*

Qui alteram palpebram congruentem (*επιβόλονες*) iuxta medium visum stantem, & qui palpebras

bras supra oculos reducentes, molliter intuentur, andregyni sunt. Polemon ab Aristotele in Physiogn. Qui palpebras medias comprimunt, & uniunt, & utrimque, ut expauescentes, retrahant, mœchii homines sunt. Adamantius: Si in medium palpebras comprimunt, & utrimq; expellant, & lusciosi sint; hos si mœchos dixeris, non peccabis: similiter utrimq; comprimentes, vel retrahentes iudicabis.

*Palpebras comprimentes, & utrimq; retrahentes, molliter & placide intuentes.*

Qui palpebras comprimunt, & omnino molliter & delitiose intuentur, effeminati sunt, & ad feminas, & ad decentiam referuntur. Aristoteles in Physiogn. Qui alteram palpebram supponentes (*επιβόλονες*) & subuertentes (*ἀναρτησόμενοι*) lusciosi, & placide molliterq; intuentur, se formantes, ac fingentes, et plurimum formæ indulgētes adulteri. Polemon. Qui alteram palpebram supponentes, & subuertentes, & simul humide placide, & molliter intuentur, delitiosi, formæ indulgentes, & mœchii sunt,

*De oculis ridentibus, CAP. 22.*

**D**I X I M V S de motu oculorum, nunc ad alias qualitates accedamus, scilicet, qui risibiles, & qui tristes fuerint. nam plerumq; ita ludibundi visuntur, ut eos aspicientes non solum oculi, sed eorum causa, & totus vultus ludere, &

ridere videatur. Hi præcipue oculi in mulieribus visuntur, quæ plerumque fraudibus dolisque sciant.

*Ridibundi oculi, hilares.*

Oculos, in quibus voluptas quædam ac risus inhabitant, non sine culpa putamus: dolosos enim, & quorsum tendant consilia celantes, maligne omnia machinantes, & operantes indicat. Polemon, Adamantius, Æneas Phrygius hilaribus oculis fuisse scribitur à Darete; & ob id sue patriæ proditor, & dolosus fuit. Erat Tammafus Ismaelis filius Sophi Rex Persarum, alacribus oculis, dignaque imperio facie, quod maxime apud Persas decorum est, equitandi sagittandiq; peritissimus, & maxime artificiosus imperio regendo.

*Ridibundi, subaspicientes, sicci oculi.*

Qui autem simul cum risu subaspiciant, & iidem aridiusculi fuerint, supremam hominis nequitiam designant. Polemon, Adamantius.

*Ridibundi, & caui oculi.*

Cauis & ridibundi oculi, tamquam insidiosi, semper malum aliquod voluētēs testantur. Polemon, Adamantius.

*Ridibundi oculi, & frons, genæ, supercilia, & labia commota.*

Vel in Polemone temporis vetustate collapsa desunt, vel ab Adamantio inuenta. Et si quæ

extra

extra oculum sunt, vt frons, genæ, supercilia, & labra interim moueantur, malus est risus. malum enim intendit consilium, & iniusta opera significat.

*Ridibundi oculi, & fixi, minaci aspectu.*

Et si minaci aspectu conuiueant, & fixis inspiciant oculis, iniusta consultant opera. Adamantius.

*Ridibundi, aperti, & minaci aspectu oculi.*

Si autem aperti oculi, & minaci aspectu fuerint, iniusta ab ipsis geruntur opera. Polemon, Adamantius.

*Ridibundi, patuli oculi, & sicci*

Si quibus valde patulos & lætabundos oculos inspexeris, insidiosos iudices, si sicci fuerint; Polemon, valde autem ridibundos, magis insidiosos & iniquarum operum factores prognostica, præfertim si sicci fuerint. Adamantius.

*Ridibundi, & humidi oculi,*

Deest in Polemone principium, & male coniungitur præcedentis finis cum subsequenti principio. Non malos mores, neque malos animi affectus notant, sed vanos, absque amore, & intemperantes. Adamantius supplet: Nam humidi non malos quidem mores, sed vanos, rudes, imprudentes, amore carentes, & intemperantes notant.

*Ridibundi humidi oculi, palpebræ remissæ, frons longa, tempora utrimq; producta.*

Oculi ad rifum hilares, humidi, palpebræ remissæ, frons longa ( sed Adamantius, mollis, abfurde fatis ) tempora utrimque producta; mores decoros, iustos, humanos, pios, hospitales, prudentes, optimæ consultationis, beneuolos, & caritate plenos offendunt. Polemon, Adamantius.

*De oculis tristibus, CAP. 22.*

**N**UNC de contrariis oculis hilaribus, scilicet tristibus. Græci *ουδωραν αιδω* dicunt, ut qui vultu ita demisso, & superciliis laxati sint, siue præira, siue prætristitia, Scythicum intueri dicuntur, quasi eorum facies non serena, sed nubila, nec frons exporrecta, sed rugosa appareat, idque prætristitia, vel aliqua molestia multis accidit; nomine tamquam à Scythis facta, id est, prætristitia & austeritate, demissis oculis & Scythico vultu sum.

*Tristes & humidi oculi.*

Oculi tristitiam præferentes, & humidi, prudentes, & qui disciplinarum amore trahuntur, notant, Polemon, Adamantius. Corrigenda dictio apud Polemonem & Adamantio, *φειρομεν, νόσιποιον.*

*Tristes & aridi oculi.*

Si aridi oculi fuerint, & tristitiam præferant, sum.

summæ affabilitatis hominis argumenta dixeris, Polemon. Sed Adamantius noxiæ plenos dicit, & melius; cum semper ficcitas malum in oculis adaugeat, quod mendum in textu non solum, suspicor, sed pro certo habeo.

*Tristes oculi, supercilia compressa, frons demissa, & austeræ.*

Si autem comprimantur supercilia, sicut demissa, & frons demissa & simul austeræ sit, fidos, pios, probos, boni consilii, & prudentes notat; Adamantius. ex Polemonis textu vix quicquam percipi potest.

*Tristes, aridi oculi, frons aspera, obtutus intentus, palpebræ rectæ.*

Quod si accedat frontis asperitas, & intentus obtutus, palpebræque rectæ fuerint, rusticanissima consilia, & qui ad omne opus peragendum, festinent, & à nullo facinore abstineant, indicabunt; & qui velut necessitate compulsi, ad ea omnia quæ in mentem veniunt, adimplenda, præceps ferantur; Polemon. Sed Adamantius habet: Barbara consilia, nec vllum vmquam iis intentatum imperfectumque facinus.

*De sursum deorsumque oculis directis. CAP. 23.*

**N**UNC ad alias oculorum qualitates accedamus, scilicet qui sursum deorsumq; vergant.

*Sursum euntes oculi.*

Oculi sursum euntes, stoliditatis, stupiditatis, sa-

cri morbi, falacitatis, ingluuiei, & vinolentiæ signum sunt. Supra, vbi de oculis sursum vergentibus, rationem adduximus. Polemon & Adamantius.

*Sursum euntes, & trementes oculi.*

Ad hæc si tremor aderit, non multum aberunt à sacro morbo. Polemon & Adamantius.

*Sursum euntes, & pallidi oculi.*

Si pallidi fuerint, crudi, inhumani, timidi, inuidensque ingenii, & homicidæ signum erit. Polemon & Adamantius.

*Sursum euntes, subrubri oculi.*

Si subrubri potius existentes (*μαλλον*, vt Adamantius, non *πικροται*, vt Polemon) & magni, bibaces, aleatores, (*φυλακιστοι*, non *φυλακαμοι*, vt Polemon) mulierosi, canibus se oblectantes, immunda loquentes, intemperates (*ακραπεις*, non *κραται*, vt Polemon), & stupidi erunt. Rhafes: Oculi sursum versi, vt oculi boum, & subruffi, & maximi, denotant hominem stolidum, dementem, bibacem. Eadem ab eo Conciliator.

*Deorsum euntes oculi, & supplices.*

Oculi deorsum tendentes supplices, eadem quæ sursum versi, animi prognostica præbent. id tamen plus habent (*πειροσσοι*, Adamantius, non *πειροσσοι*, vt Polemon) quod rusticanum animum & iram monstrant. Adamantius molestos, rusticane iræ, & crudeles.

*Sursum*

*Sursum vnus, deorsum alter euntes oculi, trementes, & halitus asper & densus.*

Si alter oculorum sursum, alter deorsum ibit, & tremor ipsis inerit, & cilia comprimant, & medium plus asperum & densum referat, (Adamantius vero, & halitum asperum & densum referat. sane melius) hi in fine ad epilepsiam deuenient.

*De limis oculis, CAP. 24.*

**N**VNC de limis oculis, id est, obliquis, vel de strabonibus loquamur. Communis est Physiognomonum opinio, strabones peruersæ mentis esse, & naturæ monstra. defecit enim natura in eorum formatione, & quia defecit circa cerebrum, ex quo formantur oculi, maximus est defectus, cum nobilissima sit hominis pars cerebrum; ob id mala significare. Ouidius Inuidiæ oculos obliquos tradit:

*-- nusquam recta acies.*

Mineræ Stätius oculos toruos confingit, quasi atroces, & minaces:

*-- hic torua Palladis angues.*

Taurinè tueri olim adagium erat, pro eo quod toruè. Aristophanes Æschyli faciem iratam exprimens, id memorat. Plato demonstrat Socrati fuisse morem taurinis oculis obtueri, & apud Pollucem odii signum est, limis oculis aspicere, Durat adhuc loquendi modus: Instar tauri tuæ.



tur, qui ab ictu lanii euasit. Attila Hunnorum Rex torua oculorum nictatione terribilis fuit, toto ore sæuitiam spirabat; omnes barbaros ingenio maxime tero, & agresti superauit; humani generis ferale portentum fuit.

*Retorti ad dextram oculi.*

Oculi peruerſi, ad dextram euntes, ſtultum notant, Polemon & Adamantius. Ego hos ad hircos referrem, & luxurioſos dicerem. Hircus animal eſt libidinoſum; quoniam libido oculos contrudit in angulorum anguſtias, quos vocant *hircos*, auctore Suetonio in vitis corporalibus: & Virgilius:

-- *transuerſa tuentibus hircis*

Quoniam libidinis, quæ in hirco præferuida eſt, illic promuntur ſigna. Apuleius Grammaticus, quod illic hæreant oculi, hircos diei opinatur. Iſidorus ipſum hircum animal ab oculis hircos, id eſt, angulis conuerſis, appellatum autumat. Limos oculos Veneri & amariſi tribuunt Poëta. Apuleius de Fotide: Ad me conuerſa limis & morſicantibus oculis. Plautus in Milite: Aspice me oculis limis. Roſcius Gallus à Q. Catulo maxime dilectus, oculis peruerſis fuit, & ob id amabilis, eleganti forma, & optima indole ab eo deſcribitur, vt de eo epigramma ſcripſerit. Hector ſtrabus erat, & amoribus aptus, vt à Darete Phrygio deſcribitur. Menander fuit aſpectu ſtrabo, ſed ingenti acumine inſignis.

*Retorti*

*Retorti ad ſiniſtram oculi.*

Si vero ad ſiniſtram ierint, luxuriam ſignificāt. iidem.

*Retorti ad naſum oculi.*

Si vero adſpicient ad naſum introſum, gratioſi, venerei, amicabiles, amoroſi. iidem.

*Oculi ſtrabi, aridi, patentes.*

Si vero aridiores, patentesque fuerint, & non tremuli; non mali improbique, neque gratioſi amoroſique, ſed verecundi & iuſti, iidem.

*Strabi, aridi, patentes, & tremuli oculi.*

Si vero aridi, patentes, ſtrabi, & tremuli fuerint, malefici, & audaciſſimi ſunt. iidem: ſed Polemon addit, trementes, & lachrimoſi.

TERTII LIBRI FINIS.





IOAN. BAPTISTÆ  
PORTÆ NEAPOLITANI,

DE HVMANA

Physiognomonia.

LIBER IV.

PROOEMIUM.

**N**AM ad ultimam operis partem deuen-  
tum est, ubi, quæ superioribus tribus libris  
de singulis humani corporis partibus scri-  
psimus, omnia in vnum signa, quæ homi-  
nem demonstrant diuersis virtutibus vitisque prædi-  
tum colligemus, ut liceat cuique iniustum, luxurio-  
sum, magnanimum, vel ingeniosum contemplari. Sed  
prius, quam ad virtutes & vitia deueniamus, de qui-  
bus Physiognomon disputat, quibus animæ partibus in-  
hæreant, ut clarius quæ scribimus intelligantur, æquum  
est recensere. Sed Platonem de animæ virtutibus di-  
sputantem audiamus, ab Aristotele libro De virtuti-  
bus adductum. Anima consideratur secundum seto-  
ta, vel secundum partem. Totius autem animæ iustitia,  
libera-

liberalitas, & animi magnitudo virtus est; vitium ve-  
ro iniustitia, illiberalitas, & animi prauitas. Partes  
sunt tres. Rationalis quidem virtus, est prudentia, a-  
nimosa autem clementia ac fortitudo, cupide vero tem-  
perantia & continentia. Vitium vero rationalis qui-  
dem imprudentia, animosa autem iracundia & igno-  
rantia, cupide autem intemperantia & incontinentia.  
Aristoteles autem libro Moralium Nicomachicorum  
animæ alteram partem rationis participem dicit, alte-  
ram expertem; irrationalis autem vegetanti per similes,  
altrix facultas est, & quia humana virtutis experte est  
hæc pars, omittenda. Sed altera irrationalis pars, ro-  
tionis quodammodo capax est, & in concupiscibilem  
& irascibilem diuiditur. Rationalis animæ pars vir-  
tutes habet intellectiuas, sapientiam, prudentiam, &  
perspicaciam. Sed concupiscibiles & irascibiles partes in  
magnis Moralibus subdiuidit, & vnaquæque virtutes  
& vitia possidet. In irascibili parte, magnificèntia,  
fortitudo, mansuetudo, & magnanimitas; in concu-  
piscibili vero sex sunt virtutes, temperantia liberalitas,  
honoris desiderium, affabilitas, & urbanitas. Sed  
de vnaquæque speciatim dicamus.

FF

**Q**UÆ est intellectus omnium prima & maxima virtus, & quæ omnes complectitur, & de omnibus determinat, iustitia est; ab ea igitur inchoandum. Iustus igitur legitimus est, & iusta petit, & iusta agit; & virtus iustitia est perfecta, non absolute, sed ad alteram. ob id virtutū præstantissima videtur, & vt prouerbio dicitur, Iustitia virtutes in se complectitur omnes. Multi enim sunt, qui in priuatis rebus virtute vti possunt, sed in cæteris, quæ ad alium spectant, non possunt; ob id iustitia alienum bonum videtur, agitq; ea, quæ alteri conducunt, aut Principi, aut Reipublicæ: & non pars virtutis, sed integra virtus est. Contra vero iniusti sunt & illegitimi, qui & iniusta volunt, & iniusta agunt. Ob id iniustitia omnium vitiorum pessimum est. Antiqui Physiognomones, neq; iusti, neq; iniusti figurâ apposuerunt. Nos ex signis, quorum ipsi sparsim meminerint, eas formabimus. Chrysippus in libro De honesto & voluptate, describit iustitiæ imaginem à pictoribus rhetoribusq; antiquioribus ita depingi solitam. Os, oculos, & vultum venerandis coloribus, forma atq; filo virginali, aspectu vehementi, & formidabili, luminibus oculorum actibus, neq; humilis, neq; atrocis, sed reuerendæ cuiusdâ tristitiæ dignitate. Sed quia hanc delineationem quidam disciplinarū philosophi sequitiæ imaginem, non iustitiæ dixerunt;

huius

huius imaginis significationem adiungemus. Iudicem, qui iustitiæ antistes est; oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, contra improbos nocentesque immisericordem, atque inexorabilem, erectumque, & arduum, & potentem vi, & maiestate æquitatis veritatisque terrificum. Dicitur virgo; indicio, eam esse incorruptam, improbis nunquam concedere, non sermones blandos, non purgationem, non deprecationem, non deniq; quicquam aliud pati. Vultu graui, aspectu contento, & toruo, vt iniustus terrorem incutiât, iustis fiduciam præbeat. Ego iustos ad leonem referrem. Scribuunt enim auctores leonem dolis carere, & iustum esse: in vlciscendo iniurias tantumdem fere lædit, quantum læsus est ipse. Historia est: Equitantes inuenerunt tres leones, in quorum vnum quidam ex eis sagittam immissurus aberrauit; sagitta prope caput ipsius traiecta; quod animaduertens leo, substitit, cæteri duo præterierunt; qui prius sagittam emiserat, lancea eum confodere conatus est, sed iterum vano ictu percussit terram, & simul de equo ad terram delapsus est. Leo accurrens, militis caput in galea percussit, compressit, læsitque, sed non vulnerauit: mox alios leones secutus est. Scribit Auicenna, si quis telum leoni immiserit, vt nil lædat, aut parum, leonem irruere in illum solere, & minari, non tamen interficere.

Corpore commensurati. Color capillorum obscurus, Vox grauis, concaua, & inflexibilis, vel media inter grauem, & acutam. Oculi magni, sublimes, prominentes, fulgidi, & humidissimi, cum æqualibus pupillarum orbibus, vel inferior orbis, qui pupillam amplectitur, angustus & niger; superior vero igneus in humidis oculis, & nil in ipsis apparet alienum. Vel ad risum hilares, humidissimi, Palpebræ remissæ. Frons longa, ad tempora vtrunque porrecta.

## IN IUSTI.

Oculi, cuius inferior pupillæ orbis viridis ambitus, superior niger. Vel glauci, sicciore. Vel stantes subruffi, ingentes, & infra spectantes. Vel vibrantes turbidi. Vel sese claudentes, castigata magnitudinis, splendentes cum læui fronte, & sicci. Vel ridibundi, & quæ extra oculos sunt, ut frons, genæ, supercilia, & labia moueantur; vel ridibundi aperti, & minaci aspectu fixi.

*De improbi viri figura. CAP. 2*

COMITANTUR autem iustitiam probitas morum & fidei, & vitiorum odium. Nos improbi viri, siue bonorum morum, & naturæ, signa sparsim colligemus, & in vnam coaptabimus figuram, quæ præcipue ex mediocritate accepta sunt.

PROBI

Nasus magnus ad faciem bene discretus. Vel longus, ad os protensus, vel mediocriter longus, latus; & apertus. Facies pulchra. Spiritus temperatus. Pectus latum, & humeri magni. Mammillæ mediocres. Oculi caui, & magni, ut aqua in vase, se mouentes, defixo obtutu hærentes. Circuli oculorum mediocres. Oculi semper aperti, obscuro, humidissimi, & eorum ad spectus mitis. Vel tristes, & supercilia comprimentes, & frons austera, & demissa.

## BENE MORATI.

Frons media inter tranquillam & nebulosam. Aures decentet magnæ, & quadratæ. Facies mediocriter. Vox media inter intensam & remissam, vel gracilis. Risus paucus. Ungues lati, albi, subflauii. Oculi concaui, intenti, cærulei, magni, stantes, & splendentes. Vel lucidi, splendidi, ut aqua humidissimi. Pedes bene formati, articulati, & neruosi.

*De improbi viri figura, CAP. 3.*

IN VNC improborum virorum vel malorum morum figuras adducemus, etiam ab antiquis prætermittas; furis, deceptoris, insidiosi, versipellis, & alienis malis gaudentis.

## IMPROBI.

Facie est deformi. Aures longæ, & angustæ.

Ff 3

Os paruum exterius protensum, Dentes canini lōgi, exserti, & firmi. Loquela velox, & præcipue si gracilis vox fuerit, vel quæ è naribus effertur, vel difficilis. Collum incuruum. Gibbosus. Sedigitus. Tibiæ valde graciles. Pedes gibbosi, infra concavi. Oculi positi in longitudine vultus, vel circa pupillam conuersi, coniunctim se mouentes, splendentes vt marmor, aridi, vel splendentes nigri. Vibrantes, tamquam salientes. Non coniuentes, pallidi, subrubri, sicci.

VENENORVM PROPINATORES.

Oculi prominentes, sicci. Inæquales pupillarum orbis circa pupillam currentes. Calculi sanguinei, vel pallidi in oculis nigris.

VENENO PLENI.

Labia exilia inferiora, ad caninos dentes tumencia.

HOMICIDÆ.

Supercilia pilosa, & coniuncta. Inæquales orbis circa pupillam currentes. Oculi prominentes, sicci, vel sursum euntes, pallidi.

*De infidelis & fidelis viri figura, CAP. 4.*

CONCOMITATUR iustitiã fides, vt diximus; vnde fidelis, & infidelis signa colligemus.

FIDELIS.

Oculi mediocres, declinantes ad cæruleum colorem, vel nigrum. Vel oculi ad cæruleum colorem

lorem declinantes, magni, stantes, & splendentes. Vel tristes, & supercilia compressa, frons austerâ, & demissa.

INFIDELIS.

Caput valde paruum, cum inconcinna figura & dorsu imbecillitate. Frons aspera, monticulis & fossiculis plena, Humeri sursum eleuati. Manus angustæ & graciles. Oculi caui, exigui, sicci, vel obcuri, & aridi, vel obscuri, & squalêres. Vel se mouentes, sicut turbati. Vel obscuri aridique. Vel mobiles, & acuti visus.

*De prudentis & imprudentis viri figura. CAP. 5.*

EX intellectualibus quoque virtutibus prudentia est. Et prudentis viri proprium videtur consulere de iis quæ sibi bona sunt & vtilia, & de iis quæ requiruntur ad bene viuendũ in vniuersum. Vnde & prudens, qui consultatorius. Pericles prudens existimatus fuit, quia & quæ sibi & quæ aliis hominibus bona erant, contemplabatur. Prudentiam igitur actionum habitum dicimus, circa ea, quæ humana bona sunt. Cum autem duæ sint animæ rationalis partes, prudentia virtus est operatiuæ; nam circa id quod aliter se habere potest, opinio & prudentia versatur.

PRVDENDES. *Ad mediocritatem.*

Corpore parui. Caput paulo maius paruo, in sinciput & occiput protensum, quale

Pericli fuisse fertur. Capilli in pueritiacani. Frōs quadrata iustæ magnitudinis. Facies mediocris, pinguiuscula. Lingua subtilis, Vox media inter grauem & acutam. Labia oris superiora prominentia. Collum ad dextram inclinatum. Claves mediocriter solutæ. Metaphrenum medium inter curuum & conuexum. Pectus latum cum latitudine humerorum. Ventris medietas, cum pectoris angustia. Manus longæ cum digitis longis, immotæ in locutione. Oculi magni, sublimēs, fulgentes, humidi obtutus, vel lucidi; vel calculi subalbidiores, pallidi, igneis admisti, & sanguinei in nigris oculis; vel extra rotæ circumferentiam nigredo igni admista, ut à longe nigros repræsentet; vel circulus angustus, & niger, alter vero supra igneus in humidis oculis, & si nihil in ipsis appareat alienum; vel circuli iridis coloris in humidis oculis, vel se claudentes & aperientes, humidi; vel sese claudentes, recti, humidi, iustæ magnitudinis, splendentes cum læui fronte: vel ad risum hilares, & humidi, & palpebræ remissæ. frons longa, ad tempora vsq; producta; vel tristes, humidi; vel tristes si comprimant supercilia, & frons demissa simul & austerà.

IMPRUDENTES. *Ad asinos, apparentiam, & indecentiam.*

Eius contrarium imprudens est. Imprudentiæ

tia autem est iudicare peruerse de rebus, & perperam deliberare; nequire uti præsentibus bonis, & in falsam adduci opinionem de iis quæ ad vitam & bona honesta sunt. Frons conuexa alta. Anhelitus quemadmodum iis, qui post cursum, quiescunt. Manuum digiti præmutili, crassique. Velociter incedunt, & si deprehendantur, formidant, & totam effigiem deorsum trahunt, & contrahunt seipos. Suspenso corpore & vultu sublimi incedentes. Corpore magni, vel corpore parui, & sicci carnibus, & colore calidum in nocte. Oculi prominentes parui, & igniti; vel tenebricosi, rubri, sanguinei; vel stantes, subrubri, ingentes, infra spectantes; vel stantes, & supercilia eleuantes, & suspirantes; vel se claudentes, & aperientes.

INSIPIENTES. *Ad asinos.*

Facies carnosæ. Labra crassæ. Loquela difficilis. Collum erectum. Metaphrenum erectum. Corporis inclinatio ad sinistram.

*De ingeniosi viri figura. CAP. 6.*

INGENIOSI viri figuram Aristoteles in suis Physiognomicis apposuit, vocaturque ab eo Græce *εὐφύς*. sic enim Polemon & Adamantius. Sed dissimulare nequeo Platonis sententiam, in libro De scientia. Inquit enim: Arduum est hominem comperisse ingeniosum, qui simul

manfuetudinis & modestiæ exfors non fit. Siqui-  
dem qui acumine illustres, callidi, ac memoria  
insignes & docilitate, numquam iracundi sunt,  
& contentionis audi, nec raptantur secus, ac na-  
uigia, retinaculorum profus expertia. Hos item,  
furore potius quam fortitudine præstare dixeris.  
Sed qui ad grauitatem nati, si se ad ingenii cultū  
dent, hebetiores apparent, mox desidiosī obli-  
uioſique. Thracas tradunt ingenio esse obruſo,  
& propemodum nulla memoria, vt neq̄ quater-  
narium numerando queant transcendere: in his  
tamen robur & adbelli munia promptitudinem  
ſingularē non deſiderari.

INGENIOSI. *Ad mediocritatem, & est  
Aristotelis ad Alexandrum.*

Carnes habent molles, humidas, mediocres  
inter aſperitatem & leuitatem. Nec nimis longus  
nec nimis breuis. Albus, declinās ad rubedinem.  
Adſpectu mitis. Capilli plani, mediocres. Ma-  
gnorum oculorum, declinantium ad rotundita-  
tem. Mediocris, & menſurati capitis, cum ma-  
gnitudine colli. Æqualis, & bene diſpoſitus. Cu-  
ius humerū parum declinant. Carens carnoſitate  
in cruribus & genubus. Claræ vocis cum tempe-  
ratione in ſubtilitate, & groſſitie. Longarum pal-  
marum, longorum digitorum, declinantium ad  
ſubtilitatem. Modici riſus, & fletus, & deriſionis.  
Cuius adſpectus eſt quaſi commiſtus lætitiæ &  
iucunditati.

INC.

INGENIOSI. *& est Aristotelis, Polemonis & Ada-  
mantii in Physiognomicis.*

Caro humidior & mollior; neque macra,  
neque valde pinguis. Quæ circa humeros &  
collum, & quæ circa faciem, graciliora. Ada-  
mantius: Facies nec admodum corpulenta,  
nec quidem attenuata. Quæ circa humeros  
colligata, & quæ deorsum sunt, demissa, & be-  
ne soluta. Circa costas, & dorsum non carno-  
sa. Corporis color candiduber, purus, Sed Po-  
lemon & Adamantius: candidus, subrufus, fla-  
uus. Cutis subtilis. Pili neque valde duri, neque  
nigri. Sed Polemon & Adamantius: Capilli  
neque valde crispī, neque recti. Oculi charopī,  
humidi. Polemon addit, & splendentes. Mo-  
deratæ magnitudinis. Totumque corpus ere-  
ctum. Addimus nos: Capilli medii inter molles  
& duros. Facies mediocriter pinguiuscula, vel  
mediā inter carnoſam & macram, Color candi-  
ruber in læti corpore. Dentes mixti, lati, stricti,  
& rati. Lingua subtilis. Vox mediā inter inten-  
sam & remissam. Costæ macilentæ. Manus  
graciles & molles. Manuum & pedum articuli  
generosi. Digiſi molles, longi, & inuicem diſ-  
tantes. Femora mediocriter carnoſa. Oculi ob-  
ſcūri, humidi, iustæ magnitudinis. Dorsum ma-  
cilentum. Mea figura hæc eſt (absit iactantia, &  
inanis gloriæ fucus.) Fronſ in longum porrecta,  
capilli neq̄ duri neque nigri, neque recti neque

crispi. Aures exsculptæ. Facies macilenta, mediocris. Supercilia magna, rara, & commensurata. Oculi charopi, sublimes, magni, splendentes. Collum, & humeri graciles, & bene soluti. Crura, & latera non carnosâ, venter mediocris. Caro colorata. Statura commensurata, & recta. Tali præualidi, manuum & pedum articuli fortes, & bene soluti. Digiti molles, longi, & inuicem distantes. Vox media inter remissam & intensam.

## SENSITIVI.

Caput paulo maius mediocri, in sinciput protensum. Frons longa. Aures decenter magnæ, & quadratæ. Corpore magni, siccis carnibus, & colore siccam temperaturam innuente. Vel mediocri corpore, carne, & colore. Claves mediocriter solutæ.

## MECHANICI.

Manus longæ cum digitis longis. Oculi se claudentes & aperientes, humidi. Capillorum color leniter subflauescens.

## COGITABVNDI.

Frons caperata, vel in medium sui eleuata, spiritus facilis, & sine strepitu progrediens. Collum incuruum. Incessus tardus.

## DOCILES.

Capilli placide subflauescentes. Frons in longum

gum porrecta. Supercilia rara, commensurata, & magna. Aures exsculptæ. Facies macilenta. Rissus paucus. Collum inclinatum ad dextram. Humeri magni, & pectus latum. Vel pectus angustû, & venter mediocris. Manus in loquendo immobiles. Digiti retro conuersi. Oculi mediocres, declinantes ad cæruleum colorem, vel nigrum. Vel cærulei, splendentes, magni, stabiles. Vel obscuri, humidi, iustæ magnitudinis. Vel stantes, parui, humidi. Frons exporrecta, & palpebræ mobiles, vel se mouentes, & quasi stantes, & tincturam albuginis in oculo habentes. Vel se claudentes, recti, humidi, iustæ magnitudinis, splendentes cum læui fronte. Vel tristes, humidi.

## CONSTANTES.

Rissus paucus. Cilia nigra, solida. Oculi obscuri humidi, iustæ magnitudinis.

*De hebetis viri figura, CAP. 7,*

**N**VNC ingenioso contrariam figuram apponemus; eam ex Aristotele, Polemone & Adamantio desumemus, & sunt signa fere contraria oppositæ naturæ. Eum insensituum vocant, quasi sine sensu.

## HEBETES.

Quæ circa collum & brachia, carnosâ, complexa, & colligata. Sed Polemon & Adamantius; Claviculæ colligatæ, vel magna vasa circa collum



complexa & immanifesta. *Κοτύλη* rotunda. Vel capitatis occiput cauum, vel, vt ego suspicor, *ἰστis*, id est, occiput rotundum. nam vt diximus in capitatis figura, cum eminentia occipitis perit, & rotunda est, male sensati & hebetis ingenii virum, præsertim. Interpretis pro acetabulo assumit. Sed quid coxarum acetabula cum intelligentia faciant, ignoro; præsertim cum tale quidpiam apud Polemonem & Adamantium nõ reperiam. Omoplatæ sursum contractæ. Frons magna, carnosa, rotunda. Oculus pallidus, stupidus (siue languidus, vt caprarum oculi, quæ stupidæ sunt, quod linguæ Græcæ imperitia, Sueslanus satis peruerse *furdum oculum* transfert, quasi oculis audiamus.) Crura circa talos crassa, carnosa, & rotunda. Maxillæ magnæ, & carnosæ. Lumbus carnosus. Sed Polemon & Adamantius metaphtenum dicunt. Crura longa. Sed ego in Aristotelico textu mendum suspicor, & non *μικρά*, sed *μικρά*, id est, breuia legendum. nam cum vlnæ longæ, quæ cum cruribus eandem subeunt rationem, naturæ bonitatem innuant; breuiora crura imperfectionem & ruditatem. Polemon & Adamantius paruos articulos, breue collum, & imperfecta extrema tribuunt ei. Collum pingue. Polemon & Adamantius addunt, & breue. Facies carnosa, satis magna. Motus figuram, & morem qui in facie apparet, secundum similitudinem accipit, scilicet insensitiui, & stupidi, & huius-

huiuscemodi textus, vt diximus, mendosus est. Polemon, & Adamantius: Adspæctus hebes, & inhians. Sed Polemon *συμφρις χαις*, Adamantius vero *αχαρις*, & melius. Addunt iidem: Corporis color valde albus. sed Polemon, Non valde albus, sed valde niger. & melius, quod puto ex illius textu excidisse; cum valde albus, et valde niger color naturæ imperfectionem ostendet, quæ obest ingenio. Venter porrectus. Articuli pusilli, et colligati. Extrema colligata. Sed corrigatur Polemonis textus, qui *αλας* habet, Adamantius vero *απλῶ*. Opponuntur enim signa. Ingenioso erant digiti soluti, et inuicem distantes; huic colligati, complexique.

INSENSATI. *Ad Asinos.*

Caput valde paruum. sinciput cauum; vel sinciput, et occiput. Frons rotunda alta. Nasi imum à summo crassum. Facies carnosa, longa. Genæ carnosæ. Mamillæ magnæ, et carnosæ. Spacium, quod est ab vmbilico vsq; ad imum pectoris longius, quam ab imo pectore ad iugulum. Vlnæ carnosæ. Ungues curui, angusti. Oculi tarde mouentes.

RVD ES. *Ad sues & vrsos.*

Caput, quod magnitudine exsuperet. Capillorum color flauus, albicans. Frons carnosa, vel angusta. Aures rotundæ, non exsculptæ; vel parvæ, et arrectæ. Nasus ad faciem male

discretus. Os valde exsertum. Labia crassa, & rotunda, vel inferius labrum prominens. Collum crassum, & pingue, vel durum, vel firmum, & immobile. Ceruix crassa. Humeri eleuati. Costæ carnosæ. Pectus valde carnosum. Manus magnæ & duræ. Venter dura carne compactus. Digniti plus nimio longi, exilesque. Tibiæ, & calcanea crassa, Vngues carnosii.

INDOCILES. *Ad asinos.*

Caput quod magnitudine exsuperet, vel valde paruum. Facies magna, Collum molle.

INSIPIENTES.

Nares obstructæ. Oculi se claudentes & apertientes, pallidi & trementes. Vel quum se claudunt, sursum abeunt, ipsique stantes & subfluidi sunt. Vel non conniuentes. Vel in seipso circumuoluti. Vel obscuro se circumcirca mouentes.

STULTI. *Ad aues & simias.*

Frons lata & magna. Aures magnæ, & arrectæ. Color flammeus. Genæ contractæ in tristi vultu, superius labrum crassius, inferiori propendens. Lingua velox. Risus multus. Vox cum clangore acuta. Collum sursum erectum, vel inclinatum ante, vel in aliam partem, vel neruis intensum. Manus valde breues. Humeri pilosi. Oculi retortati ad dextram. Latæ oculorum pupillæ.

DE MEN-

DEMENTES.

Os exsertum. Pupillæ oculi cum totius substantiæ latitudine prominentes. Vel oculi sursum prominentes. Et præsertim si supercilia grauoosa fuerint. Vel concaui, cum mollitie quadam fluidi.

EPILEPTICI.

Vibrantes oculi, tamquam exilientes, grandiusculi, splendidi, & humidius contuentes, vel sursum euntes. Et præsertim si trementes fuerint. Vel si alter oculorum sursum, alter deorsum ibit, & tremor ipsis insit, & halitum asperum & densum referat.

DÆMONIACI.

Tali præpingues. Calcanea aspera, digiti curui, pedes corpulentiores, & tibiæ prægrandes.

MOBILES. *Ad aues.*

Frons parua, & lata. Nasus valde paruus. Vel longus & subtilis, vel imum gracile. Os planum. Aluus, & pectus nimum pilosum. Oculi obscuro parui.

*De memoris & obliuiofi viri figura, CAP. 8.*

MANAT autem à prudentia memoria ipsa vel eius affecla est, vel prudentiæ adminicula, & ex virtutibus intellectiuis est. Aristoteles libro De memoria ait: Ad bene memorandum requiritur cerebri siccitas; ad facile discendum

Gg

humiditas. Vnde vt plurimum ingenio tardi,  
memoria valent; dociles reminiscencia. Memo-  
ris viri Aristoteles in suis Physiognomicis hu-  
iuscemodi, figuram apposuit.

## MEMORIS.

Superiora minora. Hec enim dispositio pau-  
citatē arguit vaporum, propter cerebri siccita-  
tatem. Pulchra, id est, bene formata, disposita;  
Carnosa. Non pingua, sed carne bene vestita.  
nam pingua hebetem & obliuiosum arguunt.  
Addimus nos; Aures magnæ.

OBLIVOSI. *A contrariis signis.*

Superiora maiora. In libro De reminiscencia  
ait: Superiora maiora habentes, vt nani, nō sunt  
memoratiui; propterea quod grauitatem mul-  
tam habent in sensitiuo. Et quia à principio mo-  
tus non possunt immanere, sed dissoluuntur, ne-  
que in reminiscendo recte procedunt.

*De audacis viri figura, CAP. 9.*

**D**IXIMVS de virtutibus & vitiis, quæ intel-  
lectiui inerant. Nunc quæ in ea animæ par-  
te, quæ irascibilis dicitur, sita sunt, dicemus; qua-  
rum prima fortitudo est. Hæc inter duo extre-  
ma versatur, scilicet fiduciam, & timiditatem.  
Audax est, qui confidendo in terribilibus rebus  
excellit, qui & arrogans, & fortitudinis affecta-  
tor videtur, vt infanus quidam, aut insolens, qui  
neque

neque tremotus. neque inundationes timeat,  
quod Celtæ facere dicuntur. Timent enim res  
non sicut oportet, & minus, quam fortis. nam  
precipites sunt, voluntque ante ipsa pericula pe-  
riclitari, in ipsis vero constitutis, absistunt. Hanc  
figuram Physiognomones non apposuerunt.  
Nos ex eorum scriptis formabimus.

AUDACES. *ad Tauros.*

Vultus austerus. Frons nebulosa. Supercilia  
oblonga. Nasus longus, ad os protensus. Os ma-  
gnum. Dentes longi, rari, acuti, & fortes. Col-  
lum mutilum. Vlnæ proluxæ, & quæ extensæ vsq;  
ad genua pertingunt. Pectus latum, humeri ma-  
gni. Oculi splendentes, cæsi, sanguinei, semouen-  
tes cum palpebris immotis; aperti, sicci, splen-  
dentes, & puro lumine relucens, vel vibrantes  
turbidi.

## TEMERARI.

Os magnum, & exsertum. Digni breues, &  
crassi. Oculi splendentes, toruæ adspicientes. Se-  
claudentes cum fronte aspera, superciliis obli-  
quis, & palpebris duris, & concretis. Vel se clau-  
dentes, recti, humidi, iustæ magnitudinis, splen-  
dentes cum læui fronte, sicci.

## SUPERBI.

Supercilia arcuata, & quæ frequenter eleuen-  
tur. Venter magnus, carnosus, & propendens.  
Gressu tardo ambulantes, sponde morantes &

manentes in viis, & circumcirca adspicientes.  
Oculi obscuri, aridi.


*De timidi viri figura.* CAP. IO

**N**VNC de altero fortitudinis extremo dicemus, in quo defectus; & est timiditas. Timidi sunt, qui non terribilia quasi terribilia timent, vel timent ea quæ non oportet, vel non sicut oportet; tandem ii timendo excedunt, & in doloribus excedentes, magis est manifestus. Id Aristoteles ait in Nicomachicorum libris, Alibi etiam: Ignavia est, metu quouis, facile percelli, mortis maxime, & noxarum corporis, arbitantes præstabilius esse quomodocumque seruari, quam pulchre mortem obire. Frigiditas & humiditas in complexione timiditatem inducunt, vel etiam intemperata siccitas. Feminae viris frigidiores sunt, & ob id timidiore & imbecilliores. Galenus putat frigiditatem causam esse, quæ feminas viris molliores & imbecilliores reddat: vnde quo præstantior est frigore caliditas, eo est vir femina perfectior; & ob id timidiore feminae; quia frigus timorem gignit, & frigidioris naturæ homines timidi & effeminati sunt. Scribit Lactantius Firmianus, si humanum semen dextrum in coitu in sinistram vteri partem mulieris ceciderit, virum quidem nasciturum, sed effeminatum, quum pars ea mulierum generationi destinata sit, & ob id femineo corpore,

pore, carne alba, molli, glabra, voce exili & clara, facie imberbi, ac sine animo, pectore, fore vt semiur dici possit. Plato feminas ex viris fieri dixit, quando frigidioris naturæ sunt. Ad id facit etiam illa commigratio animarum, Pythagoreorum, quum eadem viri anima, dum timidum sortitur corpus, feminam efficit; & sic reliqua animalia. Solet etiam timiditas euenire ex sanguinis paucitate, vt in chamæleonte. Timida animalia sunt ceruus, lepus, cuniculus, mustela, hyæna, & mus, quibus Aristoteles cor magnum tribuit, vt cunctis metu maleficis; & quæ magno corde prædita sunt, frigida sunt. Hanc figuram Aristoteles, & Polemon & Adamantius apposuerunt.

Gg 3

*Eandem, quam primo libro, hic denuo femineam figuram nã ab re fore putavi in huius capitis fronte oculis subicere, ut exactius eas partes visu assequi queas.*



TIMIDI

**TIMIDI.** *Ad mulieres, ceruos, lepores, cuniculos cotturices, & ad complexionones.*

Mollipilus. Corpore inclinatus, non erectus. Suræ sursum ductæ. Color in facie subpallidus. Oculi imbecilles, & qui palpebrizant. Corporis imbecillia extrema, & crura gracilia, & manus subtiles & longæ. Lumbus paruus & imbecillis. Polemon & Adamantius: Oblongus. Figura contenta in motibus, non inuercundus, sed languidus, & stupefactibilis. Sed Polemon & Adamantius: Tota corporis facie ac statura dissolutus. Color qui in facie apparet, varius, & mos subtristis. Iidem addunt: Collum longum, Respiratio debilis, vel tumultuosa. Pectus debile. Vox acuta & mollis. Addimus nos: Occiput cauum. Vel caput in quo vtraque eminentia perit. Capilli recti, vel crispi, molles, & plani. Colore vel nigri, vel albi. Frons magna. Facies carnosæ, vel ossosa. Colore nigro, vel albo, vel subliuido, vel mellino. Labia exilia in ore paruo. Spiritus paruus, rarus, tardus; & corpus, & pectus marerum, & glabrum. Vel spiritus altus, densus, & agilis. Vel pectus carnosum. Vox remissa, vel tremula. Loquela breuis, vel acuta, & debilis. Vel è naribus efflata. Metaphrenum imbecille, inarticulatum, & macilentum. Collum gracile, & longum, vel asperum, & pingue. Pectus carnosum, & glabrum. Vel

gracile, & imbecille. Lumbi acuti. Humeri inarticulati & imbecilles. Vlnæ, & brachia breuia, quæ extensa ad genua non perueniant, sed cogant caput occurrere manibus. Coxendicum ossa gracilia. Femora inarticulata, & mollia, Tibiæ inarticulatæ, & molles & valde graciles. Digniti conscripti. Oculi discolorati. Vel cæsi albicantes. Vel valde nigri. Vel fului splendentes, vel nigri splendentes. Coniuuentis. In quibus circuli candidi, & imbecilles. Vel stantes humidi. Vel asperis oculis dormientes. Vel sursum euntes, pallidi, vel obscuri humidi, iustæ magnitudinis. Timidos canes Xenophon ita describit: Corpore paruo. Naso aquilino, paruo rostro. Oculis lusciosis. Deformis, dura, strigosa, glabra, infirma. longa, corporis partes non bene respondentis, molli pedes, non sagaces.

*De cinædi viri figura,* CAP. II.

**I**N Moralium Nicomachiorum libris Aristoteles, vbi de continente & incontinente tractat, & de tolerantis, ait mollem tolerantis opponi. Tolerans in resistendo consistit; qui enim deficit in iis, aduersus quæ plerique renitentur, is, mollis est, & delicatus. Delitiæ enim molliæ quædam sunt. Qui scilicet pallium trahit, ne si ipsum tollat, dolorem sibi laborando creet, & dum ægrotantem imitatur, miserum esse non existimat, cum misero similis sit. Ex genere quoque molli-

mollities oritur, vt apud Persarum reges. Aristoteles, Polemon, & Adamantius cinædi iconem, apposuerunt, & talem Dionysium sophistam fuisse scribit Aristoteles.

CINÆDI. *Ad Mulieres.*

Oculi contracti. Sed Polemon, & Adamantius humidi, & impudenter adspicientes. *γενεγοβι;* alii *genu flexiles* interpretantur; ego vero genurumorem facientes incedendo. Sed Polemon *γενεγοβι;* Inclinatorio capitis ad dextram. Idem, Collum inclinatum. Motus manuum languidi, & dissoluti. Sed hic Polemonis textus satis corruptus, & facile ex Adamantio corrigendus. Ambulationes duplices, vna quidem circumclinantis, alia vero tenentis lumbos. Idem: Lumbus, & membra omnia tremantia. Sed omnes textus corrigendi, quia mendosi sunt. Oculorum circumpectiones, id est, oculos vertens, & circumducens, vt Polemon & Adamantius scribunt. adduntque: Frontem contrahit, & genas. Supercilia suo loco manent. Vox exilis, infracta, acuta, & inæqualis, & valde tremula. Pedum *παρὰ ποδα.* Polemon, sed Adamantius *παρὰ ποδα,* & melius; id est, pedum distractio, quasi conuersis cruribus & pedibus ambulantes. Colla eorum non satis firma; sed subtremscūt, vt si stabilitas coacta esset. Labiorum contractio: nam lepores labia perpetuo mouent. Vocis clangor. Addimus nos: Mentum longum. Genas contrahen-

tes in hilari vultu. Exilia labia, ad incisorios dentes tumentia. Corpore inclinati ad dextram. Ambulantes pedibus & cruribus conuersis, Comatuli, incinnatuli. Alte respirant, & ipsis densus & agilis è naribus spiritus effertur. Alteram palpebram, iuxta medium visum stantem, & palpebras supra oculos reducentes, molliter intuentur. Palpebras non habent rectas, nec supercilia immota, sed trementia, & simul oculi & ad spectus submouentur. Oculi mobiles, lusciosi.

*Cinædi signa ex P. Africano.*

P. Africanus, Pauli filius, P. Gallo homini delicato inter pleraque alia hæc quoque probro dedit, quod tunicis vteretur totas manus operientibus, quod quotidie vnguētis delibutus, ad speculum ornetur, quod supercilia radat, quod barba vulsa, feminibusue subuulsis ambulet, quod in cōuiuuiis adolescentulus cum amatore, cum chirodota tunica inferior accumbat, quod non modo vinosus, sed virosus quoque sit.

*Cinædi signa ex Archefilao philosopho.*

Plutarchus refert Archefilaum philophum, vehementi verbo vsum esse de quodam nimis delicato diuite, qui incorruptus & castus dicebatur. nam cum vocem eius infractam, capillumque arte compositum, & oculos ludibundos atque illecebræ voluptatisque plenos videret

ret. Nihil interest, inquit, quibus membris cinæditis, prioribus an posterioribus.

MOLLES. *Ad Mulieres.*

Nates præpingues. Genua carnosæ. Supercilia recte extensa. Collum ante inclinatum. Humeri inarticulati, imbecilles. Metaphrenum imbecille, macilentum, inarticulatum. Dorsum angustum, imbecille. Costæ male solutæ. Venter macilentus. Tali carnosæ, inarticulati. Pedes parui, graciles, inarticulati.

EFFEMINATI. *Ad Mulieres.*

Frons demissa. Nasus ad faciem male discretus. Os paruum, mentum rotundum, & glabrum. Claues male solutæ. Lumbi carnosæ, molles. Ambulantes pedibus & cruribus conuersis. Vel corpore se mouentes humeris, & singulis membris. Genua intus innuentia, vel collidentia sese. Oculi ex facie multum extantes, valde parui, & igniti, vel parui, & varii.


IMBECILLES. *Ad mulieres.*

Supercilia rara, extensa, vel quæ suo loco manent. Lingua balbi, vel blæsi. Collum gracile. Vlnæ, brachia, & cubiti exiles. Manus paruæ, graciles, & inarticulatæ. Mammillæ paruæ & extenuatæ. Oculi se mouentes, cum palpebris mobilibus, Vel eius circuli candidi, & imbecilles.

**D**IXIMVS de audacia, & de timore; nunc de fortitudine, quæ est mediocritas quædam, quæ circa timorem & fiduciam versatur. Fortis est, qui non timet mortem oppetere in bello, in maximo & pulcherrimo periculo, & circa præclaram mortem impavidus existit. Primi excedebant, & deficiebāt; hic mediocriter se gerit. Fortes ante periculum quieti sunt, & in eo ipso celeres, & acres. Vel fortitudo est inconcussum à mortis metibus, & constantem in malis, & intrepidum ad pericula esse, & velle honeste mori, & victoriæ causam præstare, quam turpiter seruari. Accedit fortitudini animi præstantia, & confidentia, industria, & tolerantia. Aristoteles cæterique Physiognomones hanc figuram apposuerūt: sed de forti secundum animam, & de robusto simul locuti sunt. Sic etiam si sinistrae partis hominis semen in dextram mulieris vteri partem illabatur, nascitur & mulier; sed quia eo loco nata est, vbi vir nasciturus erat, virilis erit mulier, robusta membra, visus fuscadinem, vocem grauem, & intrepidum animum habebit. hæ sunt mulieres, quæ nec supponi, nec regi a viris possunt, sed in dominatu primas sibi vsurpant partes.

*Hic*

*Hic etiam virilem atulimus figuram, vt leniori negotio partium similitudines, de quibus loquimur, assequaris.*





FORTES, ANIMOSI. *Ad viros, leonem,  
taurum, & robustos canes.*

Duri pili. Sed interim Adamantii textus corrigatur; nam vbi Polemon κόμη σκληρὰ, ipse κόμη σμερὰ, habet. Figurâ corporis erecta. Ossâ, & costæ, & extrema corporis fortia, & magna. Polemon & Adamantius: Latera, & vniuersos corporis articulos, & extremitates robustas habet, & ossâ magna. Venter amplus, ad se contractus, Pectus carnosum, & amplum, iidem: Pectus, & metaphrenum robustum. Oculi charopus, non valde expâsus, nec omnino clausus. Color corporis squalidus, & acutus. Et illud ἄξυς, non ad frontem, vt perperam facit Sueffanus, sed ad corporis colorem referri debet: quia acuta frons non reperitur, sed squalida. Ob id iidem. Color magis acutus. Frons recta, non magna, neque læuis, neque aspera, macra. Vbi textus corruptus est; nam, in o mutatum est, ἰσχυρός, non ἰσχυρόν legendum. Humeri ampli distantes, non valde colligati, nec omnino dissoluti. Sed Polemon & Adamantius: Humeri robusti, & spatulæ, & latera in latitudinem distenta, sed vbi Polemon ἰσθαίαι, Adamantius πλευραὶ habet. Collum firmum, non valde carnosum. Nares contractæ, sed duræ. Suræ deorsum ductæ. Crura carnosâ, circa talos robusta. Pedes articulati. Acies humida: Adamantius addit, & terribilis. Insuper iidem hæc habent

bent in eiusmodi figura: Supercilia non extensa. Vox minax, intenta, & magna. Spiritus reciprocatio constans. Nos quæ ex eisdem aliisque dispersim collegimus, & experientia cognouimus, adducemus. Caput paulo maius mediocri, vt leo; occiput protensum cum valida ceruice. Vel caput vtrimpue protensum, cum mediocri magnitudine. Capilli colore flauo. Aures decenter magnæ & quadratæ. Frons quadrata iustæ magnitudinis, neque lenis, neque aspera recta, macra, mediocri. Nasus ad frontem bene discretus, Nares patulæ. Labia exilia in ore magno, vt superiora inferioribus superponantur, & iuxta angulos laxa. Vox grauis, & intensa. Vel grauis, & sonora. Spiritus spissus, fortis, & velox. Vel spiritus constans. Collum medium, inter longum & crassum, vel crassum. Vlnæ proluxæ. quæ extensæ ad genua perueniant. Vel vlnæ, brachia, & cubiti robusti, & bene articulati. Humeri robusti. Metaphrenum, magnum, carnosum, articulatam. Costæ bene solutæ. Testes magni. Coxendicum ossâ exterius apparentia. Nates ossæ, neque lenes, neque rugosæ. Dorsum magnum, robustum. Pectus pilosum. Manus magnæ, articulatæ & neruosæ. Vel magnæ, & duræ. Femora neruosa, ossæ. Tibiæ articulatæ, neruosæ, & robustæ. Pedes bene formati, magni, articulati, neruosi. Tali neruosi, articulati. Corpus commensuratum. Oculi

quorum supercilia arcuata, quæ frequenter eleuantur; vel splendentes, tarde adspicientes, vel splendentes, quibus funiculus imminet, & supercilia aspera, & palpebræ erectæ, vel cæsi viridantes; vel colore flauo; vel circuli, iridis colorem referentes, in oculis humidis, vel mobiles, rubei. Oppianus robustos canes, & acerrima audacia præditos ita describit: Vasto corpore, rostro simo, horribili supra oculos inter supercilia pelle, oculis igneis, rauo colore splendentibus, pelle tota hirsuta, robusto corpore, dorso lato.

FORTIS VIRI *figura à Vegetio descripta.*

Ita Vegetius tironem Martio operi deputandum eligit. Vigilantibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris musculosis, valentibus digitis, longioribus brachiis; ventre modicus, exilior cruribus, suris, & pedibus non superflua carne distantis, sed neruorum duritia collectis. Hispanus quidam, Petrus nomine. Neapolim venit 1555. & domi meæ suæ fortitudinis tale specimen dedit. Homo maxime corpulentus suo dextro humero insidebat, alter læuo; dextro brachio vnum, altero alterum sustinebat; supra binos pedes, alios binos ferebat; aderant etiam alii, qui hos amplexatos tenebant: ac ipse postincedebat, ac si vacuus esset. Dein passis in terra manibus supra eas duos homines ascendere iubebat, erigens se postea, eos vsque ad caput eleuabat. Postea dextram & sinistram manum fune

alliga-

alligauimus, & hinc inde decem viri, pedibus terra fixis, binis manibus funem in diuersas partes trahebant, ipse tractis ad se manibus, pectori in crucis modum admouit tam vehementer, vt multi in terram prociderint. Fronte clauum percutiens, muro medium infixit, etsi ictu frontem vulnerauerit. Extendens brachium manum claudēbat, nec poterant cuncti simul nec manum aperire, nec brachium plicare. Cum in solitudine quadam à binis latronibus inuaderetur, ipse iniectis ceruicibus eius manibus, vnus caput alterius capiti tanta vi illisit, vt longe vtriusque cerebrum dissiliret. Rogatus à me, vt corpus nudum demonstraret, vt illud contemplari possem, libenter paruit. Corpus erat quadratum, statura recta, caput decenter magnum, in sinu caput prominens, valida ceruice suffultum, capilli duri & flauo, frons quadrata, non magna, oculi charopi, castigatæ magnitudinis & aperturæ, os magnum, vox intensa, & sonora, vt etiam optime caneret, nasus rotundus, ad faciem discretus; anhelitus spissus, fortis, & constans, collum rectum, firmum, neruosum. Humeri, spatulæ, & bractia torosa & teretia; carne ita dura & compacta, vt cum brachium extenderet, & manum comprimeret, adeo musculos & neruos intenderet, vt modicam carnem apprehendere non valerem, & si valido nisu. Pedes, & manus magnæ, robustæ, articulatæ, crura lacertosa, suræ

Hh

contracta, pectus amplum, latum, alius contractus, modici cibi. coxendicum ossa eleuata, magna. adpectus iucundus, acies atrox, & minax.

ANIMOSI. *Ad leonem.*

Capilli medii inter rectos & crispis; descendentes à fronte iuxta nasum, colore flauis; supercilia arcuata, & quæ frequenter eleuentur, mentum acutum, collum crassum, dorsum magnum, & robustum. Pectus magnum, articulatum. Manus magnæ, articulata, & neruosa. Incedens humeros commouet ad singulos passus. oculi colore flauis, vel fuluis: vel splendentes torue, adspicientes: vel circuli coloris iridis in humidis oculis: vel mobiles, rubei.

VIRILES. *Ad viuos.*

Supercilia non recte extensa, sed tortuosa. Spatulæ lata, magna, & distantes. Coxendicis ossa exterius apparentia, mentum quadratum. Claues mediocriter solute, Densa barba. Et mulier barbata, virilis.

BELlicosI.

Os magnum, Vox canora.

*De inflati viri figura.* CAP. 13.

**I**AM ad alteram virtutem accedemus, scilicet magnanimitatem, sed ea quoque, vt cætera, inter duo vitia versatur, scilicet inflatus, & pusillanimos. Inflatus est is, qui quum sit indignus, dignum

dignum se magis putat, & in excessu peccat, tamen malus non est, sed peccans. Inflati se ipsos ignorant, atque palam, quasi sint digni, honorabiles res aggrediuntur, deinde redarguuntur vestitu enim, & habitu, atque huiuscemodi rebus ornantur, prosperasque fortunas suas esse manifestas volunt, de se prædicant, quasi obeas honores sint consecuturi. Minus opposita est magnanimitati, quam pusillanimitas. Nos hic inflati, siue gloriofi signa cõgessimus. Adamantius superbiam & gloriæ studium equi ingenio attribuit. Lactatius, in equis gloriæ cupiditas expressa deprehenditur; victores exultent, victi dolent. Hinc & Virgilius:

*In saltare solo, & gressus glomerare superbos.*

Ouidius in Halienticis:

*Hic generosus honos, & gloria maior equorum,*

*Seu septem spatii circo meruere coronam,*

*Attollat caput, & vulgi se venditet aura,*

*Quam tumidus, quam oq, venit spectabilis actum,*

*Figula sub spoliis grauius redeuntis opimis,*

*Cum capiunt armis palmam, gaudentq, triumpho.*

GLORIOSI, *Ad equos.*

Supercilia arcuata, & quæ frequenter eleuantur. Metaphrenum erectum. Tarde gradicens, & sponte morans in viis, & circum circa aspiciens, Incedens alta ceruice erectus, humeris subinouens. Oculi se mouetes, turbati; vel vi-

brantes, tamquam salientes, grandes, lucidi, splendidi. Dignitate longi, graciles.

*De pusillanimitate viri figura, CAP. 14.*

**A**LTER, qui defectu peccat, pusillanimus est. Is vero est, qui minoribus dignum, quam sit, se esse arbitratur, siue magnis, siue mediocribus, siue etiam paruis dignus sit, modo minoribus dignum se esse censeat; tamen non maledicus, sed peccans videtur: nam cum bonis dignus sit, se ipsum iis priuat, quibus est dignus; & videtur peccare, quod bonis se ipsum dignum non existimat, & se ipsum ignorat. Magnanimitati magis opposita est, quam inflatio. Alibi vero idem Aristoteles ait: Pusillanimitas est, neque honorem, neque ignominiam, neque infelicitatem, & infortunium ferre posse, sed honoratum tumescere, & leui successu subsultare; ignominiam autem nec minimam ferre posse. Hanc figuram Aristoteles apposuit, ac talem fuisse Leucadium Corinthium narrat. Sed Polemon & Adamantius non pusillanimo, sed lucricupido tribuunt; sed notæ fere utriusque conueniunt.

*PUSILLANIMI figura ex Aristotele, quam Polemon & Adamantius lucricupido tribuerunt, ad feles, & simias.*

Facies parua, parua membra, parui articuli, exigui oculi, corpus macrum. Addimus nos: Fronis circularis, loquela intenta, vehemens. Petus

ctus gracile, & imbecille. Costæ exiles, & vacuæ. Velociter incedit, & si deprehendatur, formidat, & totam effigiem deorsum trahit, & contrahit seipsum. Oculi magni, cum palpebris mobiles.

*QUERVLI. Ad aues.*

Comitantur pusillanimitatem querimonia, diffidentia, & humilitas: Nos queruli signa apponemus. Vox in principio grauis, in fine acuta. Guttur asperum, & vertebra prominens.

*De magnanimitate viri figura, CAP. 15.*

**D**E magnanimitate dicemus, medio inter duo extrema. Est sane magnanimus, qui quum magnis dignus sit, magnis quoque se dignum existimat. In magnitudine consistit; & si magnis est dignus, optimus quoque sit necesse est. Si non est bonus, ridiculus est. Versatur circa honores, potestates, & diuitias, & in omni tam prospera, quam aduersa fortuna, moderate se gerit, ut ne in prosperis lætitia gestiat, neque in aduersis tristitia obruatur. Beneficiis alios afficere gaudet, & ipse affici erubescit, à nemine quidquam petit, sed prompte aliis ministrat. Odium, aut amorem præferit. Aristoteles magnanimitatis signa cum fortis confundit; quippe leoni, & aquilæ comparat, quæ signa fortitudinis & magnanimitatis habent: & eum sequuti Polemon & Adamantius, eadem protulerunt. Nos

signa eorumdem decerpentes, figuram hanc concinnauiamus.

MAGNANIMI. *Adleones, & aquilas.*

Caput paulo maius commensurato. Vel moderatæ magnitudinis, & rectitudinis, & modice compressum, Capilli à fronte descendentes iuxta nasum, leuiter subflauescentes. Frons quadrata iustæ magnitudinis. Nasus à fronte aduncus, bene discretus; vel rotundus, & in imo obtusus. Labia tenuia in ore magno, vt partes superiores inferioribus superinectæ sint, eademq; laxa iuxta labiorum angulos. Vox grauis, concaua, & inflexibilis. Vel grauis, & loquutio stabilis. Incessus tardus. Collū medium inter longum & crassum. Metaphrenum latum. Incedēs humeris curuis, & ad singulos passus commotis. Vellongo gressu ambulans. Oculi colore flauis; neq; prominentes, neq; concaui; nigri, in quibus calculi non insunt, sed extra circuli circumferentiam habent, nigredinem igni admistam; vel calculos habent subalbidiore, nō valde igneos, vt à longe nigros repræsentent. Vel in humidis oculis circularum alter angustus & niger, alter supra igneus, nihilque in ipsis apparet alienum.

*De auari viri figura, CAP. 16.*

**L**IBERALITAS inter duo vitia media est, scilicet prodigalitem, & auaritam: verum quoniam de prodigis pauca vel nulla extant signa

gnæ (quia cum liberalibus conueniunt fere) ideo de eis dicere nolumus; nunc autem de auaris. Illiberalis vel auarus est, qui magis quam decet, pecuniis studet, in dando deficit, in recipiendo excedit; prodigo peior est, quia nec vlli, nec sibi ipsi utilis est. Auaritiæ species tres sunt. Turpis quæstus, Tenacitas, & Illiberalitas. Turpis quæstus est, per quem ditescimus, & lucrum quam pudorem pluris facimus. Tenacitas, per quam sumptui & impensis in re honesta parcimus. Illiberalitas, per quam expendimus minutatim male, & plus iacturæ facientes, nullo habito temporis delectu. Aristoteles huius figuram spreuit; sed Polemon & Adamantius quam ille pusillanimo adscribit, lucricupido tribuerunt.

*LYCRICVPIDI, Polemonis & Adamantii figura, quam Aristoteles Pusillanimo adscripserat.*

Membris & oculis paruis, faciē parua. Veloci incessu. Dorsu recuruo. Acuta voce, et acuti clangoris. Colore parum rubore perfuso. Addimus nos: Metaphrenum valde curuum, et humeri ad pectus contracti, et corpus effractum. Vox debilis, et flebilis. Breuis et celeris gressus.

*QUESTVOSIORES.*

Oculi stantes parui. Vel stantes parui, qui frontem et supercilia contrahant. Vel oculi parui, varii.

## ILLIBERALES.

Humeri male soluti. Celeri gressu ambulantes, & si deprehendantur formidant, & suam effigiem deorsum trahunt, & contrahunt se ipsos, Digiti contracti, Oculi valde parui. Vel parui, & varii. Vel albicantes cæsi, cum paruis pupillis,

## PARCI.

Collum incuruum ante. Metaphrenum valde curuum, & humeri ad pectus contracti, & corpus effractum. Oculi obscuro humidi, iustæ magnitudinis.

## TENACES.

Supercilia incuruata deorsum, & intuentur quasi latenter,

*De liberalis viri figura, CAP. 17.*

**L**IBERALIS versatur in datione & acceptatione, sed magis in datione laudem meretur. Sed dare quibus oportet, & non accipere vnde non oportet. Liberalitas est, ad honestos sumptus, & præsto esse in auxilium in aduersa fortuna. Comitantur liberalitatem morum facilitas, comitas, humanitas, misericordia, in amicos beneuolentia, hospitalitas, & honesti studium. Aristoteles, Polemon, & Adamantius eius figuram non apposuerunt; quia signa manifestarunt in forti, ex leone desumpta. Nos eam concinnabimus.

LIBE-

LIBERALES. *Ad leonem.*

Capilli è regione nasi à fronte descendentes. Ceruix hirsuta. Humeri bene soluti. Manuum digiti retro conuersi. Vlnæ prolixæ, quæ extensæ ad genua vsque pertingant,

GENEROSI. *Ad leonem.*

Dorsum magnum & robustum. Pedes bene formati, magni, articulati, neruosi. Vox concaua, & inflexibilis.

*De iracundi viri figura, CAP. 18.*

**M**ANSVETUDO inter iram & stoliditatem versatur. Dicemus primo de iracundo. Iracundus in excessu versatur, & is est, qui celeriter succenditur, tum in quos non oportet, tum pro quibus non oportet. & amplius quam oporteat, & citius, & diutius, quam oporteat. Sunt enim & summe excandescens, & biliosi, & acerbi, & qui continent iram, & difficulter conciliantur. Eius species sunt tres, Excandescencia, Sæuitia, & Vecordia. Est autem iracundi, non posse ferre contempiones, esse plagosum, & vindictæ cupidum. Inquiunt medici, quod in his flaua bilis prædominari videtur, quæ cum acuta & subtilis sit, ob insitam caliditatem facile succenditur, surrigiturque; vnde inoritur vltionis votum. Quibus vero summa est bilis, ad omnia subito excandescunt. Sunt & iracundi, qui non.

explantur, nisi viso inimici sanguine, quos vocamus *Acerbos*. Hos melancholicos esse tradunt, quod bilis vigeat in eis atra, quæ cū frigida & sicca sit, in crassiore materia, quæ haud facile dissolvatur, diutius perseverat. Ideo tres sunt iracundia species, quia cum ira sit efferuescentia sanguinis circa cor, sanguinis species sunt tres, subtilis, crassus, & medius. Arrianus philosophus illorum cavendam esse iram inquit, qui paulatim eam concipiunt, lentiusque excandescunt magis, quam illorum, qui celeriter, nā his ira brevior, illis diuturnior.

Ob id Homerus in Iliade:

*Nam melior princeps iratus forte minori est.*

*Quod si dissimulat subitum tunc mente furorem,*

*Tempore post illum pœna graviore repondet.*

Dantes Alagherius Poëta vernaculus, pro superbia, & ira, leonem repræsentat:

*Ma non si, che paura non mi desse*

*La vista, che m' apparue d' un leone.*

Hanc figuram Aristoteles et Polemon confinxerunt.

IRACUNDI. *Ad leones, tauros, canes, ursos, & apros.*

Aper animosus, iracundus, furibundusque est; sanguis enim in eius fibris copiosior est; Aristoteles. Subitam iram ei tribuit Adamantius. semper ferus, et ferox. Corpore erectus. Bene costatus. Animosus. Sed Polemon non *ἰορμικῶς*, vt Aristoteles, sed *ἰορμικῶς* habet, id est, optima corporis com-

men-

mensuratione. Subruffus. Scapulæ distantes magnæ, & latæ. Extrema magna, & robusta. Sed id in Polemone deest. Latus circa pectus; & inguina Boni menti. Sed quia in dubium verti poterat, an de carne menti, vel de pilis loqueretur, vt etiam alibi, recte subdit Polemon; densæ barbæ. Floridus capillorum circuitus deorsum descendens. Addit alia Polemon, quæ ex Aristotele sparsum collegit. Humeri lati. Facies rotunda. Supercilia conuersa. Nares concauæ. Et nos alia signa addemus, quæ ex eisdem excerptimus. Frons circularis; vel caperata, ad medium sui declinans. Supercilia tortuose extensa. Tempora tumentia, venosa. Nasi imum acutum. Color carnis mellinus. Dentes recti, acuti. Vox grauis, magna, & perplexa; vel acuta, & intensa; vel à graui incipiens, finiens in acutum. Collum crassum, & plenum; vel crassum & longum; vel crassum & pingue, sanguineis venis refertum. Pectus flammei coloris. Ambidexter. Lingua velox. Guttur asperum, & eius vertebra prominens. Digitos iactant inter loquendum. Osculi sanguinei. Vel circuli varii coloris in oculis asperis; vel stantes, supercilia eleuantes, & suspirantes, vel subruffi, ingentes; infra spectantes; vel vibrantes, quasi exsiliences, grandes, splendidi, lucidi.

ACERBI, & qui se resedantur.

Caput valde paruum, cum inconcinna figura,

explentur, nisi viso inimici sanguine, quos vocamus *Acerbos*. Hos melancholicos esse tradunt, quod bilis vigeat in eis atra, quæ cū frigida & sicca sit, in crassiore materia, quæ haud facile dissolvatur, diutius perseverat. Ideo tres sunt iracundiæ species, quia cum ira sit efferuescentia sanguinis circa cor, sanguinis species sunt tres, subtilis, crassus, & medius. Arrianus philosophus illorum cavendam esse iram inquit, qui paulatim eam concipiunt, lentiusque excandescunt magis, quam illorum, qui celeriter, nā his ira brevior; illis diuturnior.

Obid Homerus in Iliade:

*Nam melior princeps iratus forte minori est.  
Quod si dissimulat subitum tunc mente furorem,  
Tempore post illum poena graviore rependet.*

Dantes Alaghierius Poëta vernaculus, pro superbia, & ira, leonem repræsentat:

*Ma non si, che paura non mi deffe  
La vista, che m' apparue d' un leone,*

Hanc figuram Aristoteles et Polemon confixerunt,

**IRACUNDI.** *Ad leones, tauros, canes, vrsos, & apros.*

Aper animosus, iracundus, furibundusque est; sanguis enim in eius fibris copiosior est; Aristoteles. Subitam iram ei tribuit Adamantius. semper ferus, et ferox. Corpore erectus. Bene costatus. Animosus. Sed Polemon non <sup>in d. v. m. 6.</sup> vt Aristoteles, sed <sup>in d. v. m. 10.</sup> habet, id est, optima corporis com-

mensuratione. Subruffus. Scapulæ distantes magnæ, & latæ. Extrema magna, & robusta. Sed id in Polemone deest. Latus circa pectus; & inguina Boni menti. Sed quia in dubium verti poterat, an de carne menti, vel de pilis loqueretur, vt etiam alibi, recte subdit Polemon; densæ barbæ. Floridus capillorum circuitus deorsum descendens. Addit alia Polemon, quæ ex Aristotele sparsim collegit. Humeri lati. Facies rotunda. Supercilia conuersa. Nares concauæ. Et nos alia signa addemus, quæ ex eisdem excerpimus. Frons circularis, vel caperata, ad medium sui declinans. Supercilia tortuose extensa. Tempora tumentia, venosa. Nasi imum acutum. Color carnis mellinus. Dentes recti, acuti. Vox grauis, magna, & perplexa; vel acuta, & intensa; vel à graui incipiens, finiens in acutum. Collum crassum, & plenum; vel crassum & longum; vel crassum & pingue, sanguineis venis refertum. Pectus flammei coloris. Ambidexter. Lingua velox. Guttur asperum, & eius vertebra prominens. Digitos iactant inter loquendum. Osculi sanguinei. Vel circuli variū coloris in oculis asperis; vel stantes, supercilia eleuantēs, & suspirantes, vel subruffi, ingentes, infra spectantes; vel vibrantes, quasi exsiliētes, grandes, splendidi, lucidi.

**ACERBI,** & qui sero sedantur.

Caput valde paruum, cum inconcinna figura,



& dorsi imbecillitate. Supercilia ad nasum inflexa. Nares patulæ. Spiritus fortis, velox, & spissus, & corpus, & pectus macrum. Loquela subflaccida. Oculi sanguinei, & sicci. Calculi æquales infuluis oculis. Splendentes, torue adspicientes, vel stantes, parui, prominentes, & qui frontem & supercilia contrahant, & corpus sursum trahant: vel non conuiuentes, pallidi, subrubri, & sicci.

## V E C O R D E S.

Vox acuta, & intensa. Vel in principio grauis, in fine acuta.

I R A C V N D I *figura, Plutarchi.*

Oculi truces. Os turbidum, in spumam ruboremue efferuescens, immaniter clamans. Trepidatio, & gesticulatio, sermo præceps, complosio manus, & fœda visu facies.

I R A C V N D I *figura, Lactantii.*

Oculi ardentes, os tremens, lingua titubans, dentium concrepitus, vultus nunc rubore suffusus, nunc albescens pallore.

*De stolidi viri figura, CAP. 19.*

**D**E F I C I E N S ab iracundia, nomine vacat, quasi iræ vacuus, vel stolidus. Gellius hebetem, ac stupidum vocat, & is est, qui ob quæ oportet, & quando, & in quibus, non irascatur, hi profecto

profecto stolidi, siue stupidi videntur: nam qui irascuntur, nec sentire quidem videntur, nec dolere. Sic etiam perferre contumelias seruire est. Medici inquit, qui frigidi, & humecti, & fulua atrioreque carent bile, nulla prorsus anguntur ira. Antiqui Physiognomones figuram non apposuerunt; nos ex iis signa collegimus stupiditatis, & indolentiæ, quæ ex asino & capra ipsi exceperunt.

S T O L I D I. *Ad asinos, & capras.*

Capilli recti. Frons parua. Supercilia ad nasum inflexa. Facies magna. Aures valde parua. Labia crassa. Os valde dissectum. Dentes continuati. Vox balans, & deprauata, vel aspera, vel acuta, & clamosa. Loquela velox, & gracilis; vel grauis, & debilis. Collum crassum, & pingue. Venter carnosus, magnus, mollis, & pendens. Oculi caprini coloris, vel aquili, vel splendentes, luminosi, vel vibrantes magni, vel stantes aridiores, vel non conuiuentes pallidi, vel subrubri sicci, vel sursum eantes.

S E R V I L E S. *Ad Asinum.*

Vox grauis & magna. Tibiæ, & calcanea crassa. Oculi parui, varii.

*De mansueti viri figura, CAP. 20.*

**A**T mansuetudo est mediocritas inter iracundiam, & stoliditatem. Qui igitur ob quæ

oportet, & quomodo, & quando, & quousque irascuntur, mansueti sunt. Est enim mansuetus, qui perturbatione vacat, & ab affectu minimè ducitur, nisi quantum ratio statuit; non ad ultionem, sed ad veniam propensus est. Vel mansuetus est, qui moderate ferre potest obiecta crimina, & contemptum, nec celeriter rapitur in ultionem, nec facile mouetur ad iram, sed est moribus comes, & mitis, & ingenio quietus & stabilis. Mansuetudines inquirunt naturales ex humiditatis & caliditatis temperie prouenire. In Iracundis ebullit sanguis circa cor; in his deprimitur ab humiditate. Aristoteles, Polemon, & Adamantius eius figuram apposuerunt.

## MANSUETI.

Tota figura fortis. Bene carnosus. Carne humida, multa que. Sed Polemon & Adamantius, Carne humida, molli que. Bonæ magnitudinis, & commensuratæ. Figura curua. Capillorum circuitus sursum vultus. Iidem addunt: Constans intuitus. Tardus motus. Vox grauis, & mollis. Polemon, vox tarda, & mollis.

MITIS. *Ad feminas, ceruos, & lepores.*

Capilli plani & suauis, colore flauis, aurei. Supercilia in rectum porrecta. Loquela remissa. Vox grauis, & mollis. Oculi nigri. Calculi inæquales in fuluis oculis.

*De intemperantis viri figura, CAP. 21.*

AM ad irrationalium partium virtutes & vitia inventum est; & primo de intemperantia dicemus, quæ inter sua extrema etiam iacet, scilicet intemperantiam, & stupiditatem. Intemperantia circa voluptates versatur. Voluptates aliæ animæ, aliæ corporis sunt. Animæ voluptates sunt ambitio, discendi cupiditas, & huiusmodi, quæ cogitationem afficiunt; & hi, qui in talibus voluptatibus occupati sunt, neque temperantes, neque intemperantes dicendi. Sed corporis voluptates hic intelliguntur, neque huiusmodi voluptates in omnibus sensibus sunt, vt in visu, auditu, & odoribus, sed in solo tactu, & gustu. Quidam Philoxenus Erixius gulæ deditus, guttur sibi longius gruis collo dari optabat. Huiusmodi voluptates ob id vituperabiles, quia nobis datæ, non quatenus homines, sed quatenus animalia; & ob id ferinum est iis se dedere. Intemperantes igitur sunt qui oblectantur vel quibus non oportet, vel magis quam plerique faciunt, vel non vt oportet. Vel qui oblectationem turpium voluptatum sequuntur, & arbitrantur eos felices esse, qui in his voluptatibus versantur. Sectantur autem intemperantiam impudentia, negligentia, & dissolutio. Nos primum in vniuersali, de intemperantis figura dicemus; mox de particularibus aliis affectionibus.

INTEMPERANTES. *Ad apparentiam.*

Oscuum. Lumbi acuti. Venter magnus, mollis, & propendens. Tali valde graciles. Oculi obscuro, caliginosi; qui quum se claudunt, sursum abeunt, ipsique stantes & subfluidi sunt. Vel ridentes humidi. Vel sursum euntes, magni, & subrubri.

LUXURIOSI. *Ad simiam, ceruus, hircum, sues, & gallum, pardalim, & ad complexionem.*

Nunc de intemperantibus circa tactum. & primo de luxuriosis. Sed quò temperamento luxuriosi consistunt, disquiramus. Sunt igitur sanguinei, cuius sanguis sit melancholice venositate permixtus. Aristoteles libro Problematum quarto quærit, cur libidinosi melancholici sunt? aitque melancholicos flatu redundare; semèn autem decessio flatus est: ergo quibus id ipsum abundat, hos sæpe purgari appetere necesse est. sic enim efficitur, vt leuentur. Luxuriosa animalia sunt hircus, porcus, ceruus, asinus, simia. Dantes Alaghierius pardalim pro luxuria apposuit, animal, quod cum diuerso genere coit, & coitus tempore vocalis fit, sui & alieni generis alliciens animalia.

*Et ecco quasi al cominciar dell' erta,  
Vna lonza leggiera, & presta molto,  
Che di pel maculato era coperta.*

Aristoteles, Polemon, & Adamantius hanc  
figu-

figuram apposuerunt. Albicolor. Hirsutus. Capilli recti, crassi, & nigri. Tempora pilosa, rectum pilorum. Sed Polemon ait, pilosus circa labia. Oculus pinguis, & stolidus. Sed Polemon in eius figura plura habet. Crura subtilia atque nervosa, & totius auitii generis. Crura hirsuta. Venter, & oculi pingues. Qui barbam ad nasum contrahit, & circumferentiam illius loci concavam habet, quæ naso ac mæto interiacet, qualem bonum habuisse Socratem constat. Oculi pingues lasciui. Perspicuas venas in brachio habens. Exhibus tibiis præditus. Et in fine libri hæc seorsum habet: Oculi concavi, lucentes, non lacrimosi, vt voluptate pleni videantur. Palpebras assidue mouet, cui cæteræ corporis partes conueniunt. Luxuria enim tum maris, tum femine in superioribus corporis partibus, videlicet supercilis & oculis, deprehenditur. Hæc autem vniuersa, quæ diximus, quasi in pictura quadam colores & imagines effigiatæ sint, deprehenduntur. sic ex pluribus signis verissimum iudicium elicies. Effeminati, luxuriosi, impuri existimandi sunt, qui tibiis, quæ ad malleolos descenditur, crassas habuerint, tum qui pedum digitos parum fissos, vt auium, quæ angustos pedes sortitæ sunt & concavos, ad scaphæ modum, vel caluarie. Addimus nos: Capilli rari, vel calui. Pili palpebrarum defluentes. Aures valde parvæ. Nasus incauus, ante frontem rotundus, & superemi-

nens rotundum; vel simus. Venter, & pectus pilosum. Mamillæ dependentes, pectore amplo, & macilento. Manus pilosæ. Coxendicum ossa gracilia. Lumbi, & femora absque aliis paribus pilosæ. Suræ crassæ. Tibiæ pilosæ. Digni pedum copulati. Vngues valde rotundi. Genarum contractio in hilari vultu. Claudii. Oculi splendidi, vel cum ciculis, quorum inferior viridis, superior niger. Vel sicci, aut asperiores cum ciculis varii coloris, iridis colorem referentibus. Vel obscuri circum se mouentes. Vel vibrantes, magni. Vel sursum euntes. Vel subrubri, & magni sursum euntes. Vel ad sinistram reortii: Luxuriosæ mulieris hæc signa adnotavi in quadam prostituti pudoris, & effratae libidinis, quam Epicrates *Myoniam* diceret. Colore pallida erat, vel fusca gracilis, & macilenta: hæc namque rubentibus & obesis salaciores & petulantiores esse solent. Statura erecta. Mammæ habebat paruas, & conuenienter plenas, & duras. Pilosæ in locis consuetis, videlicet cruribus, pectine, alis, & mento, cuius pili grossi & asperi. Capilli crispis, & curti. Vox subtilis, & alta. Audax in lingua, animo superba, & crudelis, valde omnibus inferuiens, ebriosa, paruo abundabat menstruo & lacte, cum effecta esset.

## ADULTERI.

Tarde incedunt, & sponte morantur in viis,

&

& circumcirca adspiciunt. Collum ad sinistram inclinatum. Oculi fului cum æqualibus calculis; vel fœdi. Qui alteram palpebram supponentes, & subuertentes, & simul humidi, & placide intueantur. Vel si mediâ palpebram comprimant, & vtrunque expellant, & lusciosi sint.

## VIRI NEFARII COITVS.

Inæquales orbes, in oculis circumcurrentes.

## VENEREI, GRATIOSI.

Mentum mediocriter scissum. Metaphrenum medium inter curuum & conuexum. Oculi adnatum retorti, Vel vibrantes, alluentes, & sese inundantes.

## AMANTES.

Facies mediocris, in genis & temporibus ad pinguedinem vergens. Suspirans, & inuitus ille lachrimans, & cum eum respicis, terretur, & erubescit. Oculi prominentes, sublimes, magni, lucidi, fulgidi. Vel non coniucentes, humidi, placide intuentes. Vel stantes subintuentes.

## ABSQUE AMORE.

Oculi ridentes, humidi.

EDACIS *Figura.*

Nunc de iis, qui in sensu gustus excedunt, scilicet, qui valde gulosi sunt. Aristoteles eos auidæ edacitatis esse testatur, quos atra infestat bilis; eorumque natura sicca & retorrída est, nec

haustis alitur magnopere, infestante plurimum bilis atrioris frigore alimenti conceptacula; quæ ratio efficit, ut parum omnino aut nil fere eat in corpus; & ut Theophrastus annotavit, infelibus plantis assimilantur, quæ sterili solo plantaræ, quicquid per radices assumunt, ab in superfluitates, & non in incrementum. Aristoteles hanc figuram concinnavit, ad lupos & fues referens. Sunt enim lupi voraces, & vere insatiabiles, vorant potius, quam comedunt, & dum edunt, neminè amant; imo amicos dedignantur.

EDACES. *Ad fues & lupos.*

Spacium ab umbilico usque ad imum pectoris, magis quam ab imo pectore ad iugulum. Ad dimus nos: Color mellinus in facie, Os valde dissectum. Dentes acuti, longi, exserti, & firmi. Gutturis vertebra prominens, loquela gravis & debilis. Collum pingue, Costæ exiles, & vacuæ. Manus graciles, & tortuosæ. Oculi obscuri, circumcirca se mouentes. Vel vibrantes, circumurgentes. Vel magni, stantes, & subrubri.

BIBACIS.

Facies parua, crocea. Carnosæ genæ, vel semper erubescens. Spiritus fortis, velox, & spissus. Guttur asperum, & vertebra prominens. Mamillæ dependentes à pectore amplo & macilento. Oculorum palpebræ infra prominentes. Oculi subrubri, humidi; vel vibrantes, tamquam

quam salientes, magni, splendentes, & humidi, & sursum euntes, subrubri, & magni.

EDACIS, & BIBACIS.

Preminentes oculi sanguinei; vel sursum euntes.

SOMNOLENTI. *Ad naturales causas.*

Diximus comitari intemperantiam, negligentiam, inertiam, & huiusmodi similia. Inter hæc somnolentia est. Somnolentos igitur dicimus, qui ita in soporem collabuntur, ut nil proliuius ita faciant. Huius causam esse humiditatem frigiditatemque cerebri, inquit Physiologi. Hanc figuram Aristoteles & Polemon apposuerunt: Qui habet superiora maiora; ad spectum somniculosum. Sed corrigendus Aristotelicus textus ex Polemone, qui *υπερδεις* habet, pro *υπερδεις*, ut diximus. Natura calidi. Caro boni habitus. Addimus nos: Caput plus nimio tumens. Oculorum vesiculæ supra eminentes. Venæ in brachio ita graciles & angustæ, ut fixi deprehendi visu queant. Ait enim Aristoteles libro De somno & vigilia: Angustia meatuum, quibus à capite refluunt spiritus, nullo negotio præsepitur, minuta siquidem; quicquid atcesserit, quamvis pusillum, obstipat præfarcitè; quadiu vero is libere commearidi facultatem non nanciscitur, perseverat sopor. Ovidius somnum describens, tumens oculos apposuit:

-- *tardāq; Deus gravitate iacentes.*

*Vix oculos tollens, iterumq; iterumq; relabens.*

SEGNIS. *Ad boues, & asinos.*

Sequitur inertia, segnities, vel negligentia. Et si à veteribus figura hæc apposita non est; tamen ne hinc inde toto hoc volumine dispersa, pereat huc adduximus: Aristoteles cæterique ex bouis figura collegisse videntur, cuius segnities propria. Frons magna. Faciei color mellinus. Nasi imum crassum. Faciesque magna & carnosâ. Vel genæ crassæ. Ad spectus vecors. Loquela brevis. Lingua tarda. Corpus densis pilis pilosum. Longus & tardus incessus; vel brevis & tardus. Oculi valde magna. Vel tarde mobiles.

SINE CVRIS.

Frons erugata.

*De stupidi viri figura. CAP. 22.*

QUI vero deficit circa voluptates, cui nihil est iucundum, nullamque inter hunc & illum cibum differentiã facit, valde alienus ab hominis natura videtur, ac stupidus dici potest, nam cum tales pauci reperiantur, nomine vacant. Si aliqua sunt apud auctores signa, quæ huiusmodi hominem significare possint, hæc esse puto, nam alia apud insensitivum diximus.

STUPIDI.

STUPIDI.

Oculi stantes, pallidi, Vel sursum euntes.

*De temperantis viri figura, CAP. 23.*

TEMPERANTIA est mediocritas circa voluptates & timores. Temperans est, qui ex abstinentia voluptatis nullo dolore afficitur, nec gaudet quibus non oportet, nec vlla alia quam diximus re vehementer oblectatur, nec cupit magis quam decet, neque quando non decet. Affectantur temperantiam pudor, reuerentia, & moderatio. Sed veteres Physiognomones neque figuram, neque temperati signa posuerunt, opinantes quod homines optimæ & laudabilis naturæ, bene sensati & probi viri, huiusmodi forent: Nos ne hîc locus vacuus temperantiæ vacaret signa, quæ ponimus, ex mediocritate collegimus.

TEMPERATI, *ex signorum mediocritate.*

Medii capilli inter raros & densos. Anhelitus temperatus. Frons media inter tranquillam & nebulosam. Os neque extensum, neque planum. Collum ad dextram inclinatum. Pars, quæ umbilicum & pudenda interiaces, & hinc ad imppectoris, & hinc ad iugulum, æqualis. Oculorum anguli breues. Oculorum pupillæ mediocres. Oculi magni, & splendidi. Circulus angustus, niger, supra igneus in humidis oculis. Vel calculi nigri, albi, subalbicantes;

pallidi, igneis admisti, & sanguinei in nigris oculis, vel extra rotæ circumferentiam nigredo igni admista, vt longe nigros repræsentet.

*De impudentis viri figura, CAP. 24.*

**Q**UIA diximus temperantiam sectari impudentiam, & temperantiam pudorem; post earum tractationem de impudentia dicemus. Verecundia virtus non est, siue habitus, sed affectus quidam; sic inuerecundia. Impudens est, qui turpia agendo non verecundatur, vt in moralium Nicomachicorum libris Aristoteles dixit. In Magnis vero ait, verecundiam virtutem esse; & mediocritatem inter pudentiam & stuporem, & inuerecundos esse, qui in actionibus & colloquiis vbique, & apud omnes omnia loquuntur, vt cumque euenerint. Alibi vero inuerecundiam esse, qui nullam de se existimationem curat. Aliqui sunt, qui hos affectus ad qualitates manifestas reducere volunt, & impudentes sanguineos esse, pudentes vero phlegmaticos. Verum contrarium apparet; nam quæ hîc Physiognomones signa apponunt, non sunt sanguinei signa à medicis scripta, & à nobis superius enarrata; experientiaque contrarium testatur, cum sanguineos pudibundos videamus, & ex sanguine inuerecundos. Sed omnes ad signa proprietatum adducunt. Aristoteles, Polemon, & Adamantius hanc figuram apposuerunt.

IMPV-

IMPUDENTIS. *Ad cornos, & canes.*

Impudentia ad canes refertur ab auctoribus, & Canis verbo impudentibus inimicis conuicium fieri solet. Apud Homerum pro graui contumelia in aduersarium dicitur. Oppianus libro De venatione, canum impudentiam notat. Hesychius & Varinus *caninos* valde impudentes vocant. Apud Hesiodum caninus pro inuerecundo & impudentissimo. Canis oculum habere, inquit Pollux, apud Homerum dicitur is, qui nimio plus impudens est. Aristogiton Cydimachi filius, Canis vocabatur, propter audaciam. Cynici philosophi dicti sunt ab ingenio canino, impudente, audace, contumace; non priuatim, sed publice, quem vellent, tamquam allatranses reprehendebant. Cibum etiam in publico fuebant, & quæuis alia in hominum conspectu faciebant. Athenæus aduersus Cynicos ex Clearcho Solensidicebat, non frugalem & abstinentem vitam eos exercere, sed re vera caninam; eosque non sagacitate & sensu pollere & fide, vt canes, sed vitia allatrandi, maledicendi, vorandi, & vitæ nuditatem diligenter imitari. & cynomya, id est, canina musca, pro impudentissima ponitur ab Etymologo. Oculus apertus, splendidus. Palpebræ sanguineæ, & crassæ. Spatulæ fursum eleuatæ. Figura non rectus, sed parum pronus. In motibus præceps. Corpore subrubeus. Colore sanguineus. Facie rotundus. Pectore fursum.

eleuatus. Sed Polemon corrigendus ex Adamantio. nam hic *παχύτης*, ille vero *παχύτης* habet, quæ sunt admodum aliena. Subdunt mox: Crasio naso. Procaci intuitu. id est, qui aciem in tuam aciem, dirigat, quos vulgo impudentes dicimus. Se idē-  
 tidem in altum extollens. Colore fuluo. Voce acuta. Seo ego puto mendum in textu. nam non *φωνὴν ὀξεία*, sed *λόφον* dicerem: nam capite acutos, vt suo loco diximus, inuerecundos testati sumus. Addimus nos: Caput in verticem protensum. Capilli valde ruffi. Supercilia oblonga. Nasus statim à fronte aduncus. Facies oblonga, vel plana. Risus altus, vel cum tussi, vel cum spirandi difficultate. Suræ crassæscentes. Pectus glabrum. Pedum digiti curui, & vngues curui. Celer gressus. Oculi igniti, vel magni, & liuidi. Vel multū prominentes. Vel sese aperientes, ficci, splendētes, puri luminis. Vel stantes subrubri, magni, infra spectantes. Vel stantes, supercilia eleuantes, & suspirantes.

*De verecundi viri figura, CAP. 25.*

**V**ERECUNDIA media est inter impudentiam & stuporem. Verecundus est, qui apparentes quasdam de se exultationes modestè moratur. Cocles satis inconsiderate verecundi signa cum inuerecundi confundit, & vt rem accomodat verbis, proh Dii immortales quantas ineptias fundit! Aristoteles, Polemon &

& Adamantius hanc figuram apposuerunt; eisque *αἰσμη* est.

VERECUNDI.

In motibus & loquela tardus. Sed Polemonis hic defectuosus est. Vox grauis & spiritus plena. Oculus hilaris, non splendidus, niger, non valde apertus, nec omnino clausus, conuiuens tarde. Sed Polemon & Adamantius; Oculus charopus non splendidus, humidi ad spectus, & palpebras nec celeri nec tardo motu mouet, sed mediocriter. Rubore plenus. Sed auertant lectores quæso petream & salebrosam Polemonis interpretationem. Addimus nos: Corpus inclinatum. Aures rubidæ. Oculi obscuri, humidi, iustæ magnitudinis, vel recte se claudentes, humidi, castigatæ magnitudinis, resplendentes cum læui fronte,

*De tristis viri figura, CAP. 26.*

**C**VM in hominum congressibus accidat vt ioco vtamur, sunt qui excessu peccent, id est, rebus ridiculis excedant; qui scurræ & importuni dicuntur: quia ridicula penitus affectant, & student risum mouere: quos, quia eorum physiognomones non meminerint, omittimus. Sunt qui ne ipsi ridicula dicant, neque alios dicentes æquo animo pariantur; hi rustici, & duri dicuntur. De eiusmodi tristibus & agrestibus



Aristoteles iconem apposuit; sic etiã Polemon, & Adamantius, & nos alia ex his signa colligem<sup>us</sup>. Tristitia ex humore melancholico proficiscitur, vt dicunt medici, qui aliquando propter intentum dolorem, per morbum, vel continuum studium nascitur.

TRISTES. *Ad apparentiam.*

Facies rugosa. Sed Polemon & Adamantius, frons rugosa. Macer, facie gracilis, Oculi contracti: nam oculorum contractiones demissum demonstrant, & tristem. In figura humilis. In motibus remissus. Sed Polemon & Adamantius: Mouentur, vt cogitabundi: vbi corrigendus est vtriusque textus, habet enim *ὀπίσθινος*, sed accommodandus est *οὐπίσθινος*. Addunt iidem supercilia extensa. Sed Adamantius auersa. Palpebræ extensa. Addimus nos: Capilli obscuro. Frons tristis. Supercilia coniuncta. Gutturis vertebra prominens. Vox debilis, & flexibilis. Spiritus densus, altus, & agilis.

RUSTICI.

Capilli flauis, subalbicantes. Vox clara. Spiritus fortis, velox, & spissus. Nares patulæ. Oculi casti, crocei. Calculi æquales in fuluis oculis. Oculi magni, & commoti, micantes, quales iratis solent, & palpebris apertis patuli. Vel sese claudentes cum fronte aspera, & superciliis obliquis, & palpebris duris, & concretis. Vel tristes, & tristes

Frons

Frons aspera, & intentus obtutus cum rectis palpebris.

*De amari viri figura, CAP. 27.*

ARISTOTELES cæterique Græci physiognomones *πικρῶς*, id est, amari figuram apposuerunt. Nos hic apponimus, quia videtur cum tristis hominis figura maxime conuenire.

AMARI.

Facie remissus. Nigri coloris. Sed Polemon, habet, pallidi; Adamantius subpallidi. Macer. quo idem caret. Sed Aristotelicus textus ex Polemone corrigatur, qui habet *ἰσχυρῶς* pro *ἰσχυρῶς*. Quæ circa faciem, glabra. Facies rugosa. Sed Adamantius, frons rugosa. Non carnosus. Recti crinis, & nigri. Sed id Adamantius non habet. Addunt Polemon & Adamantius; Aspere, & sicce intuetur. Sed corrige Polemonis textum, *πικρῶς*, non *πικρῶς*. Loquela & anhelatio vehemens, Sed corrige Polemonem, qui habet *ἰσχυρῶς* pro *ἰσχυρῶς*, & suo loco reponc. Manus sæpe concutit, & fricat, & pedes velociter infiliit. Addimus nos: Spiritus fortis, velox, & spissus; & corpus & pectus macrum.

SUSPICIOSI.

Quia semper cum tristibus, infidis & timidis suspiciosi conueniunt, quæ signa ex his collegimus, hic addimus, Vox dulcis; vel debilis, & fle-

bilis. Gutturis vertebra prominens, oculi splendentes fului. Vel se mouentes, turbati.

A DÆMONE & molestia vexati.

Loquela placida, & collecta. Pupillarum orbis inæquales, & nubes cærulea, viridis, & discolor fronti infidens. Vel tristes aridi oculi.

De iucundi viri figura, CAP. 28.

**F**ACETIA est in congressibus moderatio quædam dicendi & audiendi ea, quæ oportet, & sicut oportet. Urbani & dextri hominis est ea audire & dicere, quæ probo & ingenio viro conueniunt. In ridiculis verborum obscenitas risum facit; in his obscenitatis suspicio tantum: vnde & iucundi sunt. Phisici hanc naturam à sanguine & spirituum claritate proficisci dixerunt, alii à priuatione humoris melancholici, alii à pauca cõsideratione, vnde stulti. Aristoteles, Polemon & Adamantius hanc figuram ponunt, & ἰωδύμωσος vocant. Cocles satis inepte hoc caput ornato adscribit, & dum à vero sensu distorquet verba, contulcat & peruertit omnia.

IUCVNDI. *Ad complexionès.*

Frons magna, carnosa, & lenis. Sed Polemon & Adamantius, frons plana, & tota facies carnosior. Quæ circa oculos, humiliora, vt facies somniculosa videatur. Neque intense adspiciens, neque remissa. Sed Polemon, & Adamantius

Oculi

Oculi humidi, splendentes, sicut adspicientes. At Adamantius habet, non adspicientes. In motibus tardus. Figura, & mos qui est in facie, non præceps, sed bonus videtur. Insuper addunt: Vox blanda. Addimus nos: Frons hilaris. Vultus iucundus. Metaphrenum placide teres.

De arrogantis viri figura, CAP. 29.

**N**VNC de veracitate. Verax medius est inter arrogantem & dissimulatorem. Dicamus primo de arroganti. Arrogans is est, qui illustria quædam, quæ vel non habet, vel maiora quam habeat, fingit, ac sibi vendicat; nam qui maiora quam habet fingit, quia mendacio gaudet; prauus est, vel potius vanus; minus autem, si gloriæ aut honoris causa id faciat. Alibi hos Aristoteles iactabundos vocat.

ARROGANTES.

Guttur asperum. Rîsus cum irrisione.

IACTABVNDI.

Collum crassum, & longum. Pedum digiti longi, graciles.

VANI & sublimia cogitantes. *Ad aues.*

Inferius labrum supereminens. Acuta vox cum clangore. Guttur asperum, & vertebra prominens. Metaphrenum pilosum. Oculi claudentes, sursum abeuntes, & stantes subfluidi.

*De simulatoris viri figura, CAP. 30.*

**A**LTERVM extremum dissimulatio est. Dissimulatio est, quæ sibi insunt, vel negat, vel diminuit. Interdum dissimulatores elegantes sunt, quum non quæstus gratia id faciant, sed vt euitet importunitatem, ac fastum: atque hi illustria & clara solent recusare, vt Socrates faciebat. Sed qui parua & manifesta dissimulat, versute gloriosi dicuntur, & contemniendi sunt, Aristoteles, & ab eo Polemon & Adamantius hæc figuram concinnarunt simulatoris, siue τῷ ἔργῳ.

SIMVLATORES. *Ad simiam, & apparentiam.*

Quæ circa faciem, pinguiâ. Quæ circa oculos, rugosa. Facies somniculosa de more videtur. Addunt insuper sequaces: Ad spectu eleganti, voce remissa, incessu bene versatili, moueturque continuo motu. Addimus nos, supercilia ad tempora inflexa. Ambulantes modo cito, modo tar- do ingressu. Oculi splendentes; concaui; & parui.

*De mendacis viri figura, CAP. 31.*

**D**IXIMVS de iis, qui mentiuntur, ea affirmari- do quæ ipsis non sunt; sic de iis qui abscondunt quæ ipsis insunt. Nunc vero de mendacibus, quorum ingens numerus.

## MENDACES.

Facies carnosâ. Nasus in medio latus, declinans

nans ad summitatē. Bucca risibilis, vel risus cum derisione. Loquela velox, & gracilis. Vel è naribus efflata, Gibbositas. Supercilia inclinata deorsum, & intuentur quasi latenter. Cilia inferius arcuata, vel ad vnam partem. Oculi ridentes, hilares. Vel calculi cærulei, & flauï, æqui distantes circa pupillam, adinuicem currentes in oculis variis.

*De veracis viri figura, CAP. 32.*

**V**ERAX is est, qui tam verbis, quam re, ea ipsa quæ ipsis insunt, neque maiora neque minora esse confitetur, & tam vita, quam verbis verax est, sed non de eo intelligi volumus, qui in pactationibus verum dicit, (id enim est alterius virtutis) sed de eo, qui propterea verum dicit, quia talis ex habitu est, & merito probus est; & si vbi nil refert, verum dicit, multo magis vbi refert, id faciet. Nemo huiusmodi figuræ meminit.

## VERACIS.

Facies mediocris, in genis & temporibus ad pinguedinem vergens. Vox media inter grauem & acutam.

*De adulatoris viri figura, CAP. 33.*

**I**N congressionibus quoque, conuictu, sermone & negotiorum communitate, alii placidi sunt & obsequiosi, alii omnia in gratiam laudant;

nullaq; in re aduersantur, sed minime molestos se esse existimant oportere iis, quibus cum habent consuetudinem. Sed qui id agit nulla alia de causa, nisi vt iucundus sit; placidus & obsequiosus est; si vt emolumentum aliquod adipiscatur, adulator. Huiusmodi antiquiores non meminere.

*OBSEQUIOSI, faciles.*

Oculi se claudentes, recti, iustæ magnitudinis splendentes in læui fronte, humidi. Vel non conuiuentes, placide intuentes, humidi.

*ADVLTORES.*

Facies parua. Frons serena, exporrecta, ambulantes corporibus circumtorquentes se, & inclinantes. Oculi varii, parui.

*De molesti viri figura, CAP. 33.*

**A**LII sunt è contrario, qui omnibus aduersantur, nullamque sibi habendam rationem putant ne molesti sint; qui morosi, & litigiosi nuncupantur; quorum habitus, vt superior vituperabilis est,

*MOLESTI.*

Frons tetra. Oculi deorsum versi, supplices. Breui, ac celeri passu ambulantes.

*PERTINACES.*

Caput satis protensum. Frons alta. Nares patulæ. Collum firmum & immobile, vel crassum & longuin.

*LITIGIOSI.*

Frons lenis. Facies plana.

*IMPORTVNI.*

Facies carnosæ. Lingua velox.

*De inuidi viri figura.*

**S**EQUI deberet grauis viri figura, quæ inter iam dicta duo extrema, media erat; sed quia illius signa maiores nostri non apposuerunt, omisimus. Sequitur indignatio; sed prius de inuidia & maleuolentia, illius extremis, dicemus, quæ sub vituperationem cadunt, Inuidus est, qui tristatur, quum quempiam omnino, siue dignum, siue indignum, bene agere viderit. Hanc figuram Polemon apposuit.

*INVIDI. Ad canes.*

Terrestris herinaceus inter animalia inuidæ censetur ab Æliano. Statim enim vt caput, vrina sua reddita tergo suum conspergit, cuius vi perfusum, corrumpitur, & quod futurum erat ad multa vtile; inutile redditur; sic de stellione, lynce, rubeta, & cæteris dixit antiquitas. sed mihi viles, & aniles persuasiones videntur: nam potius metu, cum capiendus est erinaceus vrinam reddere videtur. Potius canis vere inuidus videtur. Qui sinistra dextris maiora habuerint. Quibus supercilia ad genas dimittuntur. Addimus nos: Facies plana. Aures

oblongæ, & angustæ. Genæ graciles. Vel crassæ, ab oculis distantes. Faciei color subliuidus. Os cauum. Dentes longi, acuti, rari, fortes. Vox dulcis. Loquela acuta, & debilis. Metaphrenum valde curuum, & humeri ad pectus contracti, & corpus effractum. Vlnæ, quæ ad genua non perueniant, sed cogant caput occurrere manibus. Oculi caui, exigui. Vel sursum euntes pallidi.

*INVIDI figura ab effectu, ab Ouidio descripta:*

*-- passuque incedit inerti:*

*Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,  
Nusquam recta acies; liuent rubigine dentes;  
Risus abest, nisi quem visi fecere dolores.*

*De impii viri figura, CAP. 35.*

**I**NVIDO par est impius, siue maleuolus; quippe qui lætatur, quod quis male agat, siue dignus, siue indignus sit.

**IMP II.**

Tempora caua. Supercilia coniuncta, pilosaque. Oris vasta dissectio. Dentes longi, acuti, rari, fortes. Oculi concaui, parui. Vel magni & commoti, micantes, iracundis similes, palpebris apertis patuli. Vel sursum euntes, pallidi, vel deorsum euntes, supplices. Vel vibrantes, circumturgentes. Vel splendentes, parui, concaui.

**MALE-**

**MVLEVOLI.**

Vlnæ breuiiores, quæ ad genua non perueniant, sed inter edendum cogant caput occurrere manibus. Celeri & breui gressu ambulantes,

*De misericordis viri figura, CAP. 36.*

**I**NTER extrema iam dicta, vituperatione digna, medium est indignatio. Est autem indignatio quædam ægritonia de bonis, quæ indigno alicui aliquo pacto eueniunt; eademque est contristatio, si quem viderit indigne malis afflictatum. Si ad temperaturam referre licet, videntur complexionem temperati misericordes esse, cuius iconem Aristoteles apposuit; qui misericordes dicit sapientes esse, timidos, & ornatos.

**MISERICORDES.**

Pulcri. Albicolores. Habentes oculos pingues, & nares sursum distantes, & semper plorant. Amatores mulierum. Genitores feminarum. Et circa mores in amorem propensi. Semper memores. Ingeniosi, & callidi. Addimus nos: Supercilia in rectum extensa. Oculi ridibundi, humidi, palpebræ remissæ. Frons longa, ad tempora vtriusque producta, vel tristis; & supercilia compressa, & frons demissa, & austerata,

**INDIGNABVNDI.**

Vox grauis in principio, in fine acuta. Vel acuta, & intensa. Dentes mixti, lati, stricti, rari, spissi.

**Kk 3**

*De iniuriosi viri figura* CAP. 39.

SESSANVS hic increpat Græcanicarum literarum imperitos, qui præfens caput iniuriarum amatoribus inscripserunt, cum potius munerum amatoribus inscribere debuissent; cum ipse hic, & vniuerso hoc libro, Græcarum literarum imperitia, omnia distorqueat, dilaniet, & conculcet: nec aduertit signa, quæ amatori iniuriarum competunt, esse iam iracundi, impetuosi, & fere callidi hominis. Sed Græcus Aristotelicus textus corruptus est, & signa quæ sparsim toto opere iniuriarum amatori adscripta sunt, hic in vnâ figuram Aristoteles & Polemon collegerunt.

INIVRII. *Ad canes.*

Superius labrum eleuatum. Forma præceps, siue proteruus, & semerarius. Addimus nos, colulum erectum, Ceruix crassa, vel aspera, & vertebra eius supereminens. Facies oblonga. Loquelagrauis, & debilis. Tardo gressu ambulantes, manentes in viis, & circumcirca adspicientes. Æquales calculi in fuluis oculis.

*De talorum amatoris viri figura,* CAP. 40.

FIGURAS apposuit Aristoteles in suis Physiognomonicis amatoris talorum, gloriæ, & salutationis. Sed temporis iniuria exciderunt, solum tituli, siue capita remanserunt, non signa. Sed Polem. & Adaman. qui optime Aristotelem descri-

descripserunt, & paraphrasibus ornarunt, quum posteriores fuerint, minus temporum iniurias senserunt. Sed Polemon φιλόκαμος, Adamantius φιλικός, habet. Sic Aristoteles pristino candore restituetur. In Polemone cum figura lucricupidi implicitum est. Sed Aristoteles habet amatores talorum, vt etiam Adamantius. Sed Polemon φιλόκαμος vel φιλόκαμος. nam κόμος, alex ludus est, & κόμη ebrietatis & intemperantiæ festum, vel procacium iuuenum contubernium, siue κομιός, dicax, quod mihi valde arridet, quum huiusmodi signa quæ afferunt, callidi viri sint.

## AMATORIS talorum.

Densi capilli, erecti, & nigri. Densa barba, & hirsuta tempora. Sed Polemon pro erectis capillis, recti meti dixit; ob id textus corrigendus. Oculus pinguis, splēdidus, & lucidus. Hęc figura, inquit Adamantius, est amatoris talorum, choreæ, & vini. Sed corrigendus est Adamantii textus ex Polemone. Addimus: Oculi sursum euntes, magni, subrubri.

AMATORES venationis. *Ad canes.*

Libitum est, ne signa hæc amatoris venationum ferarumq; discreant, hic addere. Lumbi teretes, longi. Oculi sursum euntes, magni, & subrubri.

*De loquacis viri figura, CAP. 41.*

**S**I iam prope finem non essem, profecto à suscepto opere destituissem, ita me deprauationes, mutilationes, & monstrosæ scriptorum deterrēt interpretationes, vt vix verbum reperirā, in quo non tot errores, quot verba sint. Aristotelicus textus, qui somnolenti figuram habet, intra se implicitam habet dicacis figuram, vti admonet nos Polemonis textus, qui separatim habet caput, & signa etiam diuersa sunt: nam quæ somnolenti, nullo pacto dicacis sunt.

*LOQUACIS. Ad aues, & ranas.*

Ranas ab auctoribus tribuitur loquacitas. affidue enim obganniunt, & odiosam illam cantionem iterant sine fine. Forma pulcri. Pilosi circa ventrem, Addit Polemon, superiora maiora habentes. Aures magnæ, & arrectæ. Nasus rectus, vel in medio latus, declinans ad summitatem. Genæ oblongæ. Color faciei mellinus. Athelantes, ceu cursu defatigati. Mentum oblongū. Guttur asperum. Manus graciles, & tortuosæ. Digiti longi, graciles. Costæ tumidæ.

*STULTILOQVI. Ad aues.*

Genæ oblongæ. Os exsertum. Costæ prætumidæ, Oculi sursum euntes, subrubri, magni,

*SONORI. Ad aues.*

Collum gracile, & longum.

*CLAMOSI. Ad canes.*

Superius labrum & gingiuæ prominentes.

*ELOQUENTES.*

Vox grauis & sonora.

*De inefficacis & efficacis viri figura, CAP. 42.*

**N**VNC inefficacis & efficacis viri figuram, quā ex Aristotele aliisque collegimus, in negotiis peragendis, apponemus.

*INEFFICACES.*

Corpore parui, siccis carnibus, & colore calidum innuente præditi, Vel magni corpore, carne humida, & colore humidum innuente. Vel breui gressu ambulantes; vel breui, & tardo; vel breui, & celeri.

*EFFICACES.*

Corpore parui, humidis carnibus, & colore humidum innuente præditi. Vel corpore magni, & duribus carnibus, & colore siccum innuente. Vel mediocri corpore, carne, & colore temperaturam bonam innuente. Vel ambulantes longo gressu, vel longo, & tardo, vel longo & celeri, vel celeri. Oculi tarde se mouentes.

*PRÆCIPITES, calidi.*

Corpore parui. Caput valde paruum. Capillorum color flauus rubens. Lingua velox. Carnis color rubeus. Ambulantes celeri gressu. O-

culi splendentes cæsi, sanguinei, vel splendentes  
torue intuentes.

CIRCUMSPECTI *in operibus.*

Facies macilenta.

SOLLICITI.

Facies macilenta. Oculi aperti, obscuri, hu-  
midi vel non conuiuentes, humidi, placide in-  
tuentes.

LABORIOSI.

Facies offea.

*De fatui improbi viri figura, CAP. 43.*

**I**AM figuras hominum vitiosorum virtuosorumque descripsimus; reliquum est prius quam operi coronidem imponamus, de ea virtute sermonem habere, quæ virtutes omnes excellit, & de eo vitio, quod vitium omne superat, immo est vitiorum omnium sentina, *ferinum* dictum, vel *beluinum*. De hoc prius sermonem habebimus. Ferinum hoc vitium, cum in hominibus præualet, homines feris similes efficit. Sed ut melius quæ dicamus, percipiantur, scitote, quod homo locatus est à summo Deo in confinio superiorum intelligentiarum & brutorum. nam ob intellectum illis assimilatur; ob sensum beluis. Si vitio imbutus, non beluis similis (quæ vitia fugiendi electione carent) erit, sed brutis peior; & hic non homo, sed ferinus, & beluinus dicitur; vt qui omni abdicata ratione, humanis carnibus

vesca-

vescatur, cum filiis coeat, filios trucidet, eosque parentibus elui apponat, vt Thyestes, Tantalus, & Atrei. Antiqui Physiognomones, hos *stultos fatuos* vocant, signa simul colligentes stultitiæ, malitiæ, & agrestitatis. Inquiunt enim: Quemadmodum feræ eiusdem generis aliæ cicures, aliæ agrestes sunt. Cicures mitiorum morum placidorumque sunt; agrestes asperiorum peiorumque, vt in capris siluestribus, ouibus, equis, asinis, & cæteris eiusmodi animalibus videre licet; ita etiam in hominibus distinguere licet, vt cum mores signa sequantur, singula signa iuxta huiusmodi discrimen apponantur. Nam alii homines signa hæc ferociora, agrestiora, vehementioraque habent, alii mitiora urbanioraque. Signorum discrimina in læuitate & asperitate, mollitie & duritie, siccitate & humiditate distinguere oportet, & ex iis agrestes & mites mores, iniustitiam & iustitiã, temperantiam & incontinentiam agnoscamus, vt ex hominibus, qui agrestes, vel qui urbaniores fuerint, agnoscamus. Hæc ex Polemonis & Adamantii verbis, vt potuimus, interpretati sumus. Nunc signa fatui improbi, id est, agrestis & pessimi hominis apponemus, cumque ad vrsos, vel si quæ sunt sæuiora, pessimaque animalia, referemus. Vrsos enim fatuos, astutos, sæuos, perniciosos, perfidos, & fraudulentos esse scribunt, & feritate cæteras bestias superare, Philostratus scribit. Ouidius:



*Quid nisi pondus iners, solidaque ferocia mentis?*

Vt cumq; mansuefacto ( quod valde malignū & fraudulentum sit animal, & subinde ad ingenium redeat ) minime fidendum est, quod miserabiles sæpe casus ostenderunt.

FATVI IMPROBI. *Ad vrsos.*

Capilli rigidi: Sed Polemon id non habet. Caput durum, & acuminatum, Sed Adamantius angustum, & acutum habet; & melius. Aures magnitudine nimia, & subflaccidæ. Ceruix, & collum rotundum. Tali acuti. Sed Adamantius id non habet, & puto mendum in Polemone, cū suo loco de pedibus loquatur. Frons dura & aspera. nec tale Adamantius habet. Oculi obscuri, parui, sicci, concaui, profluentes, intente aciem dirigentes, Malæ angustæ, oblongæque. Mentum longum. Sed ego paruum puto, ad serpentes relatum. Os loquax, longum, apertum, vt quasi bifida facies videatur. Incuruus. Ventricosus. Crassis lacertis. Pedum manuumque extrema (Polemon habet articuli) oblonga pingua, & dura. Colore subpallidus, vt excitatus à somno & crapula videatur. Vox balans, turpis, pusilla, & ferox. Sed Adamantius non habet, Turpis.

FERINI. *Ad feras.*

Capilli densi. Rufus plus nimio capillorum color. Genæ pilosæ. Dorsum pilosum. Humeri

clauc-

elevati. Pedes breues, & pingues. Vngues curui, angusti, & longi, vel carnosii. Digniti breues, & crassii. Oculi cæsi, crocei. Supercilia concreta, coniuncta.

PESSIMI MORIS.

Nasus ad faciem obliquus. Facies deformis, vel parua, & crocea. Imberbis. Loquela subflaccida. Humeri extenuati, & acuti verticis. Magni oculi, & commoti micantes, adspicientesque vt irati solent, palpebris reseratis subalbicantes & circa hos calculi crocei, igneis admisti, cum aliis cæsiis. Vel non ignei, calculi rotundi, sed ignea grana quadrangulari forma instar ignis sublucetia, & præter hæc calculi pallidi igneis permisti, & alii cæsi, & circuli sanguinei & cærulei pupillæ ambientes. Vel oculi splendentes, nigri, subridentes, vel splendentes, & iis funiculus imminet, & cilia aspera, & palpebræ erectæ, & ad spectus trux, & amarus, vel oculi se mouentes, parui, cum palpebris mobilibus, Vel ridentes, sicci, subadspicientes.

NEFARIJ.

Pupillarum orbis inæquales, vel pupillarum, orbis eodem modo circumcurrentes. Vel conuersi, coniunctim se mouentes. Vel orbis maculosi, nigris maculis, & rubidis,

**N**UNC de virtute ea dicemus, quæ virtutum omnium cumulus dicitur, quæ supra nos est; heroicam dicunt, & diuinam. Hæc maxime opponitur vitio, quod supra diximus. Hæc virtus, quum humanam naturam nostram & conditionem excellat, efficit homines, in quibus reperitur, fere diuinis intelligentiis similes. nam homo, quum tantarum virtutum plenus est, videtur humanitatem superare; sed non potest intelligentiis vel angelis similis dici, quos morales virtutes non decent, quum morales virtutes omnes excedant. Sed dicitur *Heros*, vel *semideus*, vt antiquis temporibus præfulsit Mercurius, Hercules, cæterique. Et Homerus introducit Priamum de Hectore loquentem, eo quod valde erat honoris:

*.. non hominis mortalis filius ille*

*Esse videbatur, sed magna est stirpe Deorum.*

Et Lacones, quum aliquem valde admirantur; Diuinus, inquit, vir est. Vtrique inter homines rari sunt; illi inter Barbaros reperiri possunt. Inter Heroas tu solus, vt nitidissimus sol, hoc nostro æuo refulges, Princeps Illustrissime; summa siquidem in te naturæ adspirantis dona superi adeo cumulate contulerunt. vt enim apta membrorum corporis compositione oculos allicis; ita animi virtute rata modulatione respondes. Et si vero singulis capitibus de tui corporis parti.

partibus peculiarem sermonem habuimus; lubet tamen vnâ omnes recensere, vt signa omnia, & virtutes videantur, quæ heroa hunc formant, & effigies moreque tui semper per hominum oracurrant, volitentque. Radiat primo in tuæ frontis intuitu supra mortale decus, admirabilis splendor, regia quadam maiestate præfulgens, qui vt virtuosos omnes allicit, ita reprobos quosque deterret; quem nescio vel à regali profapia Ludouici duodecimi, Franciæ Regis, au tui, quem ore & animo refers, vel ab Estensium sanguine, Principum & Imperatorum sæcundo, possides; vel à Deo fortasse datum, qui id tantum ei largitur, quem à cæteris seiungere vult, ac sui fauoris priuilegia secum ferre. Hic nec scribi verbis, nec depingi valet penicillo, sed solum oculorum & mentis obtutu consideratur. Similem formam, habuisse Demetrium memorant historiæ Plutarchi. nam gratiam simul & terrorem, grauitatem simul & mansuetudinem præferre videbatur, vt sculptorum aut pictorum nemo similem vmquam potuerit effingere. Memini, cum Romæ essem, multoties tuam effigiem coloribus effictam vidisse, sed numquam, quæ veram demonstraret: nam etsi lineamenta & colores recte exprimerent; regiam tamen hanc dignitatem, quam memoro, minime exprimere valuerunt. Huiusmodi splendor, regiâ hanc dignitatē præferens, magnificentiam præmōstrat tuam,

magnitudinem, animi dignitatem, virtutes tantū  
 egregias & præstantes, vt digniori & illustriori  
 loco non poterant locari. Castigatæ magnitudi-  
 nis caput est, vel paulo maius intra mensum, ro-  
 tunditatis compressæ, ante & pone prominens,  
 iustæ magnitudinis ceruice suffultum, cuius for-  
 ma alia esse non potuit, cum arx & regia futura  
 esset memoriæ, & intellectus, prudentiæ, & per-  
 spicacię singularis tuæ. Frons quadrata magnitu-  
 dinis metas non præterit, media inter tranquillā  
 & nebulosam, ex quā lucidissime transparet ani-  
 mi fortitudo, virilitas, iustitia, & seueritas, vbi al-  
 teram altera superare nititur; & in hoc præclaro  
 insignium virtutum certamine, vnaquæque se  
 ipsam superās, animum tuum omni earum pom-  
 pa & multiplici decore explent. Micant sub  
 fronte oculi magni, splendentes, lucidi, subli-  
 mes, vt illi Socratis, cærulei coloris, acuti visus,  
 humiliter superbi obtutus, quibus veluti diuini  
 fulgoris vis quædam inest; quos si quis acrius  
 contueri velit, vultum submittere cogitur, vt  
 de Augusto legitur. In his refidet animositas,  
 mansuetudo, clementia, temperantia, comitas,  
 regalesque mores. Aures exsculptæ, extantes,  
 quadratæ, mediocriter magnæ, auditus arguti:  
 Adulationibus, iniuriarum susurris, inhonestis-  
 que locutionibus clausum animum demonstrāt.  
 Labia delicata, colorata, in ore maiori, modera-  
 tæ vocis, modici risus, grauis sermonis, ac deniq;

nemini

nemini iniuria, optimi consilii, modestiæ, & vr-  
 banitatis sedem ostendunt. Capillorum color  
 subflauus carnis color candidus rubore perfusus,  
 longe alius ab eo quem Cicero seruilē vocat, &  
 Pisoni obiicit, optimam ostendit corporis tem-  
 periem, & ex ea perfectam animi compositionē,  
 tam, inquam, perfectam, vt si malus esse velles, nō  
 posses. Memini, Illustrissime Princeps, te in con-  
 uiualibus colloquiis, multis & probabilibus rati-  
 onibus comprobasse, hominem ad bonitatem,  
 ita propensum, maximo labore multisq; stimulis  
 opus esse vt ad improbitates & maleficia impel-  
 latur; & cōuictus multis argumētis, dixisti: Quod  
 dico verum est; sed vt sentio demonstrare nō va-  
 leo: cum alienos animos tui mensura metieris.  
 Manus amplæ, semper patulæ. Digiti longi, gra-  
 ciles, & retro conuersi, liberalitatis simulacrum,  
 ostendunt. Etsi importunus chiragræ rigor eas  
 deformarit, distorserintque eius vis tamen eas in-  
 curuare non valuit, vt in manibus omnium fere  
 nostri aui principum videre licet. Hæ pauperum  
 sunt alimentum, miserorum leuamen, pietatis &  
 misericordiæ effectus. principum vituperium,  
 avaritiæ terror, quæ fugit celaturque, vbi tua mu-  
 nera & munificentiæ apparent. In pectoris &  
 humerorum latitudine visitur corporis robur,  
 animus virilis, intrepidus, & inuictus, natus ad  
 clara ingentiaque facinora; statura iusta, & pro-  
 portioni respondens. Ingressus tardus, grauis,

LI

& magnificus ostendit te omnibus actionibus istum, magnificum, & regalem.

*NÆVI, vel signa, in facie apparentia, in qua corporis parte reperiuntur presagiri.*

C A P. 45.

**N**ON alienum à nostro proposito duximus hic aliqua de næuis inferere, siue de signis, quæ in facie apparent, & in qua abdita corporis parte cor respondeant, quippe non inutile & iniucundum hoc indicaui. quod si falsum expertus essem, fortasse aliis tradere destituissem. Aliqua de his à veteribus scriptoribus describuntur; sed inter se varia & repugnantia, nec experientiæ respondentia. Astrologi faciei partes planetis distribuunt. oculos luminaribus, nasum Veneri, cæteras cæteris; & hos signare corporis partes eas sub signis, quibus dominantur, constitutas, quæ & si veritatem aliquam subolere videntur, falsa tamè & vana competimus. Inter quos Hali Abhenragel Arabs aliqua scripsit. vt & Melampus Græcus; aliqua etiam circumferuntur sub nomine Merlini Britannici, sed manensium erroribus adeo deprauata, vt nil lucis ex eis nancisci potuimus; & quotquot videre contigit, vanos omnes & fallaces comperimus. Tandem ad experientiã nos contulimus, humana corpora obseruantes, vt qui singulares næuos in faciem, & qui plurimòs haberent, in quibus corporis partibus responde-

rent, animaduertemus: quod ita vt potuimus accommodauimus. Considerauimus iam quandam esse proportionem inter faciei & totius corporis partes, & sibi inuicem respondere vt quantitate & qualitate, sic etiam signis. Nasum vidimus præputio respondere, vt quibus longus, obtusus, breuis, vel acutus esset, eadem & mutonis forma esset. sic etiam nares testiculis, labia & oris scissio naturæ ostii liminibus respondent; facies imo ventri & natibus, vt quibus carnosa, & corpulenta, tenuis, vel strigosa esset, eadem similes habere contingat; collum cum cruribus & brachiis eandem subeunt rationem; aures costis, oculos ano: vt ita pars in facie, quæ huiusmodi signis imprimeretur, & corporis partes, quæ illis correspondent, iisdem etiam signarentur. sed ad rem accedamus. Hali Abhenragel libro De iudiciis ait: Si in fronte næuus fuerit, alium etiam in pectore futurum iudica. sed de qua frontis parte loquatur, non dicit. Merlinus medium dextræ partis signat, & dexteram pectoris partem signare dicit, vt sinistra sinistram. Ego in suprema frontis parte affirmarem, super oculos. nam supremam frontis partem, supremam pectoris possidere æquum est; & id magis veritati consonum reperi. Quod si alter paulo sub eo fuerit, videlicet in medio latitudinis; & alter sub mammis erit. Merlinus paulo inferius signat, quod puto accidisse ex manen-

sum errore; si in dextra parte ad aures accedat, in latere erit; si in sinistra, in humeris è regione pectoris. Quod si alter plus superciliis accedit; in imo ventre alterum præfiguratur; vt si videlicet cilium attigerit, in pectine erit. Sed Hali in pectore tuto esse dixit. Ostendit autem experientia in imo ventre esse. Quod si in sinistra parte circa aures erit, in naribus signabitur. Sed qui in aluo signatus erit, Melampus Græcus ait gulonem, & voracem significare. Si vero inter cilium, & supercilium; similiter: & inter umbilicum, & virilia. Hali dixit reperiri alterum, ego autem in imo pectine. Nunc de naso loquemur, qui, vt diximus, scroto respondet. vnde si in frontis radice, vt in cavitare illa nasi, fuerit næuus, & in perpetuo alter erit. Ob id Hali, si in fronte apparebit, etiam in testibus videbitur, sed non explicauit in qua frontis parte, sed intelligendum in ima fronte, in principio nasi. In nasi summitate alterum in præputio præfiguratur. Hali dicit, si in nare næuum vel signum qui habuerit, & in genitali, scilicet in glandis circuitu, habebit, & in sinistro pectore, & in latere etiam. Sed per nares, nasi summum intelligere voluit, quod ex Arabica interpretatione vertens quis facile, errare potuit. Melampus: Si in naso, vel in oculo conspectus næuus fuerit, ad Venerea propensus plus nimio feretur. Quod si feminae in naso oblique steterit, etiam in abditis habebit, & inexplabilis erit coitus.

coitus. In naribus næuus, in testiculis næuum signat; sunt in fine nasi nares, in fine scroti testes. Hali: si in aure fuerit, ei in femore idem sortietur. Ego aures brachii respondere dicerem, & temeribus; & si circa tempora, in spatulis signat. At si sub naribus alius conspicuus erit, in vlnis inter cubitum & humeros habere testatur Hali. Sed ego non vere sub naribus dicerem, sed è regione interstitii oris & nasi, circa aures. Hec enim regio brachia signat, & vlnas. In labiis vero feminae cõspiciatur, in naturæ ostii limine alius reperietur; dicit Hali. In hominibus testiculos signari comperi, sed Gulones, & Cænipetas esse testantur, inquit Melampus. E regione vero oris maxillam versus, monstrat alterum in cinctura. Genæ natiibus respondent. Si in gena dextræ partis erit næuus sub oculis, in natiibus erit; in sinistra, sub renibus; semper enim sinistra pars dorsum significat. Mentum, quia pars ima faciei est, imæ pedum parti respondet; ob id mentum pedes ostendit, Pars circa aures femora ostendit. Hali vero: In mento vnus; alter in lienis parte erit. Sed in liene, vel sub aluo indicat valetudinarium. Melampus: Collum cum cruribus eandem subit correspondentiam, sic etiam brachia, & pedes, Hali: si vero in gula apparuerit, & in dextro pectoris latere erit alter. At Melampus ait, vbi definit venter, Hali etiã inquit: In manibus vero vnus alterum in genitali indicat, sed næuus in manibus

virorum mulierumque in sobole fœcūdos dicit, sed femina feminas, vir viros generabit. In superiori vero parte, qua cor situm est, nœuus in mare, vel in pupilla in femina, facinorosum iudicat. In femina dextro genu nœuus, probitatis signum; in sinistro, fœcunditatis. Sciendum præterea in dextra corporis parte signa probari, contrarium in sinistra.

F I N I S.



I N



# IN IO. BAPTISTÆ PORTÆ NEAPOLITANIDE HV-

MANA PHYSIOGNOMONIA LI-  
bros IV. Rerum & Verborum  
INDEX locupletiss.

A.

**A**ccipitres ad aucupi-  
um idonei qui 6  
Achilles graui fuit aspectu  
170. fuit ore venusto  
193. pectorosus fuit 299  
magna vi brachiorum  
præditus 311. crispatus  
fuit 86. Agamemnoni  
oculos caninos & cerui-  
num cor exprobrat  
409  
Achillis color flauiru-  
beus fuit 104  
Ἀκρογυῖαι acuti menti 259  
260  
Actiolinus Patauinorum  
tyrannus atroci pallo-  
re, vipereisque oculis  
fuit 204. eius flagitia,  
ibidem, eiusdem imago  
125  
Acuta vocis sonus arteria  
243  
Adamantius correctus 74.  
81. 127  
Adamantii textus cor-  
rigendus 294. corrigē-  
dus ex Polemone 247  
478.  
Adolescentes circa annum  
14. vocem asperiorem  
reddere incipiunt 250  
Aduncus nasus, vide Na-  
sus.  
Ægrotantium vox cur

Ll 4

<i>acuta</i>	246	<i>uorino</i>	24
<i>Ægyptii sapientes</i>	33	<i>Afri in Venerem proclives</i>	
<i>Ægyptii hominem des-</i>			33
<i>gnaturi, qui scelestum</i>		<i>Agamemnon corpore ma-</i>	
<i>suum ac malignum oc-</i>		<i>culum, membrisque tere-</i>	
<i>cultet animum, ne a su-</i>		<i>tibus, fuitque prudens</i>	
<i>is noscatur, pardalim</i>		<i>&amp; nobilis</i>	364
<i>pingunt</i>	47.	<i>Agésilauus parua fuit statu-</i>	
<i>Anubim</i>		<i>ra</i>	358.
<i>canino capite pingeb-</i>		<i>Aiax ad insaniam ex atra</i>	
<i>bant</i>	67.	<i>bile redactus</i>	24
<i>hominem im-</i>		<i>Aiax Telamonius crispau-</i>	
<i>prudenter designare</i>		<i>tus exstitit, ideoque in</i>	
<i>volentes, ranam pin-</i>		<i>hostes audax</i>	86.
<i>gunt</i>	408	<i>capillis</i>	
<i>Ægyptii hominis sta-</i>		<i>nigris fuit, maximeque</i>	
<i>tum conditionemque</i>		<i>melancholicus</i>	99.
<i>innuere volentes, lum-</i>		<i>bra voce fuit</i>	361.
<i>bum aut spinæ dorsi of-</i>		<i>gna statura fuit</i>	
<i>sa pingunt</i>	292		359
<i>Ægyptii patens aliquid</i>		<i>Aiax πειλαρε &amp; τῆχ &amp; Ἀχαιων</i>	
<i>significare volentes, le-</i>		<i>excelsus Græcorum</i>	
<i>porem pingebant</i>	433	<i>murus ab Homero de-</i>	
<i>Æneas ruffo colore fuit</i>	205	<i>scriptus</i>	362
<i>sua patriæ proditor</i>		<i>Aiax Oilens corpore qua-</i>	
<i>ibid.</i>		<i>drato fuit</i>	368
<i>Æsopus tumentis &amp; promi-</i>		<i>Αἰαντ &amp; γέλας</i>	234
<i>nulo labro fuit</i>	215	<i>Αἰγυπῖς</i>	406
<i>Æthalides 8. Mercurii fi-</i>		<i>Αἰμυτωδῆς οὐλί sanguinei</i>	
<i>lius putatus</i>	ibid.		408
<i>Affectio heroica qua Pha-</i>			

Alberti

<i>Alberti versio reprehensa</i>		<i>Ambidexter qua ratione</i>	
	147	<i>fiat</i>	321.
<i>Albus color libidinis nota</i>		<i>tat</i>	ibid.
	198	<i>Ambileuus</i>	320.
<i>Alcibiades blefus lingua</i>		<i>tendat</i>	321
<i>fuit</i>	227.	<i>Ambrosii dictum de capil-</i>	
<i>ceruicem quod-</i>		<i>lis</i>	82
<i>dammodo fregit</i>	271	<i>in Ambulatione duo con-</i>	
<i>Alcibiadis pulcritudo</i>	190	<i>siderantur, motus &amp;</i>	
<i>eiusdem vitia, ibid.</i>		<i>tempus</i>	347
<i>Alexander Magnus co-</i>		<i>Amazones dextrâ mam-</i>	
<i>lore candido fuit</i>	207.	<i>mam comburebāt</i>	321
<i>oblongas manus habu-</i>		<i>Ἀμφιθέοι qui dicantur</i>	
<i>isse dicitur</i>	313.		320, 321
<i>non magna fuit statura, &amp;</i>		<i>Anacharsis philosophus a-</i>	
<i>Orientem subegit, omnes-</i>		<i>pucl secordissimos Scy-</i>	
<i>que reges prauit</i>		<i>thas natus</i>	36
	359	<i>Ἀνασίδος quid significet</i>	
<i>Alexander Macedo</i>			94
<i>rubrum habuit vul-</i>		<i>Anaxagoras Clazomeni-</i>	
<i>tum</i>	187	<i>us numquam risisse fer-</i>	
<i>Alexander Aphrodi-</i>		<i>tur</i>	236
<i>seus</i>	83.	<i>Ancharum ossa quum ex-</i>	
<i>per metum &amp;</i>		<i>terius protendantur,</i>	
<i>horrorem pilos erigi di-</i>		<i>fortitudinē notāt</i>	325
<i>cit</i>	83	<i>Androcilides Lacon crure</i>	
<i>Alexander Priami fi-</i>		<i>debilis</i>	335.
<i>lius pulcer fuit</i>	191	<i>eius egregium &amp; facetum di-</i>	
<i>Alphonsus Laua</i>	104	<i>ctum</i>	ibid.
<i>Amasis poeta strabos o-</i>			
<i>culos tribuunt</i>	440		

- Andromache oculus claris*  
fuit 193. modesta, sa-  
piens, ibid.
- Angelus Politianus enor-*  
*mi fuit naso; alienorum*  
*irrisor, suorum admi-*  
*rator* 146. *subluscus*  
*fuit, peracris vir iudicii*  
438
- Anguli oculorum longi,*  
*maleficorum morū no-*  
*tam præbent* 379. *bre-*  
*ues, laudabilis naturæ*  
*sunt, ibid. carsofi o-*  
*culorum anguli astutiã*  
*& calliditatem innu-*  
*unt, ibid. plura vide*  
*in oculi.*
- Anhelitus velox, fortis &*  
*spissus caloris excessum*  
*in cordis complexione*  
*ostendit* 228. *paruus,*  
*rarus & tardus anhe-*  
*litus, timidus* 229.  
*temperatus, tempera-*  
*tam cordis complexio-*  
*nem innuit, ibid.*
- Anima habitum mutat;*  
*corpus, formam* 3
- Animus impudentiss*  
*& inuerecundus ca-*  
*ninus apud Hesichiu*  
*dicitur* 409
- Animi à corporis mo-*  
*tibus non sunt passibi-*  
*les* 1
- Animi mores corporis*  
*temperaturã sequun-*  
*tur* 9
- Animalia parui corporis*  
*ingeniosa sunt* 358
- Animalia rauescunt*  
*omnia coitus tempore*  
250
- Anius statura fuit breui*  
360
- Antenor longus & graci-*  
*lis, & velocibus mem-*  
*bris fuit* 364
- Antiaaira Amazonum*  
*regina* 334
- Antonia mater Cl. Cæ-*  
*saris* 278
- Antiochus Stratonices*  
*sua nouerçæ amore*  
*correptus, periit* 424
- Anthropophagorum feri-*  
*tas & scuitia* 128
- Anto

- Antonius Heliogabalus*  
*extremi luxus fuit* 145
- Antoninus Caracalla bre-*  
*ui fuit statura* 359. *A-*  
*lexandrinorum dicaci-*  
*tatem vltus est ingenti*  
*cade* ibid.
- Anubis canino capite*  
*ab Ægyptiis picta* 67
- Apes operi habiles & in-*  
*epta signis cognoscun-*  
*tur* 7. *ingeniosiores*  
*multis animalib. san-*  
*guine præditis* 10
- Apollonius Tyaneus* 366
- Apuleius totum hominem*  
*in facie esse dixit* 53.  
*Venerem dulciter*  
*subridentem depinxit*  
235
- Apulei nouerçæ priui-*  
*gni sui amore estuan-*  
*tis. descriptio* 2
- Aquila rex auium* 150
- Aquila ex auib. mascu-*  
*linum aspectum, per-*  
*dix femininum habet*  
47
- Aquilinus nasus, re-*  
*gium quiddam præse-*  
*fert* 150
- Aquilus oculorum color,*  
*Neapolitani brunum*  
*dicunt, 403. stolidita-*  
*tem arguit* 494
- Arabes furaces, instabi-*  
*les, lucri cupidi* 33
- Aratus panda ceruicæ*  
*fuit* 272
- Arcto quicumq; subiacent,*  
*corpore sunt proceri* 31
- Archelaus rex Macedo-*  
*nia* 25
- Arietes ad fœturam quie-*  
*ligendi* 5
- Armi dicti humeri, quod*  
*ab eis arma dependant*  
294
- Aristio Argius pugil* 281
- Aristogiton Cydimachi fi-*  
*lius canis propter au-*  
*daciam vocabatur* 409
- Aristophanes in Auibus*  
*Rha matri deorum*  
*struthiocamelum com-*  
*parat* 70
- Aristoteles ex corporis*  
*temperie animi facul-*



tates affici tradidit 10  
 homines qui ingenio  
 claruerunt melancho-  
 licos esse ait 23. gracili  
 fuit voce 251, 252.  
 gracillimis fuit cruri-  
 bus 332. luxuriosus, ib.  
 Aristot., textus corru-  
 ptus 293  
 Aristot., textus in Phy-  
 siognomonicis corru-  
 ptus 372  
 Aristotelis textus cor-  
 rectus 167, 174, 214,  
 342, 280, 284  
 Aristot., textus mæcus  
 156. ex Polem. & Ada-  
 man., restitutus, ib.  
 Aristot., textus corru-  
 ptus, ex Adamantio re-  
 stituendus 42  
 Aristot., textus ex Po-  
 lemone corrigendus  
 168, 501  
 Aristotelis Physiogno-  
 monicus textus Romæ  
 Arabicè conscriptus ob-  
 seruatur 259  
 Aristotelis textus in-

tegritati in Physiogno-  
 monicis restitutus 127  
 Aristoxeni commentarii  
 107  
 Arrogatis viri figura 511  
 Artaxerxes naso fuit in-  
 dunco prominente  
 161  
 Artaxerxes Longimanus  
 dictus, quod dextram  
 manum sinistra longi-  
 orem haberet 313  
 Arteria acuta vocis sonus  
 243  
 Articuli manuum generosi  
 319. articuli manuum  
 longi, crassi & asperi,  
 ibid.  
 Articulate, neruose & ro-  
 bustæ tibia, anima for-  
 tes notant 330  
 Ascalaphus in bubonem  
 mutatus 63  
 Asini aures habere quid  
 vulgo dicatur 138  
 Assymbeius Vssumcassa-  
 nus in motu magnam  
 grauitatem ostendebat  
 351

Ασπονάϊος quis dicatur 320  
 Astures qui ad aucupium  
 eligendi 6  
 Attila in humano lurido-  
 que pallore fuit 203.  
 flagellum Dei se appel-  
 lari voluit 204  
 Attila Hunnorum rex tor-  
 ua oculorum nictatio-  
 ne terribilis fuit 446  
 Atra bilis duplex 22, 23  
 Atrabilis & calidissi-  
 & frigidiss. reddi po-  
 test 24  
 Auari viri figura 486  
 Aueroes pili materiam  
 pure terrestrem dicit  
 82  
 Aues mollem habentes  
 pennam, timida sunt  
 91  
 C. Augustus nasum ha-  
 buit à summo eminenti-  
 tiorem, ab imo dedu-  
 ctioem 148. capillo  
 fuit leuiter inflexo 86  
 fuit capillo leuiter in-  
 flexo & subflauo 102

vultu fuit iucundo  
 160. eximia forma  
 fuit 194. inter Cæsa-  
 res solus felicissimus  
 habitus 195. colore  
 fuit inter aquilinum  
 & candidum medio  
 199. rarus, scabros &  
 exiguos habuit dentes  
 224. mortuus anno  
 atatis LXXVII, ib.  
 statura fuit breui, qui-  
 num pedum & dodrante  
 368, oculos claros &  
 nitidos habuit 419.  
 glaucos habuit oculos  
 399  
 Auicennæ de lactantis mo-  
 ribus dictum 50  
 Auicularis rostri figura  
 157  
 Aurelius Sextus 89  
 Aurelius Augurellus poë-  
 ta pusillo fuit corpore  
 360  
 Auris equorum animi in-  
 dex cauda 7  
 Aures magna, stolidæ na-  
 turæ indicium 138

IN IO. BAPTISTÆ PORTÆ

<i>Aures magna &amp; sub-</i> <i>flaccida</i> 139. <i>arrecta</i> <i>&amp; magna, ibid. val-</i> <i>deparua</i> 140. <i>protenfa</i> <i>&amp; parua</i> 141	<i>Bartholomæus Coleonus</i> <i>corporis erat statura</i> <i>habili atque erecta</i> 353
<i>Aures longa &amp; angu-</i> <i>sta, inuidum &amp; pra-</i> <i>uum hominem demon-</i> <i>strant</i> 141. <i>nimum</i> <i>rotunda, indocile</i> 142. <i>exsculpta, ibid. aures</i> <i>magna &amp; quadrata</i> <i>143. rubida, ibidem.</i>	<i>Bellerophon</i> 24 <i>Bestiariion Cardinalis</i> 168 <i>Bibacis figura</i> 500 <i>Bistones boues horribili</i> <i>sunt ceruice</i> 264 <i>Blasitas est, cum litteram</i> <i>quandam exprimere</i> <i>non possumus</i> 226 <i>Bononienses erugata fron-</i> <i>tis sunt</i> 121
<i>Αἰχλ, ceruix</i> 278	<i>Bos Troglodyticus</i> <i>ζαυθίς,</i> <i>sive fului coloris est</i> 103 <i>Bouis imago cum ma-</i> <i>gna facie</i> 172 <i>Boues castrati maiora</i> <i>cornua gerere putan-</i> <i>tur</i> 88
<b>B.</b>	<i>Βοώπις quid Homero dica-</i> <i>tur</i> 375
<i>Babylonii prudentes</i> 33	<i>Brachia venosa, luxurio-</i> <i>sum notant</i> 14
<i>Bacche</i> 24	<i>Bracchi, canes Italis,</i> <i>Molossi aliàs dicti</i> 66
<i>Baiazetes primus Turca-</i> <i>rum rex, austero fuit</i> <i>vultu</i> 171	<i>Briseis</i>
<i>Balbuties quid sit</i> 226	
<i>quando accidat ib.</i>	
<i>Barba homini data, quia</i> <i>ei iuba negata</i> 260	
<i>Barbapoco è men co-</i> <i>lore, Sotto'l ciel nò</i> <i>è peggiore. Proverb.</i> <i>Italicum</i> 261 [419	
<i>Bartholemaeus Linianus</i>	

PHYSIOG. LIB. IV. INDEX.

<i>Briseis flauo &amp; molli ca-</i> <i>pillo fuit</i> 101. <i>superci-</i> <i>liis coniunctis fuit</i> 131. <i>non alta statura, cor-</i> <i>pore equali, blanda &amp;</i> <i>pia fuit</i> 368	<i>&amp; humentibus narib.</i> <i>fuit</i> 164. <i>excelsa sta-</i> <i>tura, sed teretib. mem-</i> <i>bris</i> 365. <i>albus fuit,</i> <i>maximeq, luxuriosus</i> 198. <i>nigris vegetisq,</i> <i>oculis fuit</i> 404. <i>tere-</i> <i>tibus membris fuit, &amp;</i> <i>fortis</i> 311. <i>anno eta-</i> <i>tis suæ</i> L V I I <i>interem-</i> <i>tus fuit</i> 224
<i>Bristones sunt ζαυθίς capil-</i> <i>lo</i> 104	<i>Cæsar Borgia Dux Valen-</i> <i>tinus facie atro rubore</i> <i>perfusa fuit</i> 187. <i>ha-</i> <i>bili fuit corpore</i> 311. <i>currente in arena tau-</i> <i>rum vno machera i-</i> <i>ctu decollabat, ibid.</i> <i>atroci vipereog, obtu-</i> <i>tu scintillates &amp; igne-</i> <i>os habuit oculos: fratrem</i> <i>ingulauit, &amp; in Tibe-</i> <i>rim proiecit</i> 391
<i>Brunus color siue aquilus</i> <i>403. caliditatem no-</i> <i>tat</i> 199	<i>Cæsius color à claritate</i> <i>cali dictus</i> 395. <i>Itali bi-</i> <i>anchiccio vocat, ib.</i> <i>ex colore proficiscitur</i> 396. <i>timidos notat</i> 398. <i>dominium cho-</i>
<i>Bubulci quib. signis, qua-</i> <i>ue forma boues eligere</i> <i>debeant</i> 5	<b>C</b>
<i>Bucca risibilis libidino-</i> <i>sum denotat</i> 235	<i>Cælius Calcagninus ζαυθίς,</i> <i>αγκυλίσς, albicubitum</i> <i>exponit</i> 356
<i>Busirite &amp; Lycopolite tu-</i> <i>bas cur non admittant</i> 105.	<i>Cæruleus color medius in-</i> <i>ter album &amp; nigrum</i> 402 <i>Cærulei oculi, vide O-</i> <i>culi cærulei,</i>
	<i>C. Cæsar spumante victu,</i>

*lera arguit* 400  
*Cæsii oculi, vide Oculi cæsii.*  
*Calcanea & tibiæ crassæ, indocilem notant hominem* 332  
*Calculi æquales in fuluis oculis agrestitatis, iracundia, iniuriæ & adulterii nota est* 411.  
*calculi inæquales in fuluis oculis; mitiores mores demonstrant, ibid. calculi pallidi in nigris oculis, mangones & venenorum propinatores ostentant, ibid. calculi cærulei & flauis æqui distantes, circa pupillam ordinatim currentes in oculis variis furtiuum, dolosumq; ingenium significant* 412. *calculi pallidi, igneis admisti & cæsii, & oculi magni commoti micantes, & adspicientes ut irati solent. & quasi palpebras*  
*referent, & subluceant velut ignis, crudeles & agrestes sunt* 413  
*Calculi quadrangulæri forma ignei, instar ignis sublucentes, & præter hos alii pallidi, igneis permisti, & si circuli cæsii, & cærulei pupillam ambient, pessimos notant* 413  
*Calide & sicca temperaturæ signa* 15. *calide humide, ibid. frigide & humide, ibid. frigide & sicca* ibid.  
*C. Caligula gracilitate cervicis fuit maxima* 267. *capillo raro fuit* 89. *eius supra cum sororibus à Suetonio notata ibid. concavis fuit temporibus* 135. *maxima fuit cervicis & crurum gracilitate* 335. *statura fuit eminenti, corpore enormi* 362. *fuit capillo raro, & circa verticem nul-*  
*lo* 370

*lo* 370. *eius effigies, in qua frontis latitudo perspicua* 112  
*Caluaria capitis pars, veluti ædificii culmen* 81  
*Calui omnes Myconii nominantur* 88  
*Caluitium aliquando ex cognatione prouenit sicut podagra* 88  
*Calx, pedis posterior pars* 337  
*Canes venatici robusto rostro describuntur ab Oppiano* 159  
*Canes à Caribus Marti immolati* 211  
*Canes philoteri lumbos habet oblongos* 294  
*Canes ad venandū qui maxime idonei* 4  
*Canum vestigatorum forma* 66  
*Canib. ira propria* 156  
*Canini dentes* 222  
*Cannibalum feritas & seuitia* 128  
*Caperata frons à crispis ca-*  
*prarum cornibus dicta* 120. *Vide Frons caperata*  
*Caperata frōs in altum erecta* 121  
*Capillus natus ad necessitatem, & præsidii rationem* 82  
*Capilli generationis causse* 82. *porrecti in capite quid designent* 83, 84. *rigentes ex refrigeratione eueniunt secundum Aristot.* 83  
*extensi & plani, superfuitatem humiditatis significant* 84. *crispi quid designent* 85. *rari quid portendant* 87. *quid densi* 90. *cap. medii inter raros & densos* 90. *plani & suauēs, mansuetudinem & cerebri frigiditatem docent* 91. *auri fortem designat* 92. *medii inter duros & molles* 93. *cap. depressi imminentes fronti, ferum animum*  
*M m*

declarant 99. nigri, timiditatem & vafri-  
 ciem indicant 98. non  
 valde nigri, neque duri  
 100. leniter subjiaui ib.  
 cap. flauiruber demon-  
 strant complexionem  
 minoris caliditat. 104  
 valde ruffi 105. inspi-  
 entiam, iracundiam &  
 insidias notant ibid.  
 subrubri 107  
 Capillorum densitas  
 & gressities in iuuen-  
 tute, temporis processu  
 maniam pronunciat  
 90.  
 Capillorum aureus co-  
 lor 104  
 Capillorum cursus sur-  
 sum vergens quid si-  
 gnif. 95. capill. cursus  
 ad ceruicem 96. capillo-  
 rum cursus à ceruice  
 sursum vergens ibid.  
 Capra morbo comitali ten-  
 tatur 248 ppter eam sa-  
 cerdotes veteres ea ab-  
 stinuerunt, ibid.

Capra siluestres in Cre-  
 ta insula sagitta trans-  
 fixa herba dictamno  
 sibi opitulantur  
 407  
 Caprinus color 404 sic  
 dictus, quod in capra-  
 rum oculis cernitur 406  
 Caput maximum quid de-  
 signet 63  
 Caput paulo maius me-  
 diocri quid designet 65,  
 66, 67. cap. paulo  
 maius paruo 71. caput  
 mediocre, ingenium in-  
 dicat & sensum 72. in  
 sinciput cauum, dolis  
 & iracundia deditum  
 significat 74. in sinci-  
 put prominens 75. cap.  
 minimum quid desi-  
 gnet 77  
 Caput ubi deficit ibi  
 significatur imbecilli-  
 tas & defectus opera-  
 tionum 77. cap. in sin-  
 ciput & occiput pro-  
 tensum quid indicet 78.  
 acuminatum, inuere-  
 cundum

eundum indicat 80  
 valde altum, contuma-  
 ces denotat 81. caput  
 planum 81  
 Capitis magnitudo  
 materiei abundantiam  
 potius quam virtutis  
 excellentiam indicat 63  
 Capitis laxior requiri-  
 tur capacitas; quia  
 multarum est virtutum  
 conceptaculum sensiti-  
 uarum 67  
 Capitis quinque discrimi-  
 mina 73  
 Carthus Aurelianus Fran-  
 cisci regis F. roseo colo-  
 re fuit 208  
 Carolus Francorum rex  
 vultu maiestatis pleno  
 fuit, facie augusta 179.  
 statura eminenti fuit  
 365. à rerum gestarum  
 magnitudine, Magnus  
 dictus, ibid.  
 Carolus Burgundie Dux  
 seuera & minaci fuit  
 fronte 126  
 Carolus Neapolitanorum  
 rex enormi & rubente  
 naso fuit 187. Corra-  
 dinum & Austria Re-  
 gulum in foro seclari  
 percussit, ibid.  
 Cassandra ruffa fuit,  
 206  
 Castor & Pollux, capillo  
 flauo fuerunt 101  
 Catilina fœdis fuit oculis  
 418  
 Cauda leonum animi in-  
 dex 7  
 Caythbeius Memphiticus  
 Sultanus & sordido lo-  
 co natus, ad summum  
 rerum fastigium perue-  
 nit 127  
 Celebinus Turcarum im-  
 perator formosissimus  
 ac fortissimus 195. can-  
 dido ore 199. constan-  
 tes & sine nictatione  
 oculos habuit 436  
 Cenohri 410  
 Cerebrum princeps cor-  
 poris pars 17. eius tem-  
 peratura deprehensio-  
 nes, it id.

<i>Cerebri forma cranei formam sequitur</i>	77	<i>Charilaus</i>	97
<i>Cephalus</i>	64	<i>Chilonos qui Cholericis saepe faceto animo sunt</i>	208 II
<i>Ceres flava</i>	404	<i>Christiernus Dacia rex effera &amp; portentosa fuit fronte 128. portentosis fuit dentib. horridaque barba 225. insidiosos &amp; vipereos habuit oculos</i>	436
<i>Cerua Telophum Aganes &amp; Hercules filium nutrit</i>	52	<i>Chrysippus 8. optimas &amp; sapientes nutrices pueris optabat</i>	51
<i>Cervi simi &amp; luxuriosi 160. ololygones vocatur 250. cervi facies ossosa</i>	180	<i>Cicero exprobrat Pisoni morum feditate, quod pilosas genas haberet 186. Minerue conspigit oculos castos, Neptuno ceruleos</i>	402
<i>Cervi castratis cornua cur non decidant</i>	88	<i>Cilia 134. cilia defluentia salaces indicant, ibid. inferius arcuata, vel intorta, ib. Plura vide in Superciliis.</i>	
<i>Cervix, 73. Grace 262 cervix capitis pars postica 278. constat septē ossibus vertebratis, ib. cervix torosa &amp; compacta 267. crassa supra collum, ignarum facit cum iniuria 278. cervix aspera, &amp; spatularum vertebra supereminens, contumeliosos notat 279. pilosa, liberales</i>	280	<i>Cimo crassa coma suffutum caput habuit</i>	86
<i>Chamaleon animal pauidiss. 200. inopia sanguinis riget, ib.</i>		<i>Cinadi viri figura 472. eius signa ex P. Africa no 474.</i>	

<i>no 474. ex Archelao philosopho, ibid.</i>		<i>Claritas oculorum ex humorum claritate procedit</i>	419
<i>Circuli in oculis candidi, imbecilles notant &amp; pauciori obnoxios 415. circuli varii coloris, fraudulentos, ib. circulus sanguineos, angustos &amp; niger, alter vero supra igneus in humidis oculis, magnanimum virum &amp; prudentem, &amp; iustum demorat, ibid. circulus inferior viridis, superior niger, dolosum &amp; iniustum, ib. circuli varii coloris iridis colores referentes in aridioribus oculis, luxuriosum notant, ib. circuli iridis coloris in humidis oculis, fortitudinem, &amp; animi magnitudinem notant 416 circuli coloris iridis in asperioribus oculis, ad iram &amp; ad venerea opera propensum notant 416.</i>		<i>Claudius Caesar optimis fuit cerusibus 278. a matre Antonia dictus portentum hominum, inchoatum à natura, non absolutum, ibid. prolixo, nec exili corpore fuit</i>	374
		<i>Claues, siue claviculae, ossa sunt quae humeros pectori adiungunt: Graece κλάδεις</i>	275
		<i>Claues aperta, effeminatum ostendunt 277. bene soluta, sensibiles, ibid. male soluta, insensibiles sunt</i>	275
		<i>Climophale, quale genus exercitij</i>	89
		<i>Collum Aristoteles vocat quod inter pectus &amp; faciem est</i>	262
		<i>Collum crassum fortes denotat 262. crassum &amp; carnosum, iracundos 263. pingue, stolidos</i>	

notat 264. gracile,  
 imbecilles, ibid. graci-  
 le & oblongum, sono-  
 rum & stolidum 266.  
 medium inter longum  
 & crassum, magnani-  
 mos notat 267. breue,  
 callidum, & detracto-  
 rem notat 268. neruis  
 intensum collum, pra-  
 uos, ibid. vacuum &  
 imbecille, versipellem  
 virum 269. mutilum  
 collum, audaces verbis,  
 re timidus, ib. durum  
 rudes, ib. molle, igna-  
 ros, ib. asperum & pin-  
 gue, pauidos, ibid. fir-  
 mum & immobile,  
 malos 270. collum  
 valde fractum, cinea-  
 dos notat 271. sursum  
 erectum iniuriosos no-  
 tat 272. collum ante  
 inclinatum, curiosum,  
 parcum & peruersum  
 ibid. ad dextram in-  
 clinatum, pudentem  
 & stultum, ibid. ad

sinistram inclinatum,  
 adulteros 273. sangui-  
 nis venis referunt,  
 iratos ibid.  
 Columella quadratum ca-  
 nem probat potius quam  
 longum 368  
 Color brunus dominium  
 cholera nigra ostendit  
 99.  
 Color roseus 148. al-  
 bus nota libidinis 198.  
 flammeus, maniacus in-  
 dicat 205. rubens ca-  
 lidos, ibid. candidus ber-  
 bonam indolem notat  
 206. Color φλογεός,  
 flammeus 206. Color  
 ὑποκρίν, subrubeus  
 color 408. rarus, ἄγε-  
 κός 405. ruffus, perni-  
 ciosos notat. 205  
 Colore valde nigri, ti-  
 midisunt 196. ver-  
 suti. 197. valde albi,  
 timidi sunt, & libidi-  
 nosi 198. pallidi, ti-  
 midisunt 200. subli-  
 uidi, pauidos arguunt  
 201

201. squalidi, fortes  
 199  
 Colores capillorum unde  
 98, 99. Colores splen-  
 dentes qui Gellio di-  
 cantur 395. col. varii  
 cur sunt in oculis  
 410  
 Colorum varietates  
 tres secundum Aristo-  
 telem in Problematis,  
 niger, castus & capri-  
 nus 395  
 Coma libertatis argu-  
 mentum 97  
 Coma fracta censorie  
 apud Senecam notata  
 97  
 Comam nutrire fuit  
 Antiquis mos 96  
 Conciliator correctus  
 409  
 non Connuere ad com-  
 minationem fortis viri  
 indictum 435  
 cur Connuemus post  
 Venereum coitum 434  
 Consalius Cordubensis  
 366  
 Coptite apud Ægyptios  
 asinum precipitem a-  
 gunt 105  
 Cor sanguinis frons 21  
 Cordis temperatura  
 signa 16  
 Cor. Licinius Caluus bre-  
 uis fuit statura, i-  
 deo à Catullo Calopi-  
 chius appellatus 359,  
 366.  
 Cornelius Celsus 201  
 Cornarius γαλασκῆρας cu-  
 biti gibbum vertit  
 355  
 Corpus animi affectioni-  
 bus fluctuat 1  
 Corpus & manus qui  
 mouent, loquentes, e-  
 loquentem & decepto-  
 rem denotat 320  
 Corporis humani qua-  
 tuor humores 21  
 Corpore parui, siccis  
 carnibus, & colore qui  
 caliditatem indicet, a-  
 nimum reddunt mu-  
 tabilem 361. corpore par-  
 ui humidis carnibus

& colore humidum in-  
 nuente, perfectiui sunt  
 361. corpore incommē-  
 surati astuti sunt, ib.  
 corpore valde magni,  
 tardi, ibid. valde par-  
 ui, precipites sunt 358.  
 magni, carne humida  
 colore humidum in-  
 nuente homines, nihil  
 perficiunt 362. corp.  
 magni, & duris carni-  
 bus, & colore calidum  
 innuente, perfectiui  
 sunt & sensitiui 363.  
 corp. pilosi, tardi & in-  
 ertes sunt & luxuriosi  
 369  
 Corui caput adamussim  
 expressum 80  
 Corui naturâ proclives  
 adfurtum 345  
 Coruorum & adunco-  
 rum rostrorum auium  
 rapacitas propria 549  
 Corybantes 433  
 Costa dicta quod interna  
 custodiant 289, spiri-  
 tualium partium mu-  
 nimentum. *ibid.*  
 Costæ graciles, imbe-  
 cillitatem arguunt 290  
 exiles & vacua, pusil-  
 lanimitatem, ib. tu-  
 mida & inflata, lo-  
 quaces & stultiloquos  
 291. carnosæ & duræ,  
 stolidos, *ibid.*  
 Coxa inarticulata &  
 molles, imbecilles ar-  
 guunt 327  
 Coxedices, Cræci, <sup>ισχία</sup>  
 324. coxendicum ossa  
 exterius apparentia,  
 fortitudinem notant  
 325. gracilia, mulierū  
 amatorem, *ibid.*  
 M. Crassus semel in vita  
 risisse dicitur 236. <sup>αρι-  
 λος</sup> dictus, *ibid.*  
 Cratini poëta filios Ari-  
 stophanes gyliauche-  
 nas vocavit 356  
 Crines valde flavi & sub-  
 albicantes 6. crines re-  
 cti & nigri quid desi-  
 gnent 100. quid nigri,  
 reciti & crassi crines  
*ibidem*

*ibidem.* Vide Capilli.  
 Crispi capilli timidos &  
 fraudulentos notat 58.  
 Crispitudo capillorum  
 & simitas in crassitu-  
 dine sita est 161. Vide  
 plura in Capilli,  
 Crura breuia, maleuolos  
 notant 328  
 Cruribus claudi, sala-  
 ces sunt 334  
 Cublaienus Scytharum  
 imperator longo recto-  
 que ad frontem naso e-  
 rat 148. augusto ore fu-  
 it 171  
 Cutis caussa coloris pilo-  
 rum in omnibus ani-  
 mantibus 98  
 Cynici philosophi dicti  
 sunt ab ingenio canino  
 409  
 Cyrus corporis forma pul-  
 cerrimus 193  
 D.  
 Dantes Alaghierius Pla-  
 tonis frontem habuit  
 114  
 Dares Phrygius Achillem  
 crispatum existisse scri-  
 bit 86  
 Darius omnes forma supe-  
 ravit 193  
 Δαουκάρων dense pilosum  
 260  
 Delphinus resimo rostro  
 161  
 Demetrius Constantino-  
 politanus auceps 6  
 Demetrius filius regis Sy-  
 ria Grypus cognomi-  
 natus fuit 151  
 Demetrius eximia pulcri-  
 tudine 190. omnium  
 regum fuit incontinen-  
 tiss. 191  
 Democles pulcer cur dictus  
 194  
 Democritus Abderita pro-  
 pter superfluam humi-  
 ditatem magnos oculos  
 oriri dixit 374. semper  
 in vita risit 234. gela-  
 sinus a risu petulantia  
 dictus, *ib.*  
 Dentes lati, acuti, canini,  
 incisorii 222. fortes &  
 spissi, hominem longæ

vite notant 224. rari, breuis vite indices sunt 224. acuti & recti, iratum 225. mixti, sagacem denotant. ib. canini longi, exserti, & firmi, gulosos & insatiabiles denotant 225. longi, acuti & fortes, inuidum, impium, ib. Dentib. Aristot. in Problematis vite presagia inesse dicit 223

Deus capitis figuram ad ad mundana rotundationis similitudinem compegit 61

Dextra vel sinistra manu qui utantur 320

Diagoras Rhodius nimia latitia mortuus 2

Diaphragma, membrana diuidens spiritualia à naturalibus 283

Dictamno herba capræ in Creta insula spicula è corporibus euicunt, 407

Digiti numero quinque 322. dig. grossi & breues, insipientiam notant 322. breues & tennes, stultum, ib. longi, mechanicum sapientem & boni regiminis 322. longi, molles & inuicem distantes, simplices notant 323. retro conuersi liberalem hominem notant 323. digiti in manibus superflui, aliquantulum in prauitate suspecti sunt 324

Digitos iactare inter loquendum, vehementis natura est 324

Diogenes Cynicus 184

Diomedes austero vultu fuit 171. clamorosus fuit 240. corpore quadrato fuit 368

Domitianus vultu fuit modesto, ruborisque pleno 184. deformis fuit erurum gracilitate 332. pręgrandib. oculis fuit 374

Dom-

Domitius Nero capillos sua coniugis Popæ, succineos appellabat 398

Dorcas dormiens oculos habet apertos 433

Dorsum constat ossibus quatuor, & viginti septem a ceruice usque ad omoplatas 282. dorsum macilentum, ingeniosos notat 283. pilosum, asperos, ib. robustum & magnum, animas fortes sunt 282 angustum & imbecille molles 283

Draco ex reptilib. masculinam, viperea, femininam formam habet 47

Δρακὼν ἰχθυόειρος 221

E.

Edacis figura 499

Effeminati mentum glabrum 257

Emanuel Chrysalora 169 litteras Græcas in Italiam reportauit, ibid.

Empedocles Agrigentinus animos nostros elementares harmonias tradidit esse 10. melancholicus fuit 24

Euphorbus, qui prius Æthalides 8. à Menelao vulneratus ib.

Epicrates 498

Epicurus distenta fronte fuit 121. eius instituti ratio ib

Ἐπίκουρος, subruffus color 106

Ἐπίκουρος quid 124

Equa comata ab asinis se iniri iniquissime fert 356

Equus gloriosus & ambiciosus est 356

Equi gloriosi 483. equi status corporis quis optimus 4. eius descriptio ex Virgilio 5

Erasistratus medicus 200. Antiochi curam habuit cum Stratonicis sue nouerca amore correptus esset 425



*Εὐρύων* quid sit 260  
*Εὐφών* 457  
*Eurialus magnus fuit, & insipiens* 362  
*Eurilochus atra bile praeditus* 24  
*Europei inter se difformes, ob temporum variationes* 31  
*Εὐρύων*, basim iuuenilem *Suessanus* vertit; inepte 43  
*Excandescencia* 489  
*Ezellinus de Romano vipeis oculis, atrocipallore & ferali fronte fuit* 414  
 F.  
*Facies ea est in homine, quæ caluarie subiecta est* 108. *sedes pudoris* 171. *fac. valde magna, stolidos arguit* 172. *pigros* 173. *valde parua, pusillanimum* 174. *parua & crocea, deceptores & ebriosos indicat* 176. *mediocris, ibidem, mediocris & pingui-*

*uscula, ibi. carnosæ, demissos ostendit* 177. *valde carnosæ, incurdum, ibid. macilentæ, circumspectum in operibus. facies neque carnosæ, neq. macilentæ, inertiam & curiositatem* 179. *ossofa, timidus, ibidem. oblonga, iniuriosos denotat* 182. *plana, litigiosos, ibid. rotunda, fatuos, ibidem. rugosa, tristes* 183. *rugosa glabra & macra, melancholicos, ibid. rubra, verecundos, ibidem. Facie deformes qui pulcri qui fuerint* 193  
*Falcones ad aucupium qui eligendi* 6  
*Fatui improbi viri figura* 524  
*Fatuos & rudes Græci* *καυδίστους* dicunt. 318  
*Faucium angustia acutam vocem sequitur* 244  
*Fauorinus* 202  
 hau-

*Fanstina pulcherrima fuit, sed impudiciss.* 192  
*Femina barbata lapidib. eminus salutanda* 261  
*Feminae descriptio* 45. *eius figura* 470  
*Femora, Aristoteli* *κνέοι* dicuntur 327. *femora ossea & nervosa, fortes notant, ibid. mollia & inarticulata, molles, ib. fem. & lumbi pilosi, luxuriæ obnoxios notat* 328  
*Fidelis & infidelis viri figura* 454. 455  
*Flacci cognominati, quorum aures demissa* 137  
*Flaccorum cognomen unde natum* 137  
*Flatus multi animal, multa fortitudinis & potus erit* 228  
*Flauedo & liuiditas signum est diminutæ concoctionis* 202  
*Flauicapilli quid significant* 103  
*Flavius Domitianus cal-*

*uitie deformis fuit* 89  
*libellum De cura capillorum edidit, ibidem. fratris filiam in matrimonium recusatam, corrumpit, ibidem. statura fuit excelsa* 364  
*Franciscus Buffonius, Car-magnola dictus* 171  
*Franciscus Sfortia* 171  
*Franciscus primus Gallia Rex qua fronte fuerit* 127  
*Franciscus Pactius, in Iuliani Medicis necem conspiravit* 204  
*Fricatio & collisio manuum* 319  
*Frons, ab oculorum foratu dicta* 109. *tristitie, hilaritatis, clementiæ & securitatis index* 109. *antiquitus Pudori sacra erat, ibid. magna, maiori ex parte secundam notat* 110. *magna, carnosæ & lenis* 111. *parua, mobiles*

significat, *ibid.* lata 112. longa, sensus vigorem & docilitatem præstat 114. quadrata magnanimos ostendit 115. rotunda, iracundos denotat 116. aspera cum fossiculis & monticulis 119. caperata ad sui medium declinans, iracundia signum 121. in altum erecta, admirationis signum, *ibid.* erugata frontis, a curis semotum hominem indicat, *ib.* lenis, litigiosum indicat 122. recta macra, mediocris, neque aspera, neque lenis frontis quid portendat, *ibidem* exporrecta, assentatorem indicat 123. nebulosa, audacem denotat 124. Frons feralis & obducta 126. media inter tranquillam & nebulosam 127. Frons alta, *ibid.* tetrica 128. Fron-

tis parva homines im-  
periti sunt 113  
a Fronte descendentes capilli è regione nasi 94  
Fronto canes pastorales laudat fuluos habentes oculos 405

## G.

Galba statura fuit iusta 369. eiusque liberalitas *ib.* ceruleis fuit oculis 401  
Galeacius vicecomes secundus, formosus 195. gymnasium & bibliothecam erexit, *ib.*  
Galeacius vicecomes primus roseo & corusco ore fuit 207  
Γαλιανῶν, Suesfanus, interpretatur brachio minores & pusillos. Galenus, qui minime nutritum brachium habent 355. Cornarius cubiti gibbum, *ibid.*

Gale-

Galenus opinio de anima II  
Gallina fecunda ut param de 7  
Galetes adolescens formosus, Ptolemao gratiss. fuit 194  
Γαστρονομία, surs 335  
Γέλωτα ἀσβεστον 233  
Γέλω ab ἄλμ, siue ἄλμ, a calore dictum 233  
Genæ somnolentia & vinositatis testes sunt 380  
Genæ carnosæ, inertiam & vinolentiam arguunt 184. graciles. malignitatem 185. crassa ab oculis distantes, invidios 186. rotundæ, dolosos, *ibid.* oblongæ, nugaces, *ibid.* rubræ, ebriosos 187. pilosæ, stupidos & ferales 188. sanguineæ & crassæ, inuerecundos notant 382  
Genarum & faciei contractiones in tristi facie

stultum hominem demonstrant 188. genarum & faciei contractiones in hilari facie, certissimus adulterii index. *ib.*  
Genua femori annectuntur 329. carnosæ genua debilitatem virtutis & mollietiem notant, *ibid.* genua stridorem facientia, cimados 329. genua intus inuentia, & sese collidentia, mulierosos effeminatosque *ib.*  
Γένιον maxillæ pars prior, mentum 256  
Georgius Scannerbegus 151 eius os effigiem magni herois præ se tulit *ibid.* robustis artub. ac toroso corpore fuit 311. excelsa fuit statura 365  
Georgius Fronspergius Suenus truculentus 188. forti corpore fuit & vasto 365  
Georgius Valla 345. satis

inepte pro mento, ver-  
 tit genas 256 *ἰνατάων κροτός* 473  
 Gesnerus de litteris Græcis  
 bene meritus 392. labi-  
 tur, quod coturnici du-  
 ram pennam tribuat  
 92. de litteris Latinis  
 Græcisque bene meritus  
 94. Polemonem & A-  
 damant. corrigere co-  
 natur 241. in suo Qua-  
 drupedum libro falli-  
 tur 175  
 Gesneri textus Aristo-  
 telici correctio impro-  
 bata 46. interpretatio  
 in suo De animalibus li-  
 bro. reprehensa 119  
 Germani compresso occipi-  
 tio & lato capite cur  
 spectentur 75  
 Gibbosus homo, nequaquã  
 bonus 289  
*Γλαυκὴ* 396  
 Glaucus color maris e-  
 pitheton est 401  
 Globosum caput, sine me-  
 moria, sensu & sapien-  
 tia esse dixit Alber-

tus 77  
*ἰνατάων κροτός* 473  
*ἰνατάων κροτός*, genu flexiles,  
 473. cinædi sunt 329  
 Gothofredus Gallus, Lo-  
 tharingia dux, Bullio-  
 nius, sacri belli contra  
 Turcas imperat, vultu  
 fuit venerabili 170  
 statura fuit sublimi &  
 eximia corp. specie 365  
 Græcorum capita globi fê-  
 re imaginem expri-  
 munt 77  
 Gressu longo ambulantes,  
 efficaciam ostêdunt 347  
 tarde ambulantes, cogi-  
 tabundos, ibid.  
 Gressu longo & tardo  
 ambulantes prospera-  
 buntur in suis factis  
 348. celeri gressu am-  
 bulantes, calidam ani-  
 mam notant 349. bre-  
 ui gressu ambul. segnes  
 ib. breui & celeri gres-  
 su ambul. segnem &  
 molestum 350. Gressu  
 celeri ambulantes cum  
 oculis

oculis perturbatis & ca-  
 pitis in constantia & an-  
 helatione, audaces, im-  
 manesq, denotant 352.  
 Griphi apud Persas 81  
 Gr<sup>o</sup> magna avis, & timida  
 362. *Γρυπίων* 151  
 Gryp<sup>o</sup> Demetri<sup>o</sup> regis Syria  
 F. cognominatus fuit 151  
 Guttur asperum, animi le-  
 uitatem & loquacitatem  
 notat 274  
 Gutturis nodus prominês  
 sapientem notat 274. 275  
 Guttur prior colli pars;  
 Græcis *ὄλεθρὸς*, frumê 274  
*Ἐὐλιδοῦς* qui prælongo &  
 gracili collo est 356  
 Gyrinæ rana 254  
 H.  
 Hadrianns Spataforus 62  
 Hesitatio quid 226  
 Haliabbas 90  
 Hali Abhenragel liber De  
 iudicijs 531  
 Hali Rhodan 70  
 Hecuba amissis viro & fi-  
 liis, instar canis latrasse di-  
 citur 2. pulcra 193. iusta;

pia, ibidem.  
 Hæctor venerabili fuit vul-  
 tu 170. decenter fuit bar-  
 batus 260. Strabus erat &  
 amoribus aptus 446  
 Helenâ capillo flavo fuit  
 101, 192. pusillo ore fuit 218  
 Heraclides erat incesso mo-  
 tuq, venerando 351  
 Heraclitus fletu prosequen-  
 batur omnia 230  
 in Herbis nota quib. earum  
 virtutes cognoscuntur 7  
 Hercules sacro morbo fuit  
 obnoxius 23. triplici den-  
 tium serie fuit 224  
 Hermes physiognomon 11  
 Heroica affectio, quæ 24  
 Heroici viri fig. 526, 527  
 Hetrusci ex tibiis musica  
 instrumenta faciebant 330  
 Hiberi 32  
 Hircus unde dicatur 446  
 Hirci propter libidinem  
 efferantur 333. septimo  
 die à quo nati sunt, coire  
 incipiunt, ibid.  
 Hispani elata iactantia 33  
 Homo sordidus, sus vulgo

vocatur 265  
 Homo nisi pubescat, steri-  
 lis in gignendo est 370  
 Hominis minimi capitis  
 proportio 68  
 ab Homine in fortunato  
 & membro aliquo dimi-  
 nuto precauendū sibi mo-  
 net Aristoteles Alexandrū  
 Magnum 334  
 Homines omnes qui inge-  
 nio claruerunt, secundum  
 Aristotelem fuerunt me-  
 lancolicis 23  
 Homines hirti, Veneris a-  
 nidi sunt 333  
 Horatius de Marijs pauci-  
 risus fuit 236  
 Horatius statura fuit bre-  
 ui, & corpore obeso, & o-  
 culis lippis 360  
 Horatio Coclitii, à nasi simi-  
 tate cognomentum Co-  
 cles inditum 162, 163  
 Humida temperatura, vi-  
 de Temperatura.  
 Humeri sunt, è quibus bra-  
 chia pendent 281, 294.  
 hum. inarticulati & im-

becilles, animabus fortes  
 notant 295. male soluti  
 humeri, illiberales signifi-  
 cant, ib. robusti, robustos  
 mores indicant 294. so-  
 luti, liberales notant 296.  
 pingues nullo modo lau-  
 dantur, ibid. graciles &  
 colligati, ingeniosos 297.  
 eleuati signum asperitatis  
 & infidelitatis natura, i-  
 bidem. pilosi, stultitiam  
 & fatuitatem, ib. hume-  
 ris curuis ad singulos pas-  
 sus se submouentibus, ani-  
 mos sunt elato 357  
 Humores quatuor humani  
 corporis 21  
 Hyena mille colores inocu-  
 lis habet, & idcirco omni-  
 um fraudum & insidia-  
 rum plena 410  
 Iacobus Faber Stapulensis,  
 statura perhumili ho-  
 muncio 360  
 Iacobus Trinuilius quadra-  
 ta statura fuit, Italarum  
 Ducum celeberrimus  
 367

*lactare*

lactare digitos 324. molli-  
 citiei signum 325  
 Nium ossa, vulgus anchas  
 vocat 324  
 Inadmotis, cacutientes oculi  
 438  
 Impii viri figura 516  
 Imberbis homo mulieribus  
 & spadonibus similis  
 260  
 Improbi viri figura 453,  
 454  
 Incedendi genus, & rō omnia  
 quale sit Græcis 357  
 Incessus modo tardus, mo-  
 do citus, varium, & si-  
 mulatorem notat 350. or-  
 dinatus, signum ostendit  
 optima complexionis ce-  
 rebri 351. Vide plura in  
 Gressu.  
 Incōpositio corporis qualita-  
 tem indicat mentis, 351  
 Infantis umbilicus diligen-  
 ter præcidendus 309  
 Inflati viri figura 482 483  
 Ingeniosi viri figura 457  
 458, 459, 460, hebetis fi-  
 gura 461 &c.

Ingeniosissimi maxime  
 furore quatuntur 22  
 Ingluuius luporum propria  
 220  
 Intemperantis viri figura  
 495  
 Internodium 322  
 Inuidi viri figura 515. inui-  
 dia descriptio 2. inuidia  
 oculi obliqui sunt, secun-  
 dum Onidium 445  
 Ioannes Assymbeius, cogno-  
 mēto Vssumcassanus, gry-  
 pho fuit naso 152. lato &  
 hilari vultu fuit 169. exi-  
 mia corporis fuit magni-  
 tudine, bellicosus & appe-  
 tens glorie 366  
 Ioannes Picus Mirandula  
 decora fuit facie 195  
 Ioan. Maria vicecomes vi-  
 pereis oculis, & venenatis  
 spirantibus fuit 414  
 Ioan. Ruellius Gallus statu-  
 ra fuit mediocri, & in-  
 scribendo feliciss. 367  
 Ioannes Alexandrinus 67  
 Ioann. Baptista Porta figu-  
 ra qualis 459

Nr 2

Ionis Chii monumenta 224  
 Iouianus Pōtanus adducto  
 Supercilio fuit 131. sub-  
 gressi fuit vultu 170  
 Iracundi viri figura 489  
 Ira quid sit 10. ex corde  
 profisciscitur 308  
 Ismael Sophus Persarū rex,  
 adunco naso fuit 152. lato  
 & sereno fuit vultu 169.  
 pulcherrima corporis for-  
 ma fuit 192. sinistra ma-  
 nu agiliore & validiore  
 erat 321  
 Ιοχνης, macra frons 122  
 Itali praestantes, benigni, a-  
 micitiæ studentes 33  
 Incundi viri figura 510  
 Iul. Cæsar fuit caluus 88. ei<sup>9</sup>  
 luxuries à Suetonio nota-  
 ta 80. eiusdē pudicitia ib.  
 Iulius Firmicus 348  
 Iupiter aquilæ formā Gany-  
 medem rapuit 154  
 Iusti & iniusti figura 450.  
 451, 452  
 Iustitia virtus omnium  
 maxima 450. eius imago  
 quomodo à pictorib. rhe-

toribusq. antiquioribus  
 depicta sit, ib. cur virgo  
 dicatur 411

## K.

Καρδαμύτιο, palpebrizo 434  
 Κατιδάτιπρω, oculi subcacuti-  
 entes 438  
 Κεκυνοτες Aristophanes pro  
 stultis accipit 221  
 Κλαίδες clauus siue clauicula  
 iuguli 275  
 Κοιλία, venter 303  
 Κοιλοσμία 242  
 Κόμησοληγῆ 478  
 Κόρη, oculorum pupilla 433  
 Κορυβατία moribus, a pupillis  
 oculorum, quas κόρησ appel-  
 lant, dictus 433  
 Κωοσιφάλοιο 79  
 Κοτίς, occiput rotundum 462  
 Κοτόλη 462

## L.

Labia ostii vice adiucta ori  
 208. lab. crassa stultū de-  
 monstrant 208. crassa ubi  
 superius ultra inferius e-  
 minet, stultum indicant  
 209. exilia in ore magno.  
 ut superiora inferioribus  
 superponantur, cademq.  
 iuxta angulos lata, animi  
 magnitu-

magnitudinem significat  
 210. exilia in ore paruo,  
 timiditate & impotentia  
 & dolos demonstrant 212  
 gracilia, dura & iuxta ca-  
 ninos dentes tumentia, i-  
 gnobiles sunt 213. tumen-  
 tia ad incisivos dentes, ci-  
 nedi sunt 216. labia infe-  
 riora tumentia ad caninos  
 dentes, veneno plenos o-  
 stendunt 216. lab. inferiora  
 pendentia, inertia deno-  
 tant, ib. pilosa, luxuriosos,  
 ib. Labeones, & Labro-  
 nes qui dicti, magnis la-  
 biis erant 208  
 Labiorū anguli, γαλαροί, 211  
 Labrum superius promi-  
 nens, prudētem significat  
 215. inferius prominens,  
 imprudentiam & simpli-  
 citatem 216  
 Lacedæmonii Marti canē  
 Euyalo mactabant 211  
 Lacones ephēbi cum pugna  
 essent imituri Marti ca-  
 nem immolarunt 211  
 Λαγοφθαλμοί, leporinos oculos

habentes 433  
 Latitia nimia, q. mortui 2.  
 latitiæ affect. in splene 235  
 Laïs pulcherrima 192. sed  
 impudiciss. ib.  
 Lamia piscis largo est oris  
 hiatu 220  
 Laodamas ex Vlyxis corpo-  
 rat ura vires praesagiebat  
 294, 310  
 Latus dextrum calidius si-  
 nistro 354  
 Laurentius Valla 80  
 Leo animal iustum dolisq.  
 carens 451. in ulciscendo  
 iniurias tantum dē ledit,  
 quantum lesus est ipse, ib, de  
 eo historia elegans, ib, eius  
 iustitia celebrata 243. de-  
 scriptio 42. Leonum ge-  
 neri duplex affectio con-  
 tingit; sc. libertas & for-  
 titudo 28. eis propria ma-  
 gnanimitas 158. Leonum  
 animi index cauda 7. eorū  
 genera duo secundum lib.  
 Animal. alterū crispiori  
 pilo, alterum longiori sim-  
 plicioriq. villo 85

Leonitas ruffulus apud  
Plautum dicitur 106  
Lepus animal pilosum 261.  
ei dasypodis nomen un-  
de datum, ibid.  
Lepores oculis apertis  
dormiunt, 433  
Αἰκίοι, oculi imbecilles 438  
Λευκός ἡπίεστος, color 207  
Libes pop. 32  
Λεβίον ὄπισον, Proverbum  
in Suida 70  
Liberi cur aliquando parē-  
tibus neq̄ animo, neq̄ cor-  
pore similes existant 51  
Limos oculos Veneri & a-  
masius poete tribuunt 446  
Lingua subtilis, sagacem  
hominē notat 227. velox,  
stultum, ibid. tardā, pi-  
grum, ibid. Lingua hesi-  
tantes 226  
Linidus color, invidiam  
denotat 202  
Loquela stabilis, grauem  
indicat 253. velox, impro-  
bum, ibidem remissa, pa-  
catum denotat 254. tar-  
da verendum notat 254

vehemens, amarum, ibi  
breuis, desides & panidos,  
ibi grauis & debilis, stoli-  
dos, iniuriosos, ibid. acu-  
ta & squalida, varii ho-  
minis naturam, ib. acuta  
& debilis, timorem & in-  
uidentiam, ib. loquela è  
naribus, mēdaces, impro-  
bos 255. subflaccida, vio-  
lentos, siclestos, ib. diffici-  
lis, improbos, ib. modesta,  
deceptatorem, ib.  
ex Loquela animi mores  
deteguntur 252  
Λόφος, apex 81  
Loxius melancholicos cur  
tristes vocet 22  
Λόξος, caput obliquū in-  
epte à Valla & Pomponio  
Gaurico interpretatū 80.  
Lucianus 81. Thersten fa-  
stigiato capite fuisse scribit,  
ibid. peracris iudicii vir,  
Alexandrum maximum  
latronem nominat 437  
Lucretia Romana pulcerra  
& casta 195  
Lucretii versus de comple-

xionibus cerebri 20. 21  
Ludouicus Sfortia à fusce-  
dine oris, Morus dictus  
fuit 197  
Ludouicus Pannonie & Bo-  
emie Rex, cum utero ma-  
tris excluderetur, infor-  
mis prope, & sine certis o-  
ris lineamentis vsini fæ-  
tus speciem prætulit 362  
Lumbi dicitur à cinctura  
vsque ad renes 291. sedes  
sunt luxurie, ibid. lumbi  
validi & ossei. virilita-  
tem significant 292. acu-  
ti, mulierosos & timidos  
ibid. tremuli, cinædos 193  
teretos & graciles, vena-  
tionis studiosos, ibidem.  
pilosos obnoxios iniuria no-  
tant 328  
Lupus piscis vastum ha-  
bet os 220  
Lusciosi oculi, vide in Ocu-  
li.  
Luxuries ex verendis pro-  
ficiscitur 308  
Lycastus à lupa educatus 51  
Lycopolita tubas cur non

admittant 105  
Lycurg<sup>9</sup> assuescivit ciues su-  
os ut comam alerent 97  
Lysander densa fuit casarie  
90. proluxa barba fuit  
260. ei ante mortem ge-  
nus ulceris emerfit ex a-  
trabile 23

M

Machaon fortis & prudēs  
fuit 364  
Macri nigri & hirsuti 25  
Μακροχαιτοι 260  
Macrones populi in Pon-  
to 81.  
Mestitia nimia multi sa-  
pientes belluis similes fa-  
cti 2.  
Magnanimi viri figura  
486  
Magn<sup>9</sup> Sfortia elatum na-  
sum à medio habuit 151  
Mahumetes II. Turcarum  
Imperat. Byzantii expu-  
gnator, instar arcus effi-  
giatis superciliis fuit 129  
adunco naso 151. Scythico  
pallidoque vultu 204.

lato pectore magnisque  
lacertis 299, 366. Georgij  
Standerbegi gladium in-  
usitata violentia videre  
cupiuit 311. profundis ac  
trucibus oculis fuit 417

Μαλακίοναροισί, carne mol-  
les, ingeniosi 316

Mamilla depēdentes, pecto-  
re amplo & macilento, in-  
ertes sunt & vinolēta 303.

parua & extenuata, im-  
becilles notant 303. medi-  
ocres, perfectam comple-  
xionem, ib.

Μανδύβυλα, Græcis σιαγώνες  
256

Mania anima passio est 3.

Manus magna, articulate  
& nervosa 314. tenera &  
molles, optimi ingenii di-  
cuntur esse argumentum

316. dura, & plus iusto  
carnosa, ruditatem deno-  
tant 317. magna & dura,

fortem 318. valde breues,  
stultitiam, ib. crasse, ne-  
quitiam, ib. manus pleni-  
ores cum digitis longis, fu-

races, ib. angusta & gra-  
ciles, infidos, ibid. valde  
parua, furto gaudentes,  
ibid. graciles & obtorta,  
nugacitatis voracitatisq;  
indiciū 319. longa cum  
longis digitis, sapiētem in  
operibus notant, ib. pilo-  
se, luxuriosos notant 320.  
parua graciles & inarti-  
culata, molles 315

Manus partes que sunt  
314

Manuum motus languidi  
& dissoluti 319

Mansuetudo quid 10. inter-  
iram & stoliditatem ver-  
satur 489

Mansueti viri fig. 494

Marcus cuius Syracusanus  
prestantior poeta erat,  
dum mēte alienaretur 25

Maris epithetō, color glau-  
cus 401

Mariustironum procerita-  
tem laudat 359

Μαρμαρίον, splendor mar-  
moreus 419 (ib)

Mars robusto pectore à poe-  
tā

pingitur 299

Martialis 97

Marsias vultu ferino trux  
hispidus, multibarbus, spi-  
nis & pilis obsitus fuit 370

Marsilius Ficinus pusillo  
corpore fuit, ut vix se-  
mihominē equaret 360

Maternus 33

Marti Euyalo maētabant  
Lacedæmonii 211

Mausolus procero corpore  
& prudens fuit 365

Maximilianus Sfortia illi-  
berali fuit vultu 170

Melampus Græcus auctōr  
539

Melanurus piscis, vulgo  
oculata dictus 374

Meleides fatuus, apud A-  
theniēses catos natus 36

Maletius philosophus non  
obscurus 70, 166. immo-  
dica frōte preditos hebe-  
tis & obtusi ingenii esse

ait III Aristotelis textū  
plurib<sup>9</sup> verbis dilucida-  
uit 116

Melitus Pitteus 151. ra-  
ra barba fuit 261

Μελιχλαρ<sup>9</sup>, color melli-  
nus 205. frigidus notat ib.

Memoris viri signa & fi-  
gura 465, 466

Menander fuit strab<sup>9</sup> 446

Mendacis viri fig. 512. 514

Menelaus flav<sup>9</sup> ab Homero  
describitur 101. statura fu-  
it mediocri & formosus

368. eum cur appellet Ho-  
merus Εὐνὴν αἰγυγίαν 246

Mens in summo capite col-  
locata, sublimis specula-  
tur omnia 61

Mentum maxille pars pri-  
or τὰ πρῶτα Græcis 256. Mē-  
tum paruum, insidiatorē

denotat 256. longū, loqua-  
ces, ib. rotundum & depi-  
le, muliebrem denotat 257

quadratum, virilem, ib.  
bisidum, venereum & gra-  
tiosum 258. leniter scissum

ib. ad nares concavum mē-  
tum, luxuriosum 259. a-  
cutum, animosum, ib.

Mercurius ab aliquibus  
Anubis dictus 67

Meridionalium vox arcta

245.

Merlinus Britannicus 530  
 Angoi Aristoteli femora  
 dicuntur 327  
 L. Metellus statura brevis,  
 vultus deformis fuit 196  
 Metion ruffus fuit 205  
 Metoposcopi qui dicti 109  
 Metaphrenum 282. bene  
 carnosum, magnum & ar-  
 ticulatum fortes 284. in-  
 articulat. & imbecille,  
 molles, ib. latum, magna-  
 nimum 285. carnosum,  
 sensuum egestatem indi-  
 cat, ib. macilentum, fatu-  
 itatem, ib. erectum glori-  
 osos, & insipientes 286.  
 valde curuum metaph.  
 humeri ad pectus contra-  
 cti, & corpus effractum,  
 pareum & lucricupidum  
 notat 287. pilosum, alta  
 consilia & cogitationes  
 habet 288  
 Metus est refrigeratio per  
 inopiam sanguinis calo-  
 risque 200  
 Milo Crotoniates 363. eius  
 fortitudo 394

Minerva flava fingitur ob  
 præclarum ingenium &  
 vim bellatricem 104.  
 Glaucopis dicta, διὰ τὸ  
 λαμπρὸν καὶ περιβλεπὸν τῆς αἰφύ-  
 τῆς 402. eius oculos toruos.  
 Statius consingit, 445  
 Molares dentes 222. Vide  
 Dentes.  
 Molesti viri figura 514.  
 Mollities duplici de causa  
 euenit 316.  
 Molossi canes 66  
 Monstrum in corpore, mā-  
 strum in anima 189  
 Mores hominum perseru-  
 tandi, tres modi 12. Mo-  
 res vniuscuiusque ani-  
 malis manifesti sunt ex  
 effigie 29. Mores conie-  
 ctandi modus syllogisticus  
 49  
 Mulier barbata, pessimo-  
 rum semper morum 261.  
 multa luxuria, ib. ambi-  
 dextra non fit, secundum  
 Hippocratem 321. Mu-  
 lieri menstruorum abun-  
 dantia & seminis

quan-

quandoque barba contin-  
 git 262  
 Mulieres cur non calue-  
 scant 88. 370. prægnantes  
 humiditas habent suras  
 336. cur vocem acutam e-  
 dant 243  
 Muricenus 295. 296  
 Myonia 498  
 Myconii sine pilis gignun-  
 tur ib.  
 Myrrha color ὑποχλωρὸς à  
 Dioscoride vocatus 201  
 N.  
 in Nanis vaporum multi-  
 tudinis vis ad caput sur-  
 rigitur 63  
 Nares patula 163. agrestes  
 pertinaces indicant 164.  
 resima, ibidem. obstructa  
 vesanos, ib. sursum dista-  
 tes 165  
 Nasus correspondet præpu-  
 tio 145. magnus probi  
 viri indicium adfert, ib.  
 valde paruus 146. rectus  
 nasus, intemperantiam  
 147. obliquus, ib. ad faciē  
 discretus, ibid. ad faciem

male discretus 148. lon-  
 gus nasus ad os protensus,  
 ibidem. crassus, impuden-  
 tem denotat 148. nasus  
 mediocriter longus, latus  
 & apertus, ibidem. na-  
 sus incuruus à fronte  
 149. incauus ante fron-  
 tem, rotundus, & super-  
 eminentens rotundum quid  
 significet 153. a summo  
 crassus 155. Nasus lon-  
 gus, & in imo gracilis,  
 leuis & festini viri est  
 158. nasus rotundus, e-  
 iusque extremum obtu-  
 sum magnanimum indi-  
 cat, ibidem. nasus simus  
 libidinosos indicat 160.  
 in medio latus 154. nasi  
 extremum crassum, ibid.  
 nasi extremum acutum  
 156 Nasati viriliores ac  
 bello mutoniati censentur  
 145 Nasuti qui 145  
 Nates sedēdi muneri per ac-  
 cōmoda 325. pingues, mol-  
 les notat 325. ossa & acuta  
 fortes 326. graciles nates,



*sue veluti desiccata, malignos, ib. neq. rugosa, neq. laues, fortes, ib.*

*Neanthes auctor non ignobilis 114*

*Neoptolemus superciliosus fuit 133. adunco naso fuit 151. fuit blasus 227. magnus, diductoq. corpore fuit 364. oculis fuit rotundis, & maximus bellator 376*

*Nero oculis fuit castus 398. prominulo ventre 304. eius obesa ceruix 278*

*Neptumi equus glaucus fuit 401*

*Nestor magnus, longus & latus fuit, consiliis prudens 364*

*Nictates oculi sunt qui frequenter aperiuntur & clauduntur 434. Vide plura in Oculi commuente*

*Nicolaus Piccinus, virtute bellica magnus fuit 359*

*Ninus Semiramidis filius gracili fuit voce 252. statura mediocri fuit 368*

*Nomades 32*

*Numa à prima atate fuit canus 108*

*N<sup>α</sup>τ<sup>ω</sup>, dorsum 282*

*O. in Occiput cauum caput quid indicet 74. in Occip. prominēs caput, quid portendat 75*

*Octavius Augustus coniuncta supercilia habuit 132*

*Oculi superciliis subiacent 373. oculi dicti, q. capite occulti, vel quia anima ocula reuelant 373. oculi valde magni & liuidi, inuidos & inuerecundos notant 375. magni & coccinni iustos & prudentes notant 375. valde parui, pusillanimes sunt, 377. oculi mediocres 378. multum prominentes, fatuitatē inuunt 388. prominentes, tumidi foueatiq. oculi, dolosi hominis signa sunt 389. prominentes sursum, ferociam & vanitatem no-*

*tant*

*tant*

*tant*

*tant*

*tant, ibid. deorsum prominentes, immites & implacabiles, ib. sanguinei oculi prominentes gulones ebriososque, ib. prominentes casti oculi, iniquum & incompromissa mentis virum, ibid. prominentes sicci oculi, patricidas, homicidas 390, concavi & parui oculi, dolosos hominum mores testantur, ib. concavi, parui & sicci, infidelitatem & sacrilegium notant 391. concavi intenti oculi, probos mores 392. intenti & fluidi, dolosos ostendunt 393 concavi, intenti & fluidi cum mollitie oculi, dementem notant, ibid. oculi in longitudine vultus positi, malitiosum & deceptorem 394. casti crocei, siluestres & ferinos mores notant 399. casti cum parvis pupillis, illiberales & versipelles notant 400. casti oculi sicciore, iniustos, ibid. casti oculi viridantes, vi-*

*ros fortes 401. cerulei oculi, dolosum notant hominem, ib. cerulei, magni stantes & splendentes, virum optimis morib. praeditum notant 401. valde nigri, timidos indicant 403. flauis, animosos 404. caprini, stupiditatem 407 rubei oculi cum venis rubeis, complexionem cerebri calidam 408. sicci, subrubri, valde iracundos notant 408. subrubri humidi, ad vina propensum hominem 409. igniti, inuerecundum, ibid. parui & varii, adulatores & auaros denotant 410. maculosi proditores, homicidas, & infidos notant ibid. tenebricosi impudentes 416 tenebricosi & aridi oculi, superbos, ibid. tenebricosi & caliginosi, dolosos & perfidos 417. discolorati oculi, timidi sunt, ibid. truces oculi, immites, & atroces 417. fædi oculi, se-*

*tant*

*tant*

*tant*

*tant*

*tant*

*tant*

*tant*

*tant*

uos & immanes 418. oculi obscuro, humidi & iuste magnitudinis, constantem & ingeniosum 418. lucidi oculi, optimos mores 419. splendentes, casti & sanguinei, in negociis feruorem ostendunt 420. splendentes oculi fului cum lumine, pauidos, ibidem. splend. nigri oculi, prauos & meticulosos, ibidem, splend. nigri subridentes oculi, turbatos. ib. splend. torue adspicientes oculi, animosos, fortes & furiosos 421. splend. sicci oculi, prauos & scelestos, ibidem. splend. concaui, parui oculi, crudeles, & insidiatores notant, ib. splen. quib. funiculus imminet, supercilia aspera & palpebra erecta, fortitudinem absq. consilio & malitiam notant 421. oculi subrubicundi salacitatis testes sunt 425. oculi splend. stupiditatem arguunt 429. Vide

plura insplendentes oculi. Oculi stantes rubruffi, ingentes & infra spectantes, impudentiæ signum 425. stantes parui oculi auarum notant 426. stantes, parui, prominentes oculi, & qui frontem & supercilia contrahant, & corpus sursum trahant, iracundum notat 426. stantes, parui oculi, frons exporrecta & palpebra mobiles, virum curiosum indicant, ib. Oculi se mouentes sicut turbati, suspiciosum & fidei expertem notant 427. se mouentes oculi cum palpebris, impotentes homines sunt, ib. oc. parui mouentes se cum palpeb. pessimi sunt 427. circum se mouentes obscuro oculi, ganeones denotant 428. tarde se mouentes oculi, segnes & inertes, ib. Oculi vibrantes, <sup>nam p. i. o.</sup> dicti Græcis 428. oculi vibrantes parui, dolosum hominem notant 529. magni stolidum

stolidum & libidinosum, ib. vibrantes tamquã salientes, malum, ib. grandes, splendidi & lucidi oculi iracundos, ebriosos, celeres & supra homines gloria bundos 429. vibrant. circumuehentes oculi, immobiles, crudos, gulones & salaces, ib. vibr. turbidi oculi, infidos & iniustos, ib. Oculi clausi sursum abeuntes & stantes, intemperantem, vanum & insanietem notant 430. clausi, recti, humidi, iuste magnitudinis, splendentes cum leui fronte oculi, verecundos notant, ib. claudentes recti iuste magnitudinis cum leuo fronte sicci oculi, malignos & iniustos, ib. claudentes sese oculi cum palpebris non rectis, nec superciliis immobilis, sed tremantibus & quando oculi & ad spectus submouentur, effeminatos notant 431. Oculi semper aperti, obscuro, hu-

midi accuratum notant hominem 432. oculi aperti, sicci, splendentes, puro lumine relucetes, impudetes & audaces notat 432. aperti oc. dormientes, timidi sunt, ib. Oculi claud. sese & aperietes, insidiosos & deceptores notant 433 claud. sese & aperietes oculi humidiprudentes, ib. pallidi et trementes insaniã & mentis alienationem notat 433 Oculi coniuentes timidus notat 434. oc. nō coniuentes, robustos & inuictos notant 435. nō coniuentes & grauiter intuentes oculi, nihil umquã boni moluntur, ib. oc. coniuentes sicci, insidias fraudes & occultū aliq. malum ordiri arguunt 435 coniuentes, distorti, & subpallidi oculi, fatuitatē 435. oc. nō coniuentes, placide intuentes, & humidi oculi, curiosos, amoris deditos, multa animo spectantes, & faciles arguunt 436. non coniuentes, pallidi, subrubri &

sicci oculi, malitiam, iniquitatem, iram, demoniacam nequitiam & stoliditatem testantur, ibid. non commiuentes in seipsos circumuoluti, magna amentia laborant, ib. mobiles, raptores iudicantur 437. mobiles & acuti visus, fraudulentos & infideles 437. mobiles rubei oculi, fortes & animosos notant 438. oculi lusciosi, improbos & androgynos, ib. ridibundi, dolosos notant 440. ridibundi & caui oculi, insidiosos & malum aliquod voluentes, ibidem, ridibundi, paruli & sicci oculi, insidiosos notant, ib. ridibundi humidi oculi. palpebræ remissa; frons longa; tempora utrimque producta, mores decoros, iustos, humanos & beneuolos ostendunt 442. Oculi tristes & humidi, prudentes notant 442. tristes oculi, supercilia com-

pressa, frons demissa & austerâ, fidos, pios, probos, boni consilii & prudentes 443. Oculi sursum euntes stoliditatis & stupiditatis indicium 443. sursum euntes & pallidi oculi, inuidentis ingenii & homicidæ signum, ib. deorsum euntes oculi & supplices, molestos & crudeles, ibid. Oculi ad dextram retorti, stultum, notant 446. retorti ad sinistram, luxuriam 447. oculi strabi, aridipatentes, verecundos & iustos notant 447. Oculorum humor quo videmus, pupilla est; circulus qui circumdat, orbis est, albugo vero orbem circumdat 382. Oculorum partes tres; pupilla, quam Græci κόρυμβον dicunt, album, siue albumen, tertia orbiculus, in horum medio locatus 394. Oculorum colores simplices sunt, vel misti 305. in oculis

● oculis totus animus conspicitur 372. in oculis fuluis equales calculi, agrestitatis, iracundia & iniurie signum est 411. Vide plura in Calculi. Oculata piscis, qui & melanurus 374. Οἰνωπός, color vinosus 406. Ολολογών de voce ranarum proprie dicitur 250. Onobeli qui dicti 309. Οφθαλμοὶ κινούμενοι oculi se mouentes 426. Os animi vestibulum, orationis ianua, & cogitationis comitium 217. os magnū, bellicosos notat 217. paruum, effeminatos, ib. paruum exterius prominens, insidiarum & reprobatis nota 218. valde differtum, impiū denotat 220. apertum, stultitia signum 221. cauum, inuidentia signum 222. oris partes palatum & fauces 217. Otho fuit caluus, summum inter Neronis amicos locū

tenuit 89. excelsa fuit statura, & strenuus bellator 366. Oues quâ formâ ad fœturâ eligenda. 5. stultissimis moribus sunt secundum Aristotelem 248, 406. Quinus color dici posset aquilus, brunus, siue fuscus 404. Σκοπτὺλα φραγ, scoptula aperta Celso dicitur 281.

P

Pallidi cur efficiantur qui metuunt? 200. Palpebrizare, Græcis κροτάριον 434. Palpebram alteram iuxta medium visum stantem congruentem, sursum attollens, placide & molliter intuens, androgyni sunt 438. Palpebrarū pilæ curuati, naturâ mendacem designant 134, nigri ibid. Pan Bsychem amore captâ ex assiduo suspiratu conicit 231.

*Pupilla humerorū apex* 302  
*Παρυαί, gena* 184  
*Paris capilla molli & flauo fuit* 101  
*Passiones animæ accidentales* 29  
*Παρυόδεις Gracifatuos & rudes dicunt* 318  
*Pecten inferior viri mulierisve pars dicitur* 308. *magnū, fortes denotat, ib.*  
*Pectus quatuor partibus terminatur* 297. *magnum, fortem notat, ibid. gracile & imbecille, animi pusillamitatem & timiditatem indicat* 299. *latum, & humeri magni, probitatem, audaciam & rectitudinem intellectus* 299, 300. *carnosum, rudes & timidos, ibidem. pilosum, & venter, horribilitatem* 101. *glabrum, inuerecundum, ibid.*  
*Pedes bene formati, magni articulati & neruosi, fortes notant* 338. *parui, graciles & inarticulati, mol-*

*les sunt* 339. *parui & graciles, audaciam & fortitudinem* 340. *curti & pingues pedes, immanem notant, ibid. curui & infra concaui pedes, prauitatis dant signum* 341  
*Pedum digiti curui, inuerecundos notant* 342. *cōsepti, timidos, ib. compacti, luxuria obnoxios; 42 contracti, vastos; 43 breues crassiq; temerarium* 344 *Pedib. & crurib. conuersis ambulantes, effeminati sunt* 352. *corpore erecto incedentes, fortes & iracundi* 353. *inclinati corpore, timidi & verecundi ib, pedibus inclinati ad dextram ambulando, cina di sunt* 353. *inclinati ambulantes ad sinistram, insipientes* 354  
*Penismagnus durū & stolidum ingenū denotat* 308  
*Pericles Athenienses qualifuerit capite* 79, 456. *ei caput à comicis dicitur la-*

*cessitur* *ibid.* *Phocylides poeta, mulieres alias ex alijs animalibus natas fingit* 215  
*Φαρόξ frumen* 274  
*Phasim qui accolunt, agrestes & ad laborem segnes sunt, & cur* 31  
*Phauorin<sup>9</sup> philosophus* 24  
*50. acuta fuit voce* 246  
*Philippus Macedo iudicem qui capillos inficiebat, ab officio amouit* 97, 98  
*Philippus Iunior nullis rationibus ad risum sollicita ripotuit* 236  
*Philippus Austriacus subflauo capillitio & barba fuit* 102  
*Philon Lacedemonius* 13. *ab Aristotele reprehensus* 36. *ei<sup>9</sup> opinio reprehensa q in animæ nutritiæ operibus ex plantis signa colligi posse cogitauit* 56  
*Philoxenus Erixius gula deditus, guttur sibi longius gruis collo dari optabat* 495  
*Phlegmatici cur segnes* 22

*Phocylides poeta, mulieres alias ex alijs animalibus natas fingit* 215  
*Φλόξ* 80  
*Φλοραειδης color flāmcus* 206  
*Φόβοι qui Aristoteli dicantur* 80  
*Φολάνουτοι* 444  
*Φολίπρωμοι* *ibid.*  
*Phreniti<sup>9</sup> celestium rerum studiosus, animas è stellis mores ducere tradidit* 9  
*Physiognomonia quid sit* 55 *eius etymon* 56. *Physiognomones corporis temperiem ex pilorum qualitibus venari non possunt* 83. *Physiognomonicus syllogismus* 57  
*Pili virilitatis & roboris signum sunt* 260, 301. *duri fortem notant* 92. *densi & vasti circa tempora, libidinosum & calidum* 136  
*ex Pilorum signis mores conici non possunt* 83.  
*Pilosa tempora* 136  
*Pituita locus est in cerebro,* 22

Pituitosi inertes & frigidissimi sunt 198  
 Plato ex uniuerso corporis habitu animam ladi putat 10. dixit animam dari corporibus secundum meritam materiei 13. fuit melancholicus 24. numquam effuse resisse conspectus fuit 236. ab humeris latis fuit appellatus 281. primò athleta fuit fortiss. post appulit animum ad philosophiam. ib. prominentibus oculis fuit 375. eius frontis simulacrum 114. capitis magnitudo 65  
 Plantus à pedum planitie dictus fuit, cum prius M. Plotus diceretur 341  
 Plinius Aristotelis sensum non percepit 116. eius opinio de anima ortu 9. Aristotele & Trogū irridet ib.  
 Pades pedes Græcis 338  
 Polemonis textus corruptus 141, 292, 303, 242, ex Adamiatio restituitur 123, 178, 205, 337, 341, 343.

442, 279. mendosus, in verbo reg. 7. in Q. ep. 15 128. correctus à Porta, ib. emendatus 81, 101, 142, 155, 160, 212, 214, 253, 256, 277, 305, 307, 421, 463.  
 Politianus facie neq. illiberali, neq. ingenua fuit 70  
 Polixena capillo longo & flavo fuit 101. candida, animo simplici 193. tenui collo 265. prolaxis digitis 323. optimis pedibus 339, alta fuit, larga & dapilis 364  
 Pompeius Columna Cardinalis 169. graui vultu fuit, ibid.  
 Poponius Gauricus 80. inrudite apud Adamiatium p. metaphrenū, transfert scapulas 284  
 Possidonius animas è stellis mores ducere tradidit 9  
 Probi viri figura 452, 453  
 Priamus Troianorum rex, vultu pulcro fuit 193  
 Prudentia actionum habitus 455  
 Prudentis & imprudentis

is viri figura 455, 456  
 Psittaci nò solum loqui, sed etiam meditari discunt 67  
 Publius Syrus decoras forma fuit 195  
 Puer lacte porca altus, adultus etiam pannis indutè limū intrat, porcorumq. more vocat 51. pueri cur vocem acutam edant 243  
 eorum oculi omnes sunt cæsi 395  
 Pudori frons sacra 109  
 Pulchritudinis diffinitio 189  
 Pulmonis canna relaxatio grauitate vocis pducit 239  
 Pupilla dicta (teste Isidoro) quia ibi parua imagines à nobis videntur 382. pupilla oculorum late, prauos mores indicant 383. parua, insidiosos 385. mediocres. fortes ib. pupillarum orbes inæquales, stolidos notant 386. æquales, amici erunt iustitia, ibid. inæquales pupillarum orbes & circumcurrentes,

iniustos notant 386. conuersi, coniunctim se mouentes iniusta molientes notant 387  
 Puffillanimi viri figura 484  
 ex Aristotele 484, 485  
 Pyrrho Epirota unicum os. fuit, dentium vice 224  
 Pythagoras venustæ formæ fuit 193. Italica philosophiæ princeps exstitit. ib. Pythagorei humanas animas etiã in ferina corpora trãsire opinati sunt 8

Quadratus vir est, qui omnibus numeris est absolutiss. 367

## R

Rana gyrina 254  
 Rari capilli, dulosi & malignum arguunt 87. Vide Capilli.  
 Rau' color reg. 2. in 15 Græcis 505  
 Remus lupà nutritus 51  
 Rhinoceros nasum habet maximum 140  
 Risus abundat in ore stultorum 234. risus altus, in-

uerendum notat 234  
 Romam temperata regione  
 collocata, ut omni terra-  
 rum imperio potiretur  
 34-35  
 Romanus Cocles 335  
 Romanus lupâ nutritus 51.  
 fuit magnitudine & for-  
 ma præstantia insignis 364  
 Rotunda cõuexa frons 7.  
 stupidos designat 117. de-  
 prossa, effeminatos 118  
 Rubor est virtutis color 184  
 Ruellius Gallus refimato  
 naso fuit, et luxuriosus 162,  
 185  
 Ruffi capilli quomodo fiant  
 106  
 Rugæ melancholiæ signum  
 183. Rugæ frontis contra-  
 Etas qui habent, melan-  
 choliæ 121  
 S  
 Sacerdotes in Decretis cano-  
 nicis momentur ut ornati  
 sint in incessu 351  
 Sanguinei viri signa 21.  
 cur hilares secundum Lo-  
 xum 22  
 Satyri quali naso præditi  
 154 villosi picti antiqui,  
 & hircinis cruribus 333  
 Sauromata 31  
 Scipio Africanus eximia  
 forma præditus 194. eius-  
 dem virtutes, ib.  
 Scoptula operta 281  
 Σκλήροσ ἀρρα, id est, duricar-  
 ne præditi, hebetes sunt 316  
 Σκυθησται 442  
 Scythæ. in gelidiss. regione  
 cum sint, albi sunt & a-  
 nimosi 197. Scyticum in-  
 tueri dicuntur, quorum  
 facies non serena, sed nu-  
 bila 442  
 Selimus Baiazetis filius. ar-  
 cuato fuit naso 152. lata  
 manu, & teretibus mem-  
 bris fuit 314, 328  
 Selimus X Turcarum im-  
 perator lata & torua fuit  
 fronte 126. macilento ore  
 178, prægrandib. ac tru-  
 culentis oculis 417  
 Selimus nonus Turcarum  
 imper. Scythico pallidog,  
 vultu fuit. 204  
 Selimus

Selimus Solimanni F. ab-  
 sonus in cantu & voce  
 fuit 204  
 Senes cicadis cõparati 244  
 Septemtrionales populi fe-  
 roces. peruiaces 33. ad bel-  
 lum promptissimi 35. eo-  
 rum vox acuta 245  
 Sergius Galba præcaluo fuit  
 capite 89, libidinis fuit in-  
 mares promior, ib. adunco  
 naso 151  
 Severitudo signum capi-  
 rata frons apud scriptores  
 121  
 Seruius Numã à primã æ-  
 tate canum fuisse scribit 108  
 Sfortia fuit vètre restricto  
 305. oculis castis 400  
 Σινυβίος, mandibula 256  
 Sicca temperatura signat 4  
 Sidonius Apollinarius 121  
 Sibylle 24  
 Signa vel propria vel com-  
 munia sunt 52. Signa ex  
 quibus Physiognomones  
 diiudicant, ex quibus su-  
 mantur 53  
 Signorum viri non ere-  
 dendum 55. ex Signis  
 corporeis brutorum mo-  
 res innotescunt 4  
 Silenus dictus, quod ma-  
 gnis & hirsutis supercili-  
 is foret 94  
 Silones homines sunt pro-  
 minulis ac hirsutis super-  
 cilijs 94  
 Σιδων quid ibid.  
 Simie quoddam genus ru-  
 fum 161. adeo libidinosæ  
 ut quasdam feminas ap-  
 petant 161  
 Simulatoris viri figura 512  
 in Sinciput caput prominens  
 quid significet 75, 76,  
 77  
 Sinesius 97. eius adagium,  
 Nullus comatus, qui  
 idem non sit cinædus,  
 ibidem.  
 Socrates calua fuit fronte  
 88. luxuriosus propterea  
 à Zopyro nominatus, ib.  
 eandem i fuit coma 108.  
 pressis naribus 154, 162.  
 digitos iactare solebat  
 324. repantis fuit crurib.  
 00 A



Tempora sunt, que frontem utrimque terminant 135. tempora caua, dolosos trucesque indicant, ibid. citius in homine canescunt, ob paucam humiditatem 107. inflata, iracundos notant 77 in temporib. caput quid portendat 77 Tergi aequalitas & pectoris mediocritas, signum probatum & optimum 300 in Terris frigidis magna corpora nascuntur 36 Τεργάτων 367 Testes quibus exempti sunt, glabri sunt 301 Theagenis fastigiato fuit capite 81 Theseus magno fuit corpore 364 Thersites protenso capite fuit 81. 196 Thorax pars illa que a collo ad pudenda usque procedit 280. eius latitudo caliditatis deprehensio est 16

Thracæ nulla memoria sunt, ut nec quaternarium numerando queant transcendere 458 Tiberius Cæsar latis fuit humeris 282. colore albus maximeque luxuriosus 198. Spinthrias excogitavit, ib. incedebat. ceruice rigida & obstipa 356. corpore fuit amplo & robusto 365. grandibus oculis fuit 376 Tibiæ genu subiacent 330 Gracis τῆς ἰσθμίου, ibidem. Tibiæ molles & inarticulata, timidus & imbecilles arguunt 331. valde exiles, improbos, ib. graciles & nervosa, luxuriosos, ibid. Tibiæ & calcanea crassa indocilem hominem 332. pilosa, libidinosum 333 Timiditas melancholicorum comes 197 Timothei Atheniensis liber De vitis 251 Torpedo oculos paruos habet 378 Torqua-

Torquatus Tassus acuti ingenii vir, & de poetis optime meritus, oculos subflidos habuit 430 Totilas roseo illustrique vultu fuit 207 Torua, epitheton le. en. 129 Τεαυίξου, quid proprie sit 250 Τράχηλος, ceruix 262 Tristis viri figura 507 Trogi & Philonis vana opinio, qui in anima nutritiue operibus ex plantis signa colligi posse cogitarunt 56 Troglodyticus bos 103 Troilus magnus & pulcherrimus fuit 193. 364 Turcarum capita globifere imaginem expriment 77. Tydens minor corpore, sed fortior animo fuit 359 Typhonis, color ruffus 105

V.

Valla pueriliter lapsus 139 Vide Georg. Valla. Vegetius tyrones Septemtrionales eligendos iubet 33. lato pectore 299. 359 Vena cervicis & temporum rubra, iracundum ostendunt 77. Vena quibus circa collum & tempora sunt ampla, iracundi habentur 77 Veneri & amasiis limos oculos poeta iribuunt 446 Venter infra pectus est 303. eius radix umbilicus, ib. Venter concavus & amplus, fortem notat 303. magnus, carnosus, mollis & dependens, stolidum, superbum & luxuriosum 304. venter macilentus, molles indicat 305. durus, gulosus & rudem 305. mollis, animi magnitudinem & virtutem 305. mediocris, altitudinem intellectus & bonum consilium ibid. Verecundi viri figura 506 Verecundia in adolescentibus laudatur 184



Verres qui ad facturam eligendi 6  
 Vesicula oculorum infra, ebriosos notant 380. vesic. oculorum supra, somniculosos 381  
 Vespasianus compactis firmisq. membris fuit 311. quadrata statura 369  
 Vibrantes oculi,  $\pi\alpha\lambda\lambda\omicron\upsilon\mu\epsilon\tau\omicron\upsilon\iota$  Grecis dicti 428. Vide Oculi.  
 Villicus gallinas fecundas ut parabit 7  
 Vircentius Porta antiquarum imaginum explorator & adseruator diligentiss. 65  
 Vinum cerebrum debilitat 308  
 Vir magno corpore pradius est vultu lato, supercilio incuruo, &c. 41. eius descriptio ib. viri iusti & iniusti figura 450, 451. 452. probi fig. 452, 453. fidelis & infidelis figura 454. 455. prudentis & imprudentis 455. im-

probi figura 453. 454. memoris & obliuifig. 466. audacis 466. 467. timidi 468. cinedi viri 472. &c. viri fortis 476. eius signa à Vegetio descripta 480. inflati fig. 482. 483. pusillanimi viri fig. 484. 485. magnanimi 485. auari fig. 487. liberalis viri fig. 488. iracundi viri figura 489. stolidi fig. 492. 493. mansueti fig. 494. intemperantis 495. stupidi 502. temperantis fig. 503. impudentis fig. 504. 505. verecundi fig. 506. 507. tristis 508. amari fig. 509. incundi 510. arrogantis 511. mendacis fig. 512. adulatoris 514. molesti ib. impii fir. 516. misericordis 517. iniuriosi viri fig. 518. talorum amatoris, ib. loquacis 520. inefficacis & efficacis 521. fatui improbi viri figura

gura 522. 523  
 Virorum fortitudine & consilio præsignium in historiis nomenclatura 358. 359. 360.  
 Viris plures sunt dentes quam feminis 224  
 Virilis figura depicta 477  
 Vitellius Imperator vasto fuit capite 62. 65. facie rubicunda 187  
 Vitia & bonos mores cum lacte haurimus 50  
 Vitruuius 33  
 Vitulus marinus mille colores in oculis habet 410  
 Vlna, brachia & cubiti robusti & bene articulati. optimum hominem denotant 310. vlna, brachia & cubiti exiles, imbecillis nature argumenta 312. valde carnosæ, disciplina & sensibus carentem, ib. oblonge usque ad genua, fortitudinis & caliditatis, signum ib.

Vlyxes vultu fuit hilari 169. tibiis fortibus 330. modica statura 359. eius fortitudo ex furis collecta 396  
 Umbilicus radix ventris 303. spacium ab Umbilico usque ad pubem maius quam ab umbilico ad pectoris imum, imbecilles & breues vite denotat 306. ab umbilico ad pubem, & ab umbilico ad imum pectoris, & hinc ad iugulum æquale, laudabilem & animi virtutem & corporis dispositionem 307. 308  
 Ungues curui, impudentem notant 345. angustii, longi & curui, ferinum, ibid. rotundi, libidinosos innuunt 346. carnosii, sensibus hebetes, ibid. breues, pallidi, nigri & asperi ungues, veteratorem, ib. lati, albi & subflani, opti-

*manu hominis temperi-*  
*em* *ib.*  
*Vola manus interior pars*  
314  
*Vox grauis, fortes demon-*  
*strant* 237. *grauis &*  
*magna, conuiciatores*  
240. *grauis & mollis,*  
*probris moribus decora-*  
*ti sunt* 240. *grauis &*  
*mollis, probis moribus*  
*decorati sunt* 241. *gra-*  
*uis & sonora, bellicosi*  
242. *vox grauis in*  
*principio, in fine acuta;*  
*queruli & indignabun-*  
*di, ib. grauis vox, con-*  
*cava & flexibilis, gene-*  
*rosus moribus sunt, ibid.*  
*acuta, timiditatis indi-*  
*cium* 243. *mollior fit*  
*ab organorum hume-*  
*ctatione* 245. *intensa &*  
*remissa, indignantis &*  
*iracundi signum* 246.  
*acuta, mollis & rupta*  
*signum cinædi est, ibid.*  
*vergens ad balatum,*  
*stolidum hominem in-*

*dicat* 248. *acuta & cla-*  
*mosa stupidi est* 248.  
*media inter grauem &*  
*acutam, prouidum* 249  
*media inter intensam*  
*& remissam, ib. aspera*  
*luxuriosum, ib. clara,*  
*ex siccitate pulmonis.*  
*prouenit* 250. *agrestes*  
*facit hominum morès*  
251. *blanda, pruden-*  
*tem, ib. dulcis, inuidum*  
*ib. debilis & flebilis,*  
*tristem, lucricupidum,*  
*ib. tremula; trepidan-*  
*tes & metuentes osten-*  
*dit* 252. *vocis articula-*  
*ta tres species: grauis, a-*  
*cuta, media* 237.  
*Vrso exsertum & oblon-*  
*gum ostribuitur* 218  
*Vultus index & detector*  
*conscientiæ* 165. *variis*  
*& subtristis* 166. *stupi-*  
*dus, ibid. somniculosus*  
167. *temerarius* 168.  
*incundus, 169. elegans,*  
*ib. illiberalis* 170. *ve-*  
*nerabilis* 170. *austerus*

171. *bonus, & non pra-*  
*ceps* 167. *humilis. ibid.*  
*remissus, ib. grauis vul-*  
*tus* 168

X.

*Xanthos, color flauus* 404  
*Xanthogaloi* 105  
*Xenocrates ad spectu fuit*  
*tetro & inuenusto* 196

Y.

*Ydatides color aquinus;*  
*Medici, aquaticum*  
*dicunt* 403  
*Ypoxanthos, color subfla-*  
*uus* 201

Φ.

*Φιλόχρημο* 519  
*Φιλόκουβο* *ib.*

X.

*Xanthos, fuluus color dicitur*

*q. gratiosus* 405. *Latinis*  
*rauus dicitur, ibid.*  
*Χλωρος, viridis color* 201

Z.

*Zeno Cittius nigra fuit*  
*cute* 197. *crura turgida*  
*& imbecillia habuit*  
331. *procerastatura &*  
*gracili corpore fuit* 366

*Zenyal Persa Cassani fili-*  
*us, excelsa statura &*  
*grandibus oculis fuit*  
366.

*Zenippus curua cernice*  
*fuit* 271

*Zopyrus physiognomon* 88  
*Socratem luxuriosum*  
*cur vocet, ibid. stupi-*  
*dum & bardum.* 275

FINIS.

Está Entera.

